n. C.

FLORVM EXEMPLORVM,
SIVE CATECHISMI HISTORIALIS,

AVCTORE R. P.
ANTONIO DAVROVLTIO
E SOCIETATE IESV,

Pars Tertia,

IN QVA

Innumera ad perficiendam veræ fidei excellentiam Exempla singulari prudentia, & prudenti ordine afferuntur; continet autem

CAPVT V.

QVOD NECESSARIAM FIDEI CVLTORIBVS Septem SACRAMENTORVM explicationem tractat;

CAPVT VI.

Quod perlucidè quidquid ad Iustitiam Christianam spectat, & primùm ad priorem eius partem, nimirum ad cognoscenda, fugiendaq́ peccata solita Exemplorum serie disserit.

SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIIS.



VENETIIS, M DC XX.

Apud Iacobum Sarzinam.

TYPOGRAPHVS CHRISTIANO, ET BENIVOLO LECTORI.

TERTIA *hæc Anthologiæ paradigmaticæ, siue Historicæ Catechisticæ Pars, beniuole Lector duo postrema Christianæ doctrinæ capita ex parte complectitur, in quorum priore de septem Ecclesiæ Catholicæ Sacramentis: posteriore, de officijs iustitiæ Christianæ, & maximam quidem partem, eius, quæ de cognoscendis fugiendisque peccatis est, agitur.*

Et illud quidem Titulis vniuersè, discontinuato nonnihil tamen ordine, Septem & nonaginta; hoc vero, duode-quadraginta, non sine iucunda Exemplorum, vtramque in partem, varietate, decurritur.

Quantum autem vtilitatis est istiusmodi lectione in omnem vitæ bene instituendæ partem, sit accessurum, nemo dubitet; qui & ista noua legis mysteria, à Christo Deo & Seruatore nostro instituta, quibus, ceu quibusdam diuini spiritus vasis vberrima maximeque necessaria Dei gratia continetur, ab hominibus Christianæ pietati initiatis, frequentari & rite suscipi; & hæc iustitiæ officia, quæ cum in malis declinandis, tum in bonis persequendis sita est, præstari debere quotidie animaduertat. Huc accedit, quod permulta, ex rerum ea-

rum, quæ principali de Sacramentis instituto pertractantur, ad finitate: de quotidiano Missæ sacrificio, deque eius ministris: de pœnitentiæ partibus, siue actionibus: de indulgentijs: de Episcopis & Sacerdotibus, eorumque dignitate & muneribus: de pastoribus: de Cœlibatu, siue Ecclesiasticorum castitate, vitaque in ijsdem honestate; deinde de Matrimonij bonis, siue commoditatibus; de Virginitate, & Viduarum statu, hoc est, de omni pene Christianæ vitæ genere, disputentur, & ex veteri, recentique Historia demonstrentur. Atque adeo, in peccatorum cognitione & fuga, Hydræ illæ tot capitibus vsque repullulantes, & hominum exitio incubantes: tot occultæ diuinæ gratiæ Remoræ, tot humanæ charitatis hostes, tot scelerum vindices, aliaque monstra, in omnem nocendi occasionem intenta, tanquam scopuli, nauigantibus fugiendi, clarissimè detegantur. Vale.

IN-

INDEX CAPITVM FLORVM EXEMPLORVM, SIVE CATECHISMI HISTORIALIS.

Partis Tertiæ, nec non Quartæ.

CAPVT QVINTVM,

De ſeptem Eccleſiæ Cathol. Sacramentis.

ix. Chris-

De Sacramento Confirmationis.

De Sacramento Euchariſtiæ.

7

prius

Tit. xiv. De sacra communione sub altera tantum specie, *Exemp. ex S.Script.* ibid.

Tit. xv. De præparatione ad communionem. ibid.

Tit. xvj. Quibus neganda sit communio. 127

Tit. xvij. De frequenti Communione. ibidem.

x. *Ab-*

v. S. Hu-

ix. *Am-*

INDEX CAPITIS SEXTI.

De iustitia Christiana: ac primum de priore eius parte, nimirum de cognoscendis, fugiendisque peccatis.

v. De

v. Lu-

iij. *Au-*

Tit.

v. Tur-

INDEX CAPITIS SEPTIMI.

De operibus misericordiæ corporalibus.

v. Be-

Tit.

Tit.

ij. S. An-

vij. Con-

v. De

Tit.

iv. Ver-

Tit.

INDEX CAPITIS OCTAVI.

De quatuor hominis nouissimis, Morte, Iudicio, Inferno, & Cœlesti gloria.

Dicuntur autem nouissima, quod inter cætera omnia, quæ homini accidere possunt, extremum plane locum sibi vendicent.

ij. Plu-

Finis Indicis Capitum.

SECVNDI TOMI SVMMA.

HIC NOSTRI OPERIS, CATECHISMI Historialis Posterior Tomus duas Partes, quattuor distinctas Capitibus, continet.

Quorum V.

De Septem Ecclesiæ Sacramentis tractat.

VI.

De Iustitia Christiana, & primùm de cognoscendis, fugiendisque peccatis, de Peccatorum vario genere, & tandem de Sensibus, disserit.

VII.

Opera Misericordiæ corporalia, & spiritualia, Virtutes præcipuas, Spiritus sancti dona, Octo Beatitudines, & Euangelica Consilia continet.

VIII.

De Quattuor nouissimis, Morte, Iudicio, Inferno, & Cælesti Gloria ordinatè agit.

FLORVM EXEMPLORVM,
SIVE CATECHISMI HISTORIALIS
CAPVT QVINTVM.
DE SEPTEM ECCLESIAE CATHOL. SACRAMENTIS.

TIT. I. DE SACRAMENTO Baptismi; qui omnibus omnino, primus, & maxime necessarius est ad salutem.

Luc. 3. Baptismi Ioannis & Christi discrimen. DVM *baptizaret Ioannes, existimante populo, & cogitantibus omnibus in cordibus suis de eo, ne forte ipse esset Christus, dixit illis: Ego quidem aqua baptizo vos, veniet autem fortior me, cuius non sum dignus soluere corrigiam calceamentorum, ipse baptizabit vos Spiritu sancto & igne.*

Ioan. 3. *Necessitatem huius sacramenti satis insinuauit Christus Dominus, eius auctor & institutor, dum Nicodemo, qui ad se nocte venerat inquisiturus, quomodo homo denuo nasci posset, eo quod Christus docuisset renasci necessarium esse ad salutem respondit: Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei.*

Actor. 8. *Eunuchus Candacis Reginæ Æthiopum Hierosolymis in patriam rediens Philippum Diaconum in currum admisit; à quo edoctus, dum ad fluuium quendam venissent; Ecce aqua, inquit ille, quis prohibet me baptizari? Cui Philippus; Si credis ex toto corde, licet; indicans, adultos debere credere antequam baptizentur.*

EXEMP. I. *Radbodus Rex Frisiæ à baptismi susceptione resiliens in paganismo moritur.*

PRINCEPS Radbodus, cum ad percipiendum baptisma imbueretur, percontabatur à sancto Episcopo Vulfranno, iuramentis eũ per nomen Domini astringens, vbi esset maior numerus Regum & Principum seu nobilium gentis Frisonum, in illa videlicet cœlesti regione, quam si crederet & baptizaretur, percepturũ se promittebat, an in ea quam dicebat tartaream regionem. Tunc beatus Vulfrannus: Noli, inquit, errare inclyte Princeps: apud Deum certus est numerus suorum electorum. Nam prædecessores tuos Princeps gẽtis Frisonum, qui sine Baptismi Sacramento decesserunt, certum est damnationis subiisse sententiam: qui vero abhinc crediderit & baptizatus fuerit, cum Christo gaudebit in æternum. Hæc audiens Dux incredulus (nam ad fontem processerat vt ferunt) à fonte pedem retraxit, dicens non se carere posse consortio prædecessorum suorum Frisonum Principum, & cum paruo pauperum numero residere in illo cœlesti regno: quin potius non posse fa-

Cæs. Baro. Cardin. 9. Annal. tom. an. D. 719. 6. ex Iona Fôta nell. cœnobij monacho i vita S. Vulfrãni. Sigebert. an. 718. Io. Naucl. to. 2. gener. 24. Io. Laziar. c. 85. Epito. Christiano Massæo libr. 14. Sur. 20. Marty.

cile

Radbodus Rex Frisiæ resilit à fide Christiana.

Deinde S. Vulfrannum Radbodus.

cile nouis dictis assensum præbere, sed potius permansurū se in ijs, quæ multo tempore cum omni Frisonum gente seruauerat. At beatus Pontifex. Heu, proh dolor, inquit, deceptum te video à seductore, qui hunc unum decipit genus. Sed nisi pœnitentiā egeris, & credideris, & in nomine Trinitatis baptizatus fueris, ianuam regni perennis non intrabis, sed æternæ damnationis pœna plecteris. Hæc dicente & docente sancto Pontifice, multi Frisonū credebant & baptizabantur, prædicto Rege in Paganismo perseuerante: nā à sacro fonte infeliciter recessit, & iam Vuillebrodum, cognomento Clementem, Episcopum & Doctorem præfatæ gentis accersiri fecit, vt ad eius consulta simul cum beato Vulfranno in doctrina suæ religionis concordante efficeretur Christianus. Sed quoniam, vt scriptum est, [in maleuolam animā non introibit sapientia:] quia dubitando per omnia in fide Catholica, & tentando sanctos Antistites loquebatur, ideo obtinere non meruit quod ficte quærebat. Cum vero eius legatum super hoc facto suscepisset Vuillebrordus, respondisse fertur: Quia prædicationem sancti Fratris nostri Vulfranni Pontificis Dux vester audire contēpsit, meis quomodo obsecundabit dictis? Nam hac nocte vidi illum in visu catena religatum ignea: vnde certum fore constat, damnationem iam illum sibi ijsse æternam. Cumq; iter carperet, quod ad domum eiusdem damnati ducis ducebat; nunciatur ei, ipsū sine Baptismi Sacramēto iam esse mortuum: Sicque cœptum deserens iter ad ppria repedauit habitacula. Nec prætereunda ratio est, cur præfatus Dux Radbodus in Christū credere ac fonte regenerationis mergi noluerit. Nā in ægritudine positus, de qua & præsentis vitæ lucem clausit, perpetuasq; Auerni descendit ad vmbras, dum sopori deditus foret, deceptor hominū diabolus, qui etiam Dei omnipotētis permissu in Angelum se transfigurat

Sap. 1.

Illuditur à diabolo Radbodus.

lucis, ei apparet diademate aureo, circumfulgentibus gemmis capite coopertus, vesteq; aurea textili toto amictus corpore. Diuq; attonitus præfatus Princeps, diligenter in eum attendebat stupens ac tremebundus, admirans cuius speciei & virtutis esset, qui ei apparebat: isq; multimodæ artis nocendi sæuissimus draco inquit ad eū: Dic, quęso, fortissime virorum, quis te ita se duxit vt à cultura Deorum, & à religione prædecessorum tuorum velis discedere? Noli ita, obsecro, agere sed in his, quas hactenus tenuisti, culturis Deorum permane: ibisq; ad domos aureas æternaliter māsuras, quas tibi in proximo sum daturus, vt verborum meorum dictis astruam fidem. Quapropter cras accersens Vulfrannum doctorem Christianorum, inquire ab eo, vbinam sit illa mansio æternæ claritatis, quā pollicetur, te, si Christianum susceperis dogma, in cœlestibus habiturum. Quā cum demonstrare nequiuerit, vtriusq; partis mittantur legati, eroq; dux itineris, & demōstrabo illis māsionem eximiæ pulchritudinis, & fulgoris immēsi, quam tibi post modicum sum daturus, qui cuigilans sancto Pontifici Vulfranno cuncta per ordinem pandit. Sanctus autē Pontifex ingemiscens eius damnatiotione, ait: Hæc illusio diaboli est, qui omnes vult perire, & neminē saluari. Quapropter salua temetipsum, vir nobilis, credendo in Christum, & festina ad fontem Baptismi, in quo est remissio omnium peccatorum; & nullo modo fidem accommodes verbis Diaboli mendacibus. Hæc & huiusmodi plura prosequente sancto Pontifice, respondit prædictus incredulus Princeps, omnia se facturum quæ iubebat si illa nō demonstraretur māsio a suo Deo, quā sibi largiturum spoponderat. Cumq; insuperabilem in cunctis Christi Sacerdos illius animū cerneret, ne à Gentilibus alia fingerentur pro alijs, misit continuo cum quodam Frisone suum Diaconum, qui cum paululum ab op-

Prestigia diaboli.

pido

pido processissent, obuiam sibi repererunt in humana effigie quendam itineris comitem, qui dixit eis; Properetis cito: nã ostensurus sum vobis mansionẽ eximiæ pulchritudinis, quæ præparata est à Deo suo Principi Radbodo. Qui ducem, ac comitem itineris prosequentes, loca diu peragrant incognita, donec viam ingredientes latissimam diuersorum generis marmorum eam cernunt polito opere decoratam, videntq; à longe domum auream, ac perueniunt vsque ad plateam, quæ ante præfatam domum sita erat, & ipsa auro, gemmisq; strata, intrantesq; in domum aurei splendoris, & incredibilis pulchritudinis, aspiciunt thronum miræ magnitudinis. Tunc ductor itineris: Hæc est, inquit, domus, & ista pulcherrima sedes, quã post eius mortem Principi Radbodo, Deus suus largiturum se spopõdit. Et Diaconus stupefactus in his quæ viderat, dixit: Si à Deo cunctipotẽte facta sunt ista, perpetuo maneant: Sin autem à diabolo, cito disspareant. Et cum vallaret se continuo sanctæ Crucis munimine, dux itineris, qui videbatur homo, euanescendo trãsijt in Diabolum, & domus versa est in lutum: remanseruntque hi duo simul Friso & Diaconus in medio locorum palustrium, quæ plena erant longissimis rauseis virgultis, triduoq; immensi laboris iter cõtidentes reuersi sunt ad oppidum, inuenientes præfatum Ducem Radbodum sine Baptismatis Sacramento mortuũ: narrantq; beato Antistiti, quamnam à diabolo pertulissent illusionem. Friso autem credidit. Vocabatur autem Ingomarus, qui & ipse ad Fontanellense cœnobium beatũ Vulfrannum secutus est. Inducias itaq; sibi renunciandi, quas putauerat se adipisci, prædictus Dux minimè valuit impetrare, quia non erat ex ouibus Christi, neque ad vitam præordinatus æternam: percrebuitq; hoc stupendum miraculum apud incolas gentis Frisonum, atque ex hoc facto plurima gentis multitudo conuersa est ad Dominum. Mortuus est autẽ infeliciter præfatus Dux Radbodus anno Dñi nostri Iesu Christi, in quem ipse credere contempsit, 719. qui erat annus septimus inclyti Principis Caroli cognomento Martelli. Ita plane, inquit Baronius, illud meruit irrisor Princeps & corde durus, qui cum ingẽtia signa de veritate Christianæ religionis ab Apostolicis viris facta vel vidisset, vel audisset, & adhuc tamen permansisset obstinatus, meruit his phantasmatibus, Deo permittente, illudi, iuxta illud Sapientiæ? [Videbũt, & contemnent eũ: illos autem irridebit Dominus,] & illud Ecclesiastici: [Qui mentis est duræ, corruet in malum: &, Cor durum male habebit in extremo.] Illusionibus autem dæmonis decipi iure debuit, qui Dei ministros vel persecutus est, vel tergiuersatione delusit; vt euenerit illi quod Achab, secundum illud lib. Reg. dicente Domino: [quis decipiet Achab?] cum se promptum illi exhibuit spiritus mendacij: nam & eodem iste præstigijs dæmonis meruit de mentari.

Mors ifelix Radbodi.

Sap. 4. Ecclesi. 3 Prou. 8.

Iure delus⁹ à dæmone vanus Princeps.

3. Re 2.

11. *Curina monetur in visione, vt baptizari curet.*

HOmo quidam de turma, Curina nomine municipij Tulliensis, qđ Hipponi proximũ est, curialis pauper, vix illius loci duum vir alitius, & simpliciter rusticanus, cũ ægrotaret ablatis, sensibus pæne mortuus iacuit aliquot diebus: tenuissimus status in naribus, qui manu admota vtcumq; sentiebatur, & exiguum erat viuentis indicium, quod illum sepeliri vt exanimem non sinebat. Nullos artus mouebat, nulla sumebat alimenta: nihil oculis, nihil vllo alio sensu corporis qualibet impacta ei molestia sentiebat. Videbat tamen multa velut in somnis, quæ tandem aliquando post dies plurimos quasi euigilans visa narrauit: Post quæ se postremo in paradisum introductum esse asseruit, & dictũ sibi esse,

Ex D. Aug. li. de Cura pro mort. cap. 12. Fulg. li. 1. c 6 & Egna. l. 1. cap. 6. Curina ægrotantis visio.

esse, cum inde dimitteretur rediturus ad suos; Vade, baptizare, si vis esse in illo loco beatorum. Deinde vt baptizaretur, admonitus, iam factum esse respondit: Cui rursus ille: Vade, inquit, vere baptizare: nam illud in visione vidisti. Post ista conualuit, perrexit Hipponem. Pascha iam appropinquabat, dedit nomen inter alios cōpetētes, pariter cum plurimis incognitus nobis: nec illam mihi visionē, nec cuiquam nostrorum indicare curauit. Baptizatus est, peractis diebus sanctis remeauit ad propria.

Baptismus ad salutē necessarius.

III. *Puero cathechumeno defuncto meritis S. Stephani vita redditur, vt baptizetur.*

Euodius libr. 1. de miraculis Stephani & August. ser. 95. et 96. Lauanij recēt. impressi.

EVodius Episcopus Augustino æqualis duos libros de admirandis signis Stephani protomartyris, quæ illis temporibus accidere apud Vzalē ciuitatem, cuius ipse erat Episcopus, conscripsit. Quæ, ne quis forte alicui sinistræ suspicioni obnoxia putet, Augustinus ipse agnoscit; E quibus hoc vnum, ad confringendum impium illum de salute infantium sine baptismo morientium errorem, accommodum recitabo: Cuiusdam mulieris filius paruulus mortuus, catechumenus erat. Qui matris portatus manibus cū ingenti eiulatu & miserabili vociferatione ante ipsam memoriam gloriosi Stephani fuerat proiectus: mater tradebat illi mortuum, vt ab eo reciperet viuum. Cumque ad aures amici Dei pulsaret fide pietatis, perculsa duplici luctu orbitatis, quod & in præsenti vita filium perdidisset, & in futura, vtpote sua gratia baptismi saluum habere non posset, ecce interdiu lamentantis dolorem miseræ matris, repente paruulo spiritus redditur, vita tribuitur, vox viuenti conceditur. Continuo presbyter accersitus baptismum paruulo tradit, sacramenta complentur, atque ita peccatorum lethali catena anima liberata statim etiam mortalis carnis vinculo exuitur, & ad Dei spirituales amplexus summa celeritate liberata dimittitur. Ita & non modica consolatione concessa gaudere de redempto filio datur, paruulo salus vera conceditur. Qui profecto ob hoc ad modicum vitam recepit, ne in æternum moreretur. Quare cum baptismus tanti momenti sit in infante, vt cum illius iactura æternæ quoque salutis iactura coniuncta sit, non sine causa Theologi asserunt non sacerdotes modo, sed quemlibet Christianum ad illum, si res ita ferat, cum propriæ vitæ dispendio expediendum obligari.

Necessitas baptizādi paruulos miraculo demonstrata.

Thom. 3. sent. dist. 24.

IIII. *De infantulo per puerum sub mortem baptizato.*

Alan. Copus dialog. 6. cōtra ipug. imag. c. 9.

INdorum pueri inter alia Catholicæ Ecclesiæ dogmata, quæ accurate tenent, et parentes suos studiose docent, eos diligenter admonent, ne liberos absque baptismo, sine quo ad Ecclesiam eos non pertinere rectè iudicant, mori patiantur. Ita vero vsu venit, vt parentibus atque vniuersa familia piscandi gratia domo profectis, puer quidam cum infante in cunis posito domi relinqueretur, qui cum in parentum absentia puerum periculose ægrotare, iamque extrema ei imminere perspiceret, accepta aqua eam baptismo perfudit; & verba, quæ in hunc casum proferri solent, apertè & distinctè pronuntiauit: quo peracto mox infans mortuus est.

Baptismus paruulorum necessarius.

V. *Baptismo initiatur paganus cum vxore, nocturna visione monitus.*

IN statu Isafai degebat gentilis Iecusciorum sectæ vna cum coniuge sic addictus, vt inter populares suos esset, vt apud Christianos quasi Paroch⁹ & concionator. Huic nocte quadam, siue vigilanti, siue subdormitanti, apparuit homo vultu venusto & placido (paterne, an frater de Societate nostra

Ex relatione rerū Iapon. gestarū per P. Petr. Gomez

India Societatis Iesu Vice Prouincialem. Ad baptismum monetur gentilis.

stra fuerit,nō obseruarat) qui benignè eum compellans, dixit: Valde sordidus es, affer haud paululum aquæ, vt te lauem, & abluendo imposuit ei nomen Pauli: quo facto euanuit. Fuit hoc viso gentilis ille totus consternatus, & mox vna cum coniuge copiam sibi fieri petijt alicuius de nostris, visione exposita ardenter petit admitti ad Cathechesin. Ea vbi satis vterq; imbuti fuere, numero fidelium per sacrū baptismum sunt adiuncti, Et maritus quidē nullo alio nomine appellari voluit, quam Pauli.

VI. *Adolescentem baptizandum quibus potest artibus conatur dæmon impedire, ne baptizetur.*

Ex literis Ann. Soc. anni 1583.

MOnachij in Bauaria Prouincia Germanię Superioris,adolescens Iudęus duos & viginti annos natus,cōmuni omniū gratulatione in ipsa Gymnasij aula baptizatus est.Huic miras sępe dęmō struxit insidias; & quo magis vrgebat ille baptismū,eò hic impugnabat vehementius: nudum pene de nocte eiecit ex ædibus: interdum etiam fauces illi premere nōnunquam visus, spectrisq; terrere, vt de mente illa deijceret,cōsueuit.Vultus dæmonis adeo fœdi, vt negaret adolescens parem vllum sibi videri ijs imaginibus cruciatum. Pridie eius diei, quo baptismate lustrandus erat, quoniam eo demum die de victoria dæmonis agebatur, multo eum vehementius callidus hostis exercuit, ita vt is ne à pluribus quidem contineri loco posset.Vt autem vi baptismatis Christi membrū effectus est, continuo fractus & debilitatus est dæmon.

Baptismo inuidet dæmon.

Vis baptismi.

VII. *Quanto baptismi suscipiendi desiderio arserit puella Hebræa.*

Ex Ann. Soc. ann. 1592. in Prou. Polonic. Col. Vil.

VIlnæ in Polonia puella quædā Hebræa duodecim,aut circiter annorum, propter egregiā indolem animi, & morum elegantiam,erat in delicijs, tum parentibus, quibus primarijs, atque opulentus certa erat, tum consanguineis prope vniuersis. Ædes incolebat,ex quibus patebat aditus in domū adiunctam Christianæ matronæ, quæ virginibus erudiendis & informandis Gynecæum instituerat: ex quo Hebręa inter has totum ferme tempus transigebat, parentibus propter loci opportunitatē non modo non abnuentibus, sed etiam probantibus. Vt fere consuetudine familiaritatis sequitur similitudo studiorum, quæ prima elementa fidei per piam magistram tradebantur cæteris,Hebręa quoq; percupidè hausit, coluit casto pectore: dante Spiritu sancto incrementum; denique ita confirmauit, vt non dubitauerit prodere se parentibus cruce,genuflexione,precatione, alijsque signis,& quod maius est,voluntate Christiana. Ij non admodum permoti, quod illius ætatulæ desideria nullam in partem magnū opinarentur habere momentum. Sed tamen concitata mater alienis illis cæremonijs, quas vsurpare se inspectante non verebatur, omnem stomachum in eam ita vehementer effudit, vt verberibus,pugnis,calcibus male multatam dimitteret. Sed his difficultatibus diuinum semen oblimari solet,atque grandescere; quare puella iam flagrans desiderio suscipiēdi Christiana sacra suū consilium senili prudentia cum fidelibus matronis, & per eas cum Societate communicat. Res tota à nobis constituitur Sabbato, quo familiam synagoga tenebat, puella se domo abripit, & ad Christianas ædes, in quas fuerat constituta,perfugit.Re cognita,parentes omnia implent clamoribus. Subodorati quo se illa recepisset, obtestantur fidem magistratuum,& sibi requirendæ filiæ fieri potestatem efflagitāt. Fit potestas non inueniunt: maturè siquidē nostri studiosi effracto tecto, eā in proximam domum coniecerant, & mentito habitu luce palam eductam in loco tutiore collocarent: nō cessant Hebræi: suscipit synagoga negotium, & illud vrget cōmuni consilio, studijsque cōmunibus. Circumcursant agmi-

Familiaritas morū similitudinē parit.

Puella diu tres a maneat capitur.

na Iudæorum, non pecunijs parcitur, non muneribus: &, quod iniquissimũ, oppugnatio feliciter ex ea parte succedit, à qua nos esse maximè tutos oportuerat. Adeũt Primates ecclesiasticos, obsecrant, vt pro eorum imperio sibi detur virginem domum reducendi potestas: vel onerati querelis, vel circumuenti suasionibus, quod teneræ ætati diffiderent, & rem longioris putarent esse consilij, non obscure assentiebantur. Suis tamen studijs in Hebræos id vnum effecerunt, vt in puella diuina vocatio virtutis, iudicijque maturitas, de qua ambigi fortasse propter ætatẽ poterat, probatiora atq; testatiora essent: vt admirationẽ ipsis aduersarijs excitarent. Seuocauerunt puellam in ædes quasdam ij, qui animum vel flectendum vel tentandum susceperant. Præsul quidam primarius sciscitabatur ab ea cur fieri Christiana vellet. Quoniam, inquit, intelligo solos Christianos peruenturos ad cœlum. Atqui, ait Præsul, è Christianis quoque permultos depressum iri scias ad inferos. Non ignoro, respondit, siquidem illi se onerauerint sceleribus. Ad hęc ille; Si scelera deprimunt, quidni viuas inter Iudæos vitã sine crimine? Valde vereor, respondit, vt apud eos id possim, sed quanquam possim, mihi tamen certo scio nihilominus clausum fore aditum ad superos. Quærit, quam ob causam? Respondit, quia cœli atrium est Ecclesia. Vbi eam hic ita peritam conspicit, ad aliam thesim dilabitur; Misella, inquit, non satis percepisse videris, te apud tuos fore semper in honore & copia rerum, Christianã fore neglectui, atque contemptui, laturam famem, sitim & omnium rerum inopiam. Ad quę illa; Libẽter despiciar in tenebris, vt exalter in luce, hoc est in conspectu Dei: malo ferre famem breuis temporis, quam æternam; malo ferre sitim, quam ignes. Patiens vero vel inuita, subdit, illa: mihi enim certum est parentibus te dedere, qui præstolantur præ foribus, quique te quamdiu vixeris, maceraturi sunt inopia, contumelijs, verberibus. Parentum nomen vehementer perculit tenerum puellę pectus. Quare erumpente flumine lacrymarum accidit ad eius pedes: eosque amplexata; Non vexationes, inquit, perhorresco, sed periculum. Parere, Domine, tentari me, non obrui. Eo deniq; sensu, eo ardore spiritus deprecata est discrimen illud, vt omnes, quotquot aderant, flecterẽtur in misericordiam, & admirationem, & ipse Præsul admirabundus exclamauerit: Digitus Dei est hic, seq; baptismo nullum obicem positurum promiserit. Quare cum nullus alius auderet suscipere eius baptizandæ prouinciam, Episcopus Samogitiæ, qui per eos dies Vilnæ degebat, id egregie præstitit. Plurimi mortalium confluxere ad spectaculum. In ipso sacri fontis mysterio tantam ostendit in subeundo pietatem, tantã in respondendo alacritatem, in pronũciandis fidei elementis industriam, vt celebraretur omnium plausu, atq; sermonibus, quotquot aderant, ipsi hæretici vix temperarent à lacrymis, atque discederent perfusi animum diuina quadã dulcedine, quæ etiam in ipsos è diuinis illis nuptijs redũdare videbatur. Iam vero puella collocata in Niesuitiensi Cœnobio virginum omnibus prælucet ad virtutem.

Pendens puellæ responsum, cur Christiana fieri velit.

Ecclesia cæli atrium.

Mira puella constantia.

Baptizatur puella ab Episc. Samogitiensi.

VIII. *Ardens pueri baptismum suscipiendi studium.*

CVm iter haberẽ ab vno propugnaculo ad aliud, multi Christiani ad excipiendum me obuiam prodiere, & inter eos puer decennis eques, elegãti vestitu, sic vt suspicarer esse filium Præfecti propugnaculi, cumque propius mei salutandi causa accessisset, dixit se esse gentilem, venisse autem rogatum vt possit fieri Christianus. Vt ventum est ad propugnaculum, cognoui parentes eius esse Ethnicos, & colendis Chami & Fotochi impense addictos: itaq; dissimulanter puero respondi: Quod ille adhærens, mox primarios quoq;

Ex hist. rel. de rebus à pp. Soc. gestis P. Lud. Frois ann. Domin. 1598.

Ad baptismum ardens pueri ethnici desiderium.

pro-

propugnaculi Chriſtianos ſibi aſciuit interceſſores. Sed ego reſpondi illis, quādoquidem parentes ſint gentiles, facile ab ijs ex indignatione puerum adigi poſſe ad palinodiam. Itaq; puer magno cum dolore à me receſſit. Verū ille non conquieuit, ſed adiunxit ſibi aduocatum filium Toni eiuſq; matrē, & alios. Omniumque tot fuerunt preces & ſingulatim vxoris Præfecti, ipſiuſque Toni, qui in ſe recipiebant noxam dubij euentus? vt neceſſe fuerit poſt breuem aliqnam ſanctæ fidei doctrinam, eum admittere ad baptiſmū: quod & factum eſt.

TIT. II. De materia baptiſmi, quæ eſt omne naturalis aquæ genus, ſiue fluuij, ſiue paludis, ſiue putei, aut fontis.

EXEMP. I. *Fons aquæ miraculo erumpit è ſaxo ad baptiſmū miniſtrandū.*

Car. Baro. Ann. Eccl. to. 1. ad an. Do. 68 & Tho. Boz. lib. 1. de ſig. Eccle. c. 16. Miraculum.

ANno Chriſti Domini 68. euenit, vt ſanctus Petrus Apoſtolus in carcerem Mamertinum mitteretur. Vbi aſſeruatus eſt à militib⁹ Proceſſo & Martiniano; qui multas ob cauſas S. Petri monitu nomen Chriſto dederūt: cumque non eſſet eo in loco ad illos baptizandos aquæ copia: mirabiliter è ſolito ſaxo fons erupit; è cuius aqua baptiſmus eſt adminiſtratus.

II. *Aqua ad baptizandum ſpontaneum exhibet miniſterium.*

Baro. to. Ann. ad ann. Do. 417. 55. ex Caſſiodor. li. 8. var. lect. epiſt. 3.

CAſſiōdorus libr. 8. variar. lect. agens de conuentu Leucotheæ in Lucania, & fontem irriguum deſcribens, tale ibi refert miraculum: Eſt locus ipſe camporū amœnitate diſtenſus ſuburbanum quondam Coſilinatis antiquiſſimæ ciuitatis, qui à conditore ſanctorum fontium Marcellianum nomē accepit. Hic erumpit aquarum perſpicua & dulcis vbertas; vbi in modum naturalis antri, apſidis fabricata concauitas ſic pſpicuos liquores emanat, vt vacuum putes lacum quem non dubitas eſſe pleniſſimum. Hic perlucidus vſque ad fundum patet, vt aſpectibus tuis aerem potius apparere iudices, nō liquorem. Æmulatur ſerenam diem aqua ſubtiliſſima: nam quidquid in imo geritur, inoffenſa aeris claritate monſtratur. Et paulo poſt: Longa ſunt illius fontis memorāda deſcribere: veniamus ad illud ſingulare munus, ſanctumque miraculum. Nam cum die ſacratæ noctis precem Baptiſmatis cęperit ſacerdos effundere, & de ore ſancto ſermonum fontes emanare, mox in altum vnda proſiliens aquas ſuas nō per meatus ſolitos dirigit, ſed in altitudinem, cumuloſque tranſmittit. Erigitur brutum elementum ſponte ſua, & quadam deuotione ſolēni præparat ſe miraculis, vt ſanctificatio maieſtatis poſſit oſtendi. Nam cum fons ipſe quinq; gradus tegat, eoſque tantum ſub tranquillitate poſſideat: alijs duobus cernitur creſcere, quos nunquam præter illud tempus cognoſcitur occupare. Magnum, ſtupendumque miraculum fluente labēria ſic ad humanos ſermones vel ſtare vel creſcere, vt eis credas audiendi ſtudium minimè defuiſſe. Fiat venerabilis omniū ſermone fons iſte cœleſtis. Habet & Lucania Iordanem ſuum. Ille exemplum Baptiſmatis præſtitit, hic ſacrum miniſterium annua deuotione cuſtodit. Quapropter & reuerētia loci, & vtilitas rei dare debet populis ſanctiſſimam pacem.

Stupendum miraculum

III. *Baptiſmus, qui arena datus fuerat, aqua deficiente, poſtea cum vera aqua confertur.*

ABbas Andreas Octaui decimi, cū eſſemus in Alexandria, narrauit nobis dicens: Cum eſſem iuuenis, indiſciplinatus valde, & inquietus fui. Die ergo quadam perſecutionem paſſi pro noſtra inquietudine fugimus in Palæſtinam ego & nouem alij: inter quos vnus quidā erat indaſtrius, alius Hebræus. Cum ergo veniſſemus in eremum, infirmatus eſt Hebræus vſq; ad mortem. &, Deo teſte, in magno mœrore cōſtituti eramus, neſcientes quid

Sophronius in prato ſpi ri. c. 176 et Niceph. Calliſt. l. 3 hiſt. Eccl. c. 37 a ro. 181 [illegible]

illi faceremus. Verumtamen vt est consuetudo socialis charitatis, non illum deseruimus: sed vnusquisque nostrum pro viribus tolerabat eum volẽtes vel in ciuitatem vel in emporiũ illum ducere, ne moreretur in eremo. Cum vero adolescens ex inedia & vehemẽtissima febre, immoderatoque labore & siti, præ solis æstu, totus iam fere resolutus esset, atq; deficeret, propinquans ad exitum, neque portari posset, decreuimus cum multis lacrymis illum dimittere in eremo & abscedere; metuẽtes ne nos ipsi quoq; siti deficeremus. Cum igitur illum in arena plorantes posuissemus, videretq; nos abire velle, cœpit nos adiurare, dicens: Per Deũ, qui fecit cœlum & terram: Per Deum, qui inclinauit cœlos & descendit pro salute humani generis: Per Deũ, qui iudicaturus est viuos & mortuos, nolite pati, vt Hebræus moriar. sed tanquam Christiani facite mecum misericordiã; & baptizate me, vt Christianus de hac vita exeam, & ad Dominum pergam. Nos vero dicebamus ei: Vere, frater, non licet nobis hoc facere, seculares enim sumus: hoc autem Episcoporum & Presbyterorum est opus; sed neque aqua hic est. Ille vero persistebat, similiter adiurans nos, & plura etiam cum lachrymis adijciens, ac dicens: Nolite, Christiani, me priuare hoc diuinitus indulto munere. Cum ergo in magna hæsitatione essemus, industrius ille diuinitus inspiratus ait nobis: Erigite illum, & exuite. Ereximus itaque cum magno labore eum, erectumque tenentes exuimus. Industrius autem ille implens ambas manus suas arena, tertio effudit super caput eius, dicens ita: Baptizatur Theodorus in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Nobis vero per singula respondentibus, Amen (Dominus Deus testis est, fratres) ita continuo sanauit, & corroborauit eũ Christus Deus noster, vt nullum iam in eo pristinæ infirmitatis remaneret indicium, vel qualiscunque passionis; sed sanus & valens, cum omni alacritate, & florido aspectu, quod reliquum erat itineris per eremum ambulauit, semper nos præcedens; ita vt admirantes talem, & tam subitam mutationem, omnes laudauerimus & glorificauerimus ineffabilem maiestatem & benignitatem Christi Dei nostri. Venientes autem Ascalonem, adduximus eum ad beatum & sanctum Dionysiũ eius vrbis Episcopum, narrantes, quæ fratri in via contigissent. Quibus auditis, sanctus, admirandusq; Dionysius stupens ob tam nouum, inauditumq; miraculum, conuocato Clero exposuit ei totum negotium, vt decernerent, vtrum effusio illa arenæ reputanda esset fratri in baptismum, an nõ? Et alij quidem dicebant, debere illi reputari in baptismum, propter inauditam miraculi magnitudinem: alij vero dicebant non? Theologus quippe Gregorius omnia baptismata dinumerat? Baptizabat, inquiens, Moyses, sed in aqua, & antea in nube & in mari. Baptizauit & Ioannes, non iam quidem Iudaicè: non enim in aqua solum, sed & in pœnitẽtia: Baptizat autem & Iesus: sed in Spiritu sancto. Istud perfectio est. Scio & quartum baptismum, per martyrium & sanguinem. Scio & quintum, lacrymarum scilicet. Hæc ille. Quo igitur horum illi inquiebant, iste baptizatus est, vt etiam ipsius baptisma roboremus, maxime cum Dominus ad Nicodemũ dicat: [Nisi quis natus fuerit denuo ex aqua, & spiritu, non intrabit in regnum Dei.] His alij contradicebant sic: Quid ergo? Quia scriptum de Apostolis nõ est, quod baptizati sunt: idcirco non intrant in regnum Dei? Alij rursus econtra inferebat dicẽtes: Ita sane illi baptizati sunt, sicut & Clemẽs Stromatæus meminit, in quinto Hypotiposeon: Apostolicum enim illud dictum exponens quo dicitur: [Gratias ago, quia neminem vestrum baptizauit:] Christus inquit, dicitur Petrum solum baptizasse, Petrus Iacobum, Andream, & Ioannem: illi autem reliquos. Hæc igitur & alia plurima

Iudæus in locis aridis ob extremã vrgentẽ necessitatem arena pro aqua baptizatur.

Iudæus ille arenæ baptismo conualuit.

Ioan. 3.

Matt. 14.

rima

rima cum dicta eſſent, viſum eſt beato Dionyſio mittere fratrem illum ad ſanctum Iordanem, illicque baptizari. Induſtrium autem illum ordinauit Diaconum.

I V. *Virtute conſecratæ baptiſmalis aquæ dæmon expellitur.*

Apud Sur. 17 Sept. in 4 5 vita S. Hud lib. 3. c 22 Ge. 1. Vi aquæ baptiſmalis.

SAbbatho ſancto, cū fons baptiſmatis conſecraretur, per flatum Sacerdotis, quem in fonte mittit, cum verbis quæ Spiritus ſanctus rationalitati hominis & Doctoribus Eccleſiæ infudit, quoniam in prima creatione, Spiritus Domini aquas mouit, vt ſcriptū eſt: Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas: mulier dæmoniaca præſens ibi erat, atque timore magno correpta ita contremuit, quod terram pedibus perfodit, & de horribili ſpiritu, qui eam oppreſſerat, ſufflatū ſæpe emiſit. Mox in vera viſione vidi & audiui, quod vis altiſſimi, quæ ſanctā baptiſma obumbrauerat, & ſemper obumbrat, ad diabolicam conglobositatem, qua fęmina illa fatigabatur dixit: Vade, Satana de tabernaculo corporis mulieris huius, & da in eo locum Spiritui ſancto. Tunc immundus ſpiritus per verenda loca fęminę cum egeſtione egreſſus eſt horribiliter, & ipſa liberata eſt ac deinceps ſana in ſenſibus animæ & corporis permanſit, quamdiu in præſente ſeculo vixit. Quod poſtquam in populū diuulgatum eſt, omnes cū canticis laudum, & verbis orationum, dicebant: [Gloria tibi Domine.] Itaque vt Deus permiſit, quod Satan totū corpus Iob horrore & fœtore vermium perfunderet, & vt ille æſtimabat, quod per deceptionem ſuā, qua honorem Dei abnegauerat, iſtum etiam ſuperare poſſet. Deo animam eius cuſtodiente tangere eum non potuit, quia Iob Deum in fide nō dereliquit. Vnde & confuſus ab eo diſceſſit, quia Deus per ipſum Satan ſuperauit, vt ſciret quoniam Deo nullus præualere poſſet: ſic & mulier cum maligno ſpiritui ad vexandum tradebatur, Deus non permiſit, quod anima

Iob. 1.

in bona fide deficeret, vnde & inimicus in ea cōfuſus eſt quia à iuſtitia Dei auertere eam non potuit.

V. *Quomodo baptiſmalis aqua purget animam à peccato.*

In vita S. Va en tini Ep. Interamnenſis apud Sur. to. 1. 14. Febr.

FVit Romæ Craton quidam ſummis oratoriæ facultatis laudibus ornatiſſimus, cui filius erat Cheremon nomine, qui iuuenis admodum eam incurrerat ægritudinē, vt incuruato dorſo caput inter genua deprimeretur: tātaque erat eius calamitas, vt nulla medicorum vel induſtria curari poſſet. Cumq; pater omnem ſalutis ſpem de filio abiecißet, extitit quidam Fōteius Tribunitius, qui eodem & grauiore etiam malo germanum ſuum vexatū fuiſſe dicebat, curatumque a quodam Epiſcopo Valentino ciue Interamnenſi, viro magnæ ſanctitatis, opinione celebri & virtutum omnium ſplendore mirificè ornato. Audiens hæc Craton, ſumma diligentia & magno cum honore per viros quoſdam apprime nobiles Valentinum Romam adduci curauit, & filium ei ſuum Cheræmonem multis cum lachrymis ſanandum obtulit. Cui valentinus: Tu ſi vis curabitur. At ille: Dimidiam, inquit, ſubſtantiæ meæ partem tibi dare conſtitui, ſi ab hac eum calamitate liberaueris. Miror ego ſanè, inquit, Valentinus, te virum prudentem nō aduertiſſe, quæ dixerim. Tu ſi vis, curabitur. Nam ſi abiectis idolis, & ſceleratorum hominū ſimulacris, in Chriſtum credideris, optatam filius tuus ſalutem cōſequetur. Cenſum vero tuum, cuius mihi dimidiam partem polliceris, offer pauperibus, qui pro filio tuo orent: mihi autē nulla ratione perſuadebis, vt aliud q̄d, quam fidem tuā pro ſalute filij tui expetam. Hæc dum audiret Orator, procidit ad pedes Epiſcopi, & ſe credere in Chriſtū Ieſum dixit. At Epiſcopus: Fides, inquit, Chriſtiana non verbis tantum, ſed operibus demonſtratur: quare volo te re ipſa fidem declarare. Idolis igitur manufactis renuncia, & deli-

delicta tua sacro fonte expiato; & sic demũ ab vniuersis sceleribus tuis expurgatus in numerũ filiorum Dei recipieris. Cui Craton: Quomodo, quæso, aqua, quæ sordes corporis lauat, peccata animę tollere poterit? Vix hoc in sani hominis mentem vlla ratione cadere potest. Tum Valẽtinus: Aqua, inquit, per mysterium inuocatæ Trinitatis, Spiritus sancti gratiam in se recipit, & per eam vniuersa crimina, quan tumuis enormia, protinus mũdantur. Hæc cum dixisset, luculenta admodũ oratione de Christiana dignitate, eiusque mysterijs disseruit. Sed Craton, qui tota mente in salutem filij sui propendebat: Missas, quæso, facito, inquit, longioris orationis ambages. Nã ex hoc vno veritas cõstabit, si salutem consequatur is, propter quem hæc dicuntur. Tunc Valentinus solum cum Chæremone cubiculum ingressus est, & totam diem vna cum nocte in precibus & lacrymis pro salute illius miseri exegit. Media autẽ nocte tantus splendor cubiculũ inuasit, vt ij qui foris rei exitum præstolabantur, protinus illud cum Valentino & filio Chæremone flammis absumendum putarent. Sed cum Chæremonem, qui tribus iam annis nullam omnino vocem ediderat, psallentem, & clara voce nomen Christi prædicãtem audiuerit, gaudio incredibili perfusi fores sibi reserari postularunt: quas tamen vir sanctus ante completam orationem aperire noluit, sed mane facto Chæremonem illi saluum & incolumen tradidit. Quo miraculo victus Craton vna cum coniuge & tribus discipulis, Proculo, Ephebo, & Apollonio, qui artium maximarum disciplinis illius studio erudiebantur, fidem amplexus baptizatus est, &c.

Aqua baptismi animam purgat.

Chæremon mutus ab annis tribus sanatur.

Craton baptizatur cum suis.

VI. *De Basilio & Eubulo in Iordane baptizatis.*

CVm Basilius ille magnus Hierosolymam baptismi suscipiendi gratia cum præceptore suo Eubulo sese contulisset, Maximum eius vrbis Episcopũ adierunt: ad cuius pedes se abijcientes, rogarunt diuinum sibi conferri baptisma, siue regeneratione in Iordanis flumine. Quos vbi sanctus ille Episcopus vidit, pro sua erga omnes humanitate illorum annuit precibus; venitq; cum viris fidelibus ad Iordanem: vbi tũ Basilius in ripa consistens, humi se prostrauit, & cum clamore valido & lacrymis petebat à Deo aliqđ suæ fidei signum ostendi, surgensq; cũ tremore, suis se vestibus spoliat, vnaq; cum illis veterem exuit hominem: descendensq; in aquas orabat. Vna autẽ sacerdos etiam descendit, eumq; baptizauit. Et ecce coruscus ignis incidit super eos, atq; ex eodem fulgure columba exijt in Iordanem, turbansque aquam reuolauit in cœlum. Eo viso, qui adstabant, timore correpti glorificarunt Deum. Porro Basilius baptizatus exiuit ab aquis. Admirans autem Episcopus Basilij in Deum amorem orans induit eum resurrectionis Christi vestimentis. Baptizauit etiam tum Eubulum, vnxitque vtrumque sacro chrysmate.

Amphilochi in vita S. Basilij apud Sur. to. 1.

In baptismo Basilij miraculum.

Vsus sacri chrismatis in baptismo.

TIT. III. De forma Baptismi.

Christus Dominus post resurrectionem ad Patrem transiturus, discipulis per vniuersum orbem ituris mandatum hoc dedit: Euntes ergo, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritussancti. *Matth. 28.*

EXEMPL. I. *Baptizaturo Ariano, qui baptismi formam vitiabat, aqua euanescit.*

ARiani, quod nollent Filium Patri æqualem, non ijsdem verbis vtebantur, quibus Catholici, sed illorum forma immutata filium significabant Patre minorem. Contigit igitur, quod sumus dicturi, valde admirandum, vt Arianus baptizaturus more suo accederet ad fontem aquarum plenũ: vbi eo venit, continuo aqua oĩs euanuit: quo fugeret nullus apparebat exitus: no-

Th. Bozius to. 1. de signis Eccles. Dei lib. 1. c. 16. nu. 6.

Miraculum.

noluit impio cultui se exhibere. Id testantur Paulus Diaconus & Zonaras.

II. *Baptismo Deuteris Episcopi Ariani, quod formam mutasset, aqua euanuit.*

Baro. t. 6 an. 506. 14. ex Theodoro lectore & Niceph. lib. 16 c. 35. Ado. in Chr. et. 6 Nauck. to. 2 gener. 17. Carol. Sigon. li. 15 Imp. Occi. ã. 510 Deuterius Arianus verborũ baptismi prauari cator. Miraculũ ob verba essentialia baptismi ab hereticó mutata.

TEmpore Anastasij Imper. XVI. & Symmachi Papæ VI. sub annum Christi Domini 506. Deuterius Arianorum Constantinopoli Episcopus, cũ Barbatem quendam, sic dictum, baptizaret reprobata & corrupta Dominica traditione ausus est inter baptizandum dicere, Baptizetur Barbas in nomine Patris, per Filiũ, in Spiritusãcto. Quo dicto aqua ex Colymbetra euanuit: Barbas vero arrepta fuga exiuit, & miraculum hoc cũctis significauit.

III. *Antharith Rex diuinitus punitur, quod probibuisset paruulos ritu Catholico baptizari.*

ANtharith nefandissimus Longobardorum Rex in solemnitate Paschali, quæ paulo ante expleta fuerat, suorum filios in fide Catholica baptizari prohibuerat. Pro qua culpa diuina Maiestas eum extinxit, vt solemnitatem Paschalem vlterius non videret. Monet proinde Gregorius vniuersos Italiç Episcopos docere, vt cunctos per sua loca Longobardos admoneãt, qa grauis mortalitas imminebat, eosdem filios suos in Ariana hæresi baptizatos, quos possent, ad Catholicam fidem conciliarent, quatenus super eos iram Domini omnipotentis placarẽt, vt cum ad districti conspectum iudicis venturi essent, pro sua solicitudine lucrũ in Domino ostentare valerent.

Ex Greg. Mag. l. 1 Registri epist. 17. In hæresi Ariana bapti zati ad fidẽ Cathol. conciliãdi.

IIII. *Ex falsa Latinitate non vitiatur forma Baptismi.*

Zac. pp. epi 4. to. 2 ep. Ro. Pontif. et Sur. ĩ vita S. Bonif. li. 2. cap. 3. Iunij N. l. 3. ann. B. or ũ. Baro. t. 9 Annal. ad ann. Dom. 774 2. Zacha rias Papa epistola ad Bonifac. Bauariorum Episcop.

ANno Domini 743. tempore Zachariæ Papæ II. & Constantini Copronymi Imperat. duo viri religiosi Virgilius atque Sidonius, Dei nutu, propagandi Euangelij causa in Boioariã venerant (ex Hybernia Virgilius, Sidonius vnde, non notus) Bonifacio loci Episcopo noti, cuius & disciplinæ subditi erant, cum oborta aliquando occasione, opus esset contradicere eidem Bonifacio, veritate cogente, dum ipsi videretur esse rebaptizãdos, quos minister forma solita, sed vitiata latinitate baptizasset, modestiæ consulentes maluerunt eũ monendum esse per Romanum Pontificem, quam vrgere publica disputatione coram Ecclesia. Quamobrẽ de his scripsere ad Zachariam Papam, qui acceptis literis ad Bonifaciũ ita conscripsit: Virgilius & Sidonius viri religiosi apud Boioariorũ prouinciam degentes, suis apud nos literis vsi sunt, per quas intimauerunt, quod tua reuerenda fraternitas eis iniungeret Christianos denuo baptizare. Quod audientes nimis fuimus conturbati, et in admirationem quandam incidimus, si habetur, vt dictum est. Retulerunt quippe quod fuerit in eadem Prouincia sacerdos qui Latinam linguã penitus ignorabat, & dũ baptizaret, nesciẽs Latini eloquij infringẽs linguã diceret: Baptizo te in nomine Patria, & filia, & spiritua sancta: et per hoc tua reuerenda fraternitas cõsiderauit rebaptizare. Sed sanctissime frater, si ille qui baptizauit, non errorem introducens ac heresim, sed pro sola ignorantia Romanæ locutionis infringendo linguam, vt supra fati sumus, baptizatus dixisset non possumus consentire, vt denuo baptizẽtur? quia (sicut bene tua compertũ habet sancta fraternitas) quicunque baptizatus fuerit ab hæreticis in nomine Patris, & Filij, et Spiritus sancti nullo modo rebaptizari deberet. Nam, sanctissime frater, si ita est, vt nobis relatum est, non amplius à te prædicentur huiusmodi, sed vt sancti Patres docent & prædicant, ita tua sanctitas studeat conseruare.

Baptisma non vitiat vitiata Latinitas.

Ab Hereticis baptizatus non est rebaptizandus si recte baptizatus.

TIT. IIII. De ministro baptismi.

Sunt autem ministri Episcopi et Sacerdotes: Diaconi cum concessu Episcopi vel Pastoris: laici cuiuscunque sexus & conditionis in necessitate.

Exem-

EXEMP. I. *Quinam à Christo baptizati: & quinam ab Apostolis.*

Eudo. apud Niceph. Cal. lib. 2 hist. c. 3. & Hypomn. apud Soph. Prat spirit. c. 79. & Baro. to. 1. an. 31. Baptizati a Christo qui? Christus Dominus Ioan. 3. c. quosdā baptizasse dicitur. Quinam autem fuerint ab eo baptizati, ex his, quę scribit Euodius Episcopus Antiochenus, facillime cognoscitur. Ait enim; Christus manibus suis Petrum tantummodo baptizauit: Petrus porro Andream & filios Hebedæi, Iacobum scilicet & Ioannem: ij denique reliquos Apostolos. Septuaginta autem illos (discipulos) Petrus & Ioānes Theologus dictus baptizarunt. Eadem de Petro à Christo baptizato testatur Clemēs Stromareus: Christus, inquit, dicitur Petrum solū baptizasse, Petrus Andreā & Ioannē: illi autē reliquos. Hæc Clemens.

II. *D. Ambrosius nō ab Ariano Episc. sed à Catholico baptizari postulat.*

CæsarBaro. to. 4. ann. an. Do 374. 7 ex Pau. tino 3 vita eius et Sur. 4. April. 1. Tim 3. Can. Apost. 80. Concil. Nic c. 2. Ambros. Catech. creatur Episcop. Diuus Ambrosius Mediolanensis Episcopus electus, licet inuitus, diu restitit, ne ordinaretur, vel saltem vt ordinatio protelaretur: differendo enim ordinationem putabat eludere posse populum ipsum postulātem præscriptionis iure quo cauebatur, nō tantum ne Catechumenus, nondum plenè Christianus, sed vt nec neophytus ordinaretur Episcopus, cui etiam suffragabantur Canones Apostolici, necnon Concilium Nicænum: tandem cum intelligeret circa se Dei voluntatem, nec se posse diutius resistere, adductus est Mediolanum, vbi cum iam omnia ad ordinationem perficiēda essent, ipse adhuc Catechumenus, quo se pro fessionis esse Catholicæ illo potissimū argumento perspicuè demonstraret, postulauit se non nisi à Catholico Episcopo baptizari: solicitè enim cauebat Arianorum perfidiam.

III. *D. Basilius puerum Valentis moriturū in viuis mansurū pollicetur, si baptismum à Catholicis suscipiat.*

Baro. to. 4. 370. Filius Valentis nomine Galates, qui tenera admodum ætate fuit, grauiter ægrotare cœpit, vt medici de eius vita penitus desperarent. Cuius mater Dominica Imperatrix retulit ad Imperatorem, se per quietem ab horrendis visis diuexatam fuisse; puerumq; propter contumeliam, quam Basilius Episcopus fuisset ab eo perpessus, morbo affligari. Quæ Imperator animo diligenter complectens, accersit Basilium: & quo illius faceret periculum, sic illū alloquitur: si vera sunt tua de fide dogmata, precare, vt filius meus non moriatur. Tunc Basilius: Si, inquit, credes, ò Imperator, quēadmodum ego, & efficies, vt concordia ad Ecclesiam reducatur, viuet puer. Cui cum Imperator minimè consentiret: Idcirco, inquit Basilius, de puero fiat voluntas Dei Basilium, cum hęc dixisset, dimitti iubet; puer statim post exijt ē vita. Hęc Socrates. Sed Theodoretus hæc addit: Magnus Basilius tum profectus ad Regiam, & filium Imperatoris morti vicinum conspicatus, pollicetur eum ad vitam reuersurum, modo sacrosancto baptismate à pijs hominibus donaretur. Quæ cum dixisset, exiuit. Imperator vero iureiurando, more dementis Herodis, obstrictus, quibusdam sectæ Arianæ, qui aderant, pueri baptizandi negotium dat: puerque extemplo obijt mortem. Socra. li. 4. cap. 21. Theodo. 4. ca. 17. Sozom. 6. ca. 19. Niceph. libr. 11. cap. 18. Galates filius Valentis. Baptismo Arianorū necatur filius Valentis Imp. Theodo. libro 4. hist Eccl. c. 21.

IIII. *Hæreticorum neophyti multi ab hæreticis baptizati mox à baptismo moriuntur.*

D Greg. Turo li. de Glor. conf. ca. 48. Rentio villa est, in qua cum esset ecclesia Catholica, aduenientibus Gothis ad suam sectæ immunditiam eam transtulerunt. Est autem secus eā domus magna: cumque adueniret vigilia Paschæ, hic cum hæreticorum sacerdotibus paruulos in ecclesia nostra tingebant, vt negato scilicet sacerdoti aditu baptizandi, facilius ad hanc sectam populus implicaretur; sed ille sagaci intentione dum in ecclesia nostra essent, hic præparato ministerio, in domo eorum baptizare cœpit, illis in ecclesia baptizantibus: sed præcurrente diui- Baptizati ab hæreticis mox inter eunt.

diuina vltione de infantulis, quos ibi hæretici tinxerant, id est, bis denis, nullus ad clausum pertingere potuit viuens. Quod videntes hæretici, & domum suam ecclesiam fieri timentes, presbytero suam reddiderunt. De his vero, quos ille baptizauit, nullus eo tẽpore est defunctus, nisi quem Dominus post legitimam ætatem vocare dignatus est.

V. *Curare baptizari infantem ab hæretico displicet Deo, quando sacerdos, aut alius Catholicus haberi potest.*

Ex Til. Bredeb. libro 7. Coll. sacrar. ca. 50.

D. Vvalterus N. Canonicus nuper Antuerpiensis, modo autem post Cleri & Catholicorũ profligationem in Collegio Tungrensi Canonicus existens, testis oculatus narrauit, mulierẽ quandam Catholicam, eamque coniugatam partu prolem énixam esse; quã cum illa Catholico ritu, maritus vero hæreticus nouo illorum hominũ schemate baptizari vellet, maritum, vxore puerpera dormiẽte, prolem clam à latere matris subripuisse, & ad Caluinisticæ factionis præconem baptizandũ pertulisse. Ad quẽ vbi peruentum est, præco iste prolẽ baptizaturus mortuã eam deprehendit, moxque cum patre expostulans, vt quid ipsum tali impostura ludificari institueret, vt emortuã sobolem ad baptismum adduceret: pater inopinato casu cõsternatus mox domum reuertitur: cubiculum vxoris clã ingreditur, eamq; etiamnũ dormiẽtẽ cernens, infantem, quem à latere dormientis clandestine subduxerat, eadẽ arte suo rursum loco deponit, tacitoq; gressu recedens, pauloque post tanquã vxorẽ inuisurus in cubiculum regressus, illam iam euigilantem alloquitur; rogat, quo pacto agatur, ac deinde, qui valeat infantulus. Illa ante gestorum ignara, infantulum complexa bellè illum adhuc valere ait, viuumque patri blandè exhibet. Pater rei miraculo stupefactus Caluinianos errores, & hæreses respuit, Catholicæ vxoris Catholicã fidẽ & religionẽ cõstãter amplectitur.

Baptismus hæreticorũ abominandus vindicta diuina probatur.

Puer mortuus matri catholicæ traditus miraculosè reuiuiscit.

VI. *Miraculum, quo ostenditur placere Deo, vt mater Catholica propriã prolem baptizet potius, quam ritu hæretico eam baptizari sinat.*

Til. Bredemb. li. 7. Coll. sacr. cap. 51.

ANno Domini 1579. Amstelredami contigit mulierem quandã catholicam, eamque coniugatam peperisse. Maritus Caluinista voluit prolem ritu Caluiniano, mater vero Catholico more baptizari. Mater pertimescens maritum fore pertinaciorem, quã vt vxoris desiderio cederet, ac tandẽ cernens illum ad Caluinianismum baptisma petendum accingi, festinauit maritum præuenire, & extemporando baptismate (quia aliter non poterat) prolem baptizauit. Pater huius facti ignarus, prolem ad ecclesiam Caluinianam defert, vt baptizaretur, Præco Caluinista cum ad baptizandum se componeret, diuino miraculo obmutescit. Maritus rem totã secum admirabundus expendens re infecta domum regreditur. Interrogat vxorẽ, quid egisset, circa puerum. Illa confessa esse se eum baptizasse. Ac tandem rem altius considerans, sicuti præco ille diuina virtute repressus obmutuit: sic iste diuina gratia coopeꝛãte veterem errorem omnem excussit, & ad Catholicæ religionis obseruantiam redijt.

Caluinista prolẽ baptizaturus mutus efficitur.

VII. *Diuinitus punitur eorum peruicacia, qui impediunt, ne proles à sacerdote Catholico baptizentur.*

Idẽ Bredemb. li. 7. ca. 57.

REfertur in dialogo Passauantij & Pasquini idiomate Belgico, de vita & moribus Caluini, Vireti, Bezæ, & aliorum, excuso Antuerpiæ anno Domini 1568. quod cum Pharellus & Viretus primum Geneuæ secreto concionarentur, & Catholico ritu in solemni quodam festo Virginis Deiparæ processio cum sanctarum reliquiarum deportatione institueretur, matrona quædam S. Deiparam & Sacerdotes irrisit, postridie enixa sit puerũ mortuum, quo viso, apertè sinistram suam machinationem confessa sit, nimirum

Matrona Genensis B. Virg. & sacerd. irridens & bap. cath. respuens in fætu punitur.

mirū se iam antea decreuisse, non permittere prolē suam à quoquā sacerdote baptizari, sicuti nec baptizata est.

VIII. *S. Sisinnius Diaconus S. Ampronianum baptizat.*

Petr. de Nat. lib. 3. Catal. SS. c 74 Aloys. Lyp. tom. 4. Ado. martyr. 4. Non. Februa Mat. 25 Cvm Ampronianus Cōmentariensis sub persecutione Maximiani Imperatoris Sisinnium Diaconum de carcere, in quo fuerat septēdecim diebus, eduxisset, & aspectibus Laodicij præfecti præsentasset, subito lux de cœlo facta est, & vox de luce exiuit, dicens: [Venite benedicti patris m. &c.] Quod Ampronianus videns credidit, & tremefactus ad pedes Sisinnij procidit, dicens: Adiuro te per Christum, quem confiteris, ne tardes me baptizare, faciasque me pertingere tecum ad coronam. Quem B. Sisinnius mox vnda sacra pfudit, & sacro chrismate cōsignandum Marcello Papæ detulit. *Diacon⁹ baptizare potest ex commissione*

IX. *S. Ludgerus Episc. Laicum pia astutia ad baptizandum infante mittit.*

In vita eius ca. 20. apud Sur to. 2. Martij 26. Qvodam tempore cum euangelizandi gratia vir Dei Ludgerus Monasteriensis Episcopus ad quandā in Frisia villam nomine Heliguuerde accessisset, inter alios, qui illuc ad audiendum eum confluxerant, quidam etiam cœcus aduenit, qui post acceptā ab eo illuminationem eruditos quosque viros frequentare, & psalmos ab eis, vel si quid aliud ex scripturis poterat, discere consueuit. Cuius studio S. Ludgerus delectatus eius industriam in fidei quoq; causa vtēdum putauit: Quia enim illis diebus Frisia à fide secūdò defecit, & famulis Dei inde expulsis, ipse ad eos accessum habere nequiuit, per illum paruulæ saltem ætati consulere voluit, si perfectæ nequiret. Proinde quia à multis diligebatur, & de eo, vtpote laico, nulla huiusmodi suspicio haberi poterat, per singulorū domos eū discurrere iussit, dato præcepto, vt persuasis matronis, quarū ingenium naturali conditione ad credendum esse facilius nouerat, morituros earum infantulos benedicta simpliciter aqua in nomine Domini cum inuocatione S. Trinitatis baptizaret. Cuius ille iussis obtemperans octodecim infantes baptizauit, qui omnes in albis defuncti sunt, exceptis duobus, quos sanctus sacerdos, pace reddita, sancti chrismatis inunctione & manuum impositione firmauit. *Laicus baptizare potest in necessitate extra templum.*

TIT. V. De intentione baptizantis, & baptizandi.

EXEMPL. I. *Pueri ab Athanasio puero ludicre baptizati, vere baptizati iudicantur.*

Bar. t. 6. Annal. an. D. 311. 61. 62 ex Ruf. Aq. Presbyt. li. 1. c 14 Sozo. l. 2 c. 16. Sophron. c. 197 Bre. l. 7 c 31 Anno Christi 311. & Constantini Imperat. VI. cum Achillas Episcopus Alexandrinus ex hac vita migrasset, subrogatus est in locum eius Alexāder, cuius Episcopatus exordio ea contigisse videntur, quæ de Athanasio puero cum sodalibus colludēte scribunt Ruffinus atq; Sozomenus: ait enim Ruffinus: Tepore quo apud Alexandriam Petri martyris diē Alexander Episcopus agebat; cū post expleta solemnia conuenturos ad conuiuium suum clericos expectaret in loco mari vicino, videt eminus puerorū super oram maris ludum imitantium (vt fieri solet) Episcopum, atq; ea quæ in ecclesijs geri mos est. Sed cum intētius diutine pueros inspectaret, videt ab his geri quædam etiam secretiora & mystica. Perturbatus illico vocari ad se clericos iubet, atq; eis, quid eminus ipse videret, ostendit. Tum abire eos, & comprehensos ad se perducere omnes pueros imperat. Cumq; adessent: quis eis ludus, & quid egissent, vel quo, percunctatur. Illi, vt talis habet ætas, pauidi negare primo, deinde rem gestam per ordinem pandunt, & baptizatos à se esse quosdam catechumenos confitentur per Athanasiū, qui ludi illius puerilis Episcopus fuerat simulatus. Tum ille diligenter inquirēs ab his, qui baptizati dicebantur, quid interrogati fuerint, quidque respon- *Puerorū ludum præstitās baptizātem Episcopum.*

de-

Baptismus collatus ab Athanasio puero validus.

derint, simul & ab eo qui interrogauerat: vbi videt secūdum Religionis nostræ ritum cuncta constare: collocutus cum concilio clericorum statuisse traditur, illis quibus integris interrogationibus & respōsionibus aqua fuerat infusa iterari baptismum non debere, sed adimpleri ea quæ a sacerdotibus mos est: Athanasium vero, atque eos, quos ludus ille vel presbyteros habere visus fuerat, vel ministros, conuocatis parētibus, sub Dei obtestatione tradidit ecclesiæ suæ nutriēdos. Paruo autem tempore cum à Notario integrè, & Grammatico sufficienter Athanasius fuisset instructus: cōtinuo tanquam fidele Domini commendatum à parentibus restituitur sacerdoti, ac velut Samuel quidam in templo Domini nutritur, & ab eo pergente ad patres in senectute bona ad portandū post se ephod sacerdotale deligitur.

II. De S. Genesio martyre per ludum baptizato.

Martyr. Roman Vsuardi 25 Aug.

TEmpore Diocletiani Augusti Romæ Genesius martyr fuit primū sub gentilitate mimus, thymelicæ artis magister: Et cum vellet Diocletianus de mysterijs Christianæ obseruantiæ ludum exhiberi, huius rei gratia Genesius in medio theatri quasi ægrotus, poscens se baptizari, mimum proposuit. Euocato autem presbytero & exorcista, repēte à Deo inspiratus credidit. Cumq; sacramentorum mysteria complessent, & indutus esset vestibus albis, veluti per ludum à militibus raptus, & ad similitudinem sanctorum martyrum de Christi nomine discutiendus Imperatori fuisset exhibitus, stans in editiori loco ita concionatus est. Audi, Imperator, & omnes exercitus, sapientes & populi huius vrbis. In tanta derisione Christianos habui, vt ex eorum sanctificatione ludū vobis exhibere vellem: at vbi me aqua nudum tetigit, & interrogatus credere me respondi, vidi super me manum cælitus venientem, et Angelos Dei radiantes iuxta me stetisse, qui omnia peccata, q̄ ab infantia feci, recitarunt de libro: quæ mox in ipsa aqua lauerunt: & me cādidiorem niue postmodum ostenderunt. Nunc igitur, inclyte Imperator, & vos oēs populi, credite verum Deum esse Christum, & per ipsum nos ad indulgentiam posse pertingere. Ad hæc cum Diocletianus vehementissimè indignaretur, traditus Plutiano præfecto, primo fustibus crudelissimè cæsus, deinde equuleo suspēsus, & vngularum diutissima laceratione vexatus, lampadibus etiam inflammatus, cum in fide persisteret, dicens: non est Rex præter Christum, pro quo si millies occidat, ipsum mihi de ore, ipsum mihi de corde auferre non poteritis, martyrij palmam capitis obtruncatione promeruit.

Baptizatus in iocrie Genesius mimus conuertitur.

TIT. VI. De effectibus baptismi spiritalibus, quorum primus est & præcipuus, cuiuscunque peccati remissio, etiam quoad pœnam: gratię Dei largitio, & virtutum infusio: characteris impressio: Dæmonum expulsio: cum capite Christo coniunctio: ac denique cœli apertio.

Venit Iesus, inquit Marcus Euangelista, à Nazareth Galilææ: et baptizatus est à Ioanne in Iordane. Et statim ascendēs de aqua vidit cœlos apertos, & Spiritum sanctum tanquam columbam descendentem, & manentem in ipso. Et vox facta est de cœlis: Tu es filius meus dilectus, in te complacui.

Marc. 1. Luc. 3. Ioan. 1. Miraculū in baptismo Christi.

EXEMP. I. *Recens baptizati in libro vitæ literis aureis inscripti.*

Greg. M. l. 4 dial. c. 26 circa m. d.

IN ea mortalitate, quæ ante triennium hanc vrbem vehementissima clade vastauit, in Portuensis ciuitatis monasterio, Mellitus monachus adhuc in iuuenilibus annis constitutus, sed miræ simplicitatis atq; humilitatis vir, appropinquante vocationis die eadem clade percussus ad extrema de-

deductus est. Quod vir vitæ venerabilis felix eiusdē ciuitatis Episcopus audiens, cuius & hæc relatione cognoui, ad eum accedere studuit, & ne mortē timere debuisset, verbis hunc persuasorijs confortare;cui etiam adhuc de diuina misericordia longiora vitæ spatia polliceri cœpit. Sed ad hæc ille respondit, cuius sui tempora esse cōpleta, dicens, apparuisse sibi iuuenem, atque epistolas detulisse, dicentem: Aperi & lege. Quibus apertis asseruit, se & omnes qui eodem tēpore à prædicto Episcopo in paschali festiuitate baptizati fuerant, scriptos in eisdem epistolis literis aureis inuenisse; primum quidem, vt dicebat suum nomen reperit, ac inde omnium illo in tempore baptizatorum. Qua de re certum tenuit, & se, & illos de hac vita esse sub celeritate migraturos. Factumque est vt die eadem ipse moreretur, atque post eum cuncti illi, qui baptizati fuerant, ita secuti sunt, vt intra paucos dies nullus eorum in hac vita remaneret. De quibus nimirum constat, quod eos prædictus Dei famulus idcirco auro scriptos viderat, quia eorum nomina apud se fixa æterna claritas habebat.

Baptizati literis aureis libro vitæ inscripti.

II. *Theodosius capite plectendus remissionem peccatorum per baptismum adipisci peroptauit.*

THeodosius Comes, Theodosij, qui post imperio præfuit, pater, à Valentiniano missus ad debellandas Maurorum gentes, eas fusas multis prælijs fregit, ipsum Firmum afflictum & oppressum coegit ad mortem. Post cum experientissima prouidentia totam cū Mauritania Africam meliorem pristinis legibus reddidisset, instimulante & obrepēte inuidia iussus interfici, apud Carthaginem baptizari in remissionē peccatorum præoptauit: ac postquam sacramentum Christi, quod quæsierat assequutus est, post gloriosam sæculi vitam, etiam de vitæ æternitate securus, percussori iugulum vltro præbuit.

Paul. Oros. lib. 7. hist. cap. 33.

Theodosius Comes morti dānatus baptizari voluit.

III. *Gregorius Gregorij Nazianzeni Pater accepto baptismo diuina luce radiatur.*

MIraculum, quod diuina gratia editum est, dum Gregorius Gregorij Nazianzeni Pater à Leontio Cæsareæ Cappadociæ Episcopo baptizatur, si reticuero, malè certè de ipsa gratia meritus videri possim. Huius porro testes sunt non pauci. Spirituale quoddā erratum exactæ disciplinæ magistri cōmittunt: idque quod futurum erat superna gratia præsignat, & sacerdotij forma cum Christiana institutione miscetur. O initiationem minime spontaneam: etenim in genu flexus, fidei elementis imbuitur: adeo vt multi non perspicatiores tantum, sed etiam mirore ingenij acumine præditi, non obscuris signis cōfirmati, quod postmodum euenit, prædicerent. Sed quod accidit diuinitus ostensum prodigium, dum baptizatus est idem subdit his verbis: Non multum temporis interfluxerat, cum huic miraculo miraculum aliud adiungitur: hunc autem sermonē pijs auribus commendabo; nam apud profanas animas nulla res præclara fidem inuenire potest. Ad eam regenerationem, qua per aquam & spiritum renascimur, accedit, per quam Christiani nominis creationem atq; consecrationem, terrenique ad spiritualem immutationem transitumq; profitemur: & quidem cum ardenti cupiditate & luculenta spe accedit, nimirum pro viribus ante perpurgatus, atque tum animo, tum corpore maiori cura, diligentiaque lustratus, quam qui olim tabulas à Moyse accepturi erant: illis enim non vltra vestem, exiguamq; ventris compressionem ad breuem quandam & extemporalem corporis castimoniā, lustratio sese porrigebat: huic vero ad diuinam illuminationem omnis intermedia vita præparatio quædam fuit, & purgationem præcedens purgatio, cælesti dono securitatem afferens, vt baptismus, vitæ puritati tutò committeretur,

Baro. to. 3. Annal. eccl. anno D. 325. 30. 31. ex Greg. Naz. Orat. in funere Patris. Mira de Greg. fenioris.

Quæ admirāda in baptismo contigere.

Exod. 19.

retur, minimèq; periclitaretur bonũ illud in animi habitudine aduersus gratiam audace. Egressum vero ex aqua lux & gloria eos animi affectu, cũ quo ad fidei donum accessit, digna circumfulsit, nonnullis quidẽ etiam alijs perspicua, qui tum miraculũ illud apud se cõtinebãt; idcirco efferre nõ ausi, quod vnusquisque visionẽ hanc sibi obtigisse crederet: sed aliquãto post, illud inter se disseminarunt: ei autẽ qui baptistæ & initiatoris munere fungebatur, ita clara & perspicua, vt ne mysteriũ quidẽ pectore clausũ tenere potuerit, sed eum, quẽ *iungebat, sibi in Epãtu successurũ, palam publicèque clamauerit.

** vngebat.*

IIII. *Infirmus sensus expers baptizatur, & ad se rediens baptismi gratiam sentit & agnoscit.*

Ex li. 4. Confess. D. Aug. cap. 4.

Diuus Augustinus ab ineunte iam ætate comparauerat sibi amicum societate studiorũ nimis charum coæuum sibi, & conflorentem flore adolescentiæ. Nondum erat verus amicus, quia non est vera amicitia, nisi quam Deus agglutinat inter inhærentes sibi charitate diffusa in cordibus hominũ per Spiritum sanctum. Cum autem intimus ille deplorata febre aliquãdo laboraret in sudore lethali diu sine sensu iacens, baptizatus est nesciens, Augustino clam irridẽte, vt qui adhuc hęresi Manichæorum infectus eundem amicũ, quẽ ad eam impietatem traduxisset, in ea potius retinere pręsumeret. At vbi ille ad se redijt, & Augustinus pro more illũ ob acceptũ baptismũ irrideret, sperans quoq; illũ irrisurũ, quod sensus, rationisq; expers accepisset, ipsius baptismi fructũ per sancti Spiritus gratiã persentiẽs, exhorruit Augustinũ vt inimicum, admonuitq; mirabili & repentina libertate, vt si amicus esse vellet, talia sibi dicere supersederet.

Baptismi gratiã agnoscit intimus Augustini quẽ erroribus suis inuoluerat.

V. *De muliere à baptismo facta castissima quæ antea fuerat impudica.*

Ex Iustino apud Euseb. Cæsariẽs. l. 4. hist. Eccles. cap. 16. apud Baro. to. 2. an. 164. 16. 17.

IVstinus martyr, aliorum, qui ante se martyres extiterant, describens agones, in primo defensionis suæ libro talia quędam refert: Mulier quędam, ait coniuncta erat viro turpi, quę & ipsa prius turpiter vixerat. Hæc postquã Christi præcepta cognouit, pudica effecta viro quoq; de pudicitia suadebat, suggerens ei scriptũ esse in Christianorum præceptis, æternas imminere pœnas his, qui pudicitiam in vita sua, iustitiamq; contempserint. Sed ille in eadẽ obscœnitate persistens, actibus iam suis alienam à se faciebat vxorem. Quippe cum nefas esse mulier existimaret, in eius mariti cõtubernio permanere, qui naturæ lege contempta, nouas vias libidinis exquirebat. Statuit igitur iura repudiare coniugij. Sed propinquis interuenientibus, & de mariti emendatione pollicentibus, compulsa est in eius rursum consortio residere. Verum ille post hæc Alexandriam profectus, cum turpius agere, atque incestæ vitæ maiora nunciaretur augmenta quæsisse, mulier ne vltra in cõiunctione eius manens particeps incesti hominis habęretur, libello ei repudij dato discedit. Tũ ille egregius maritus, quem gaudere oportuerat, quod in tantum vxoris suę castitas profecisset, vt non solum nihil turpe committere, sed ne mariti quidẽ patienter ferre turpitudinem posset, à quo emendationem refutante pro castimoniæ amore discesserit, nouo criminis genere pro castitate accusat vxorẽ. Christiana, inquit, est. Et illa quidem libellum tibi obtulit, Imperator, vt primo permitteretur ei rem familiarem ordinare: tum deinde responderet obiectis. Quod & indulsisti. Verum maritus cum mulierem non posset arguere, in Ptolomæi cuiusdam, qui magister mulieris in Christiana religione fuerat, conuersus est, &c.

Mulier p baptismum fit castissima.

Libello repudij dato turpem mulier deserit maritum.

VI. *Dæmon exire visus, & Spiritus sanctus descendere in puerum qui baptizabatur.*

Ex Iac. Vitriac. Cardin.

CVm esset aliquãdo in pago Nitrensi, prope Niuellam, & ipsa Maria Ogniacensi præsente puer quidam ad ostium

lib. 2. vitæ Matt. e Ogna. S. Anto. Sur 23 Iunij Br. lib. 8. c. 32.

ostiū ecclesiæ catechizaretur, vidit impurum dæmonem à paruulo illo cum magna ignominia recedentem: eundemq; è sacro fonte leuans apertis oculis vidit Spiritum sanctum in animam eius descendentem, Angelorūq; beatorum circa illū iam renatum frequētiā.

VII. S. Cerealis dum baptizatur, cælesti lumine perfunditur.

In vita eius apud Sur. tom. 3. 10. Iunij ann. 138.

GEtulius diuinæ legis peritissimus, Hadriani Imperatoris tēporibus, in Sabinorum regione haud procul ab vrbe Roma degens, studio religionis Christianæ propagādæ mirificè flagrabat. Itaque permultos quotidie, tum ex Italia, tum Græcia conuocabat, quos ad omnē pietatem diligenter institueret: & alimentis, rebusq; omnibus ad vitam necessarijs sustentaret. Eius rei fama cū ad aures Hadriani peruenisset, misso confestim Cereale Vicario, eum comprehendi iussit. At Cerealis ingressus cubiculum, vbi Getulius magna cum audientium voluptate & profectu de rebus diuinis disserebat: Audistine, inquit, quæ à Principibus edicta sint proposita? Cui Getulius: Itane Principum iussis parere necesse est? Tu ipse, quæso, edicito, cui obtemperare æquius sit? Mortaline homini, & mox in putredinem abituro, an vero præpotentis Dei filio? Tum Cerealis: Velim, inquit, edoceas, quo signo nosse liceat eum verum Dei filium esse, quem vos tantis laudibus extollitis. Respondit Getulius: Certe non potest non fides adhiberi ei, qui mortuos solo verbo suscitauit, cæcos illuminauit, leprosos mundauit, siccis plantis mare inambulauit, ventis & tempestatibus imperauit, dęmones ex obsessis corporib⁹ profligauit: & postremo diuinam virtutē omnibus in rebus declarauit. Cerealis his auditis animo in Christi fidem propendere cœpit. Getulius vero, vt eius incredulitatem penitus expugnaret, Amantium Tribunum fratrem suum aduocauit, qui Hadriani metu latitabat. Porro Cerealis tātam ex Amantij conspectu voluptatem hausit, vt Imperatoris edicti plane oblitus sermonem cum eo conferre vehementer cuperet. At Getulius vehementius eum impellere cœpit, vt nefario dæmoniorū cultu relicto, Christi fidē amplecteretur. Similiter & Amantius vrgere non destitit, ne oblatam cęlestis vitę coronam negligeret. Tum vero Cerealis pijs eorum hortatibus inflammatus, paratū se ostēdit etiam pro Christi gloria sanguinem fundere. Getulius vero ea re mirifice exhilaratus triduanum omnibus ieiunium indixit, vt toto illo tempore, intenta supplicatione, diuinam mentem consulerent, quo ordine Cerealis in numerum fideliū referendus esset. Vna igitur nocte in vigilijs & precibus exacta, dilapsā cælitus voce admoniti sunt, vt Sixtum Romanæ Vrbis Episcopum vocarent, qui eum cælesti lauacro expiaret. Porro Cerealis cum sacro latice tingendus esset, videns Spiritū sanctū è cęlo descendentē, ignarus quid esset, exclamauit: Ecce video lumen quoddā ipso sole illustrius in me delabi. Eodem tēpore officiarij Cerealem quærentes, intellexerūt eū, relicto idolorum cultu, Christianis sacris initiatum esse. Quare vehementer offensi Hadriano detulerūt, qui protinus Licinio viro consulari in mandatis dedit, vt sacrificare recusantem ignibus cremaret. Igitur Licinius vrbem Sabinorū ingressus, Cerealē, Getuliū, Amantium & Primitium diuinis rebus intentos inuenit, quos statim vinculis cōstrictos in carcerē abduci iussit. Inde in ciuitate Tiburtina suo oblatos tribunali atrociter cædi iussit; cęsosq; iterū carcere concludi: vbi diebus septem & viginti in precibus & gratiarum actione mirabili alacritate perdurarunt.

Fidem Christi amplectitur.

Cerealis catechesi instruitur.

Lux cælitus in baptismo lapsa.

VIII. De insigni victoria per baptismū contra dæmones omnes obtenta.

Ex Petro Chieza de Leon. part. 1.

PRope Anzermam, loco, cui nomen Pirsa, imperabat Regulus, cui fratrer florenti ætate erat, quē nominabāt Tamaracungam. Iuuenis hic mire baptismum

Hist. Peruan. cap. 118. P. Mart. Delrius lib. 6 de Magia, c. 2. sect. 3. q. 3.

ptismum sitiebat, ea causa Christianos adire cupiebat: sed miris eum visis dęmones perterrefaciebant. Offerebant se soli videndos olidatum auium specie, quas Auros nuncupant. Cernens iuuenis dęmones sæuire, accersiri Christianum in vicinia degentem iubet. Venit ille non segniter, & intellecta Reguli voluntate crucis signũ fronti eius impressit. Hoc magis irritari hostes illi, & sæuiori specie se inferri videbat solus Indus: Christianus nihil nisi saxa cadẽtia, & dæmonum sibila sentiebat. Aduenit tum commode eo loci Pachecus quidã Hispanus, & se socium addidit Christiano alteri in discrimen. His cernẽtibus Tamaracunga trepidabat vehementius, & exalbescebat metu, quin & per aerem raptabatur: id omnes videbant, & ipsum quidẽ querentem gementemque illos vlulantes sibi lantesque excipiebant auribus. Semel cum Indus poculum vini plenum manu teneret: en tibi vas in aera efferri, & vino vacuum reddi: mox vinum in illud ex alto refundi: & formidine plenum Indum veste vultum faciemque cooperire, ne horrenda illa spectra in oculos incurrant. Sic tecto faciem, non remotis vestibus nihilominus tretã in os ingerebant, vt obstricto spiritu fauces præfocarent. Tandem Christiani, qui continue interea Deum orarant, statuere in vrbem Anzermam eum deducere vt ibi salutari lauacro tingeretur. Dedere se comites viæ plures trecentis Indi, sed adeo pauidi, vt ad Principem baptizandum propius accedere non auderent. Venere simul omnes ad iter impeditum & perfractum: ibi hostes humani generis nitebãtur abripere in aerem, vt præcipitarent: sed ille valida voce Christianos orabat, vti suppetias venirent. Occurrere, & in medium agmen suum, recedentibus metu Indis, recepere, & cingentes eum funibus, funes cingulis suis alligauere; atque ita medium stipantes simul incedebant, manu tres cruces præferentes, nunquã intermissis pro liberatione & salute miseri precibus. Ne sic quidem omni molestia liberi processere. Sæpe illũ terræ adflixere hostes & in viæ cuiusdã accliui ascensu, vix manibus eleuare in aera volentiũ & necare nitentium extorserunt. Vt ventum Anzermam in Pachieci domum. Christiani, quotquot in oppido, cõuenere: ibi omnes cernere crebra grandine de tecto lapides deijci, & adire sibilantes, clamantesq; dæmones, solenne illud, quo soliti Indi Martem lacessere: Hu, Hu, Hu, ferociter & crebro celerrimè ingeminatum. Mortem dæmones intentabant, nisi voluntatem baptismi abijceret: contra Christiani Deum obsecrabant, ne dæmones permitteret erepta corporis vita, Indo animæ vitam impedire. Glicescente deinde saxeo imbre, templum petiere. Ibi quia stramineũ erat, Eucharistia, non asseruabatur. Aiebant nõnulli, se ante ingressum nescio quos inambulantes audiuisse. Vbi tẽplum apertum, & cum Indo ingressi cæteri, cernebat Indus dæmones terribili specie, sed capite deorsum terram spectantes pedibus surrectis: cumque frater Ioannes ordinis beatę Marię pararet eum baptizare, non visi vlli Christianorum dęmones in omnium oculis Indum eripiunt, sustollunt in altum, & capite deorsum vt ipsi erãt, statuũt. Christiani tum fide freti alta voce, Iesu Christe adiuua nos, inclamantes Indũ extorquent retenrantibus, & iniecta collo eius sacrã stola aqua lustrali aspergunt, attamen adhuc in templo sibila, fremitusq; audiebantur. Tamaracunga dęmones cernebat, & alapis frequentibus cędebatur, adeo vt pileum, quem obtẽdebat oculis, ei excusserint & faciem ab ijs cõspueretur saliua fętida. Hęc noctu accidere. Orto mane monachus sacris vestibus induitur, vt incruentum offerat sacrificiũ. Vix missam inchoarat, cessarunt sibila, fremitus, vlulatus, strepitus, desijt Indus vexari. Peracto sacrificio Tamaracunga cum vxore & liberis baptismum flagitat; quo percepto, fide robustior & audacior

dacior factus: se iam Christianum asserit, experiri velle quid hostes possent: solum sinerent periculum facere: solū non ausi aggredi: lætus ter quaterve per templum obambulans clamabat, gaudium nō capiens. Christianus sum, Christianus sum. Vt vidit se immunē & victorem, domum redijt, nec quicquam amplius molestiarum sensit. Tanta vis baptismi fuit.

IX. *De fœmina à Dæmone per baptismum liberata.*

Ex lit. lap. P. Lud. Frois. ann. 1596.

IN Bungo anno 1596. erat fœmina gentilis à Dęmone obsessa: huic indicatū est à dæmone liberari non posse, nisi fiat Christiana: cum illa annueret, & iam ad baptismum se compararet, nocte insequenti dęmon ei dissuasit ne fieret Christiana, dicens: Hactenus tanta familiaritate, tanto tempore mihi es coniuncta, & nunc me deseris: non ab ibis profecto inulta. Dormienti itaq; nec sentienti abscidit capillos, vno tantum capillorum flocco relicto. Illa vero cū summo mane deprehenderet sibi ademptum capillum, & arundini lecto oppositę implexum: calcar ea fraude sibi additum putauit, vt citius aduolaret ad baptismi antidotum: quod & factum est: atque eo suscepto mansit ab omnibus dæmonis molestijs immunis.

Demoni detrahitur vera fidei susceptione

X. *De adolescente Vexato à magno cane, id est à dæmone, per baptismum liberato.*

Idē ibid.

IN Ciazzurana insula gentili adolescentulo octodecim annorum se crebro visendum offerebat canis ingens, horribilis, & rufus: qui eum alloquebatur, & per montes in loca abditissima deducebat, detinens eū ibi biduo, vel triduo, atque impellens, vt se manibus sublatis adoraret, aliaq; scriptione indigna faceret. Adolescens miser videns se tātas molestias à capitali humani generis hoste perpeti tādem perfugium habuit ad ecclesiam, doctrinam Christianam audiuit & didicit, baptismi Sacramento Christo deuinctus, ac de cætero nunquam a Tartareo illo cane diuexatus.

XI. *De ancilla per baptismum à spectro liberata.*

BVngi circa annum 1549. quidam ancillam habebat dæmoni familiarem: nā dæmon ad eam accedens vulpis figura singulis noctibus domo educebat verum per baptismum suscepta fide ab hoc spectro liberata est.

Ex lit. Iap. an. 1549.

XII. *Virtutes diuinæ menti per baptismum infunduntur.*

NArrat Fernādus Magaglianes, qui ab orbe condito primus omnium mortalium totius orbis circuitionem nauib⁹ est aggressus, & inuenit: quod cum appulisset ad amplissimam Molucharum Insulam, & nonnihil in ea consedisset, plurimos morti proximos baptismi aquis tinctos ad vitam sanitatemque reuocauit. In his etiam nepotem Regis Tibut, (hæc est Insula supra dicta) qui simul atque est ablutus, in somnis plurima vidit cęlestia: & quam miranda illa essent, omnibus narrauit: vt sciamus & animæ robur ad virtutes assequēdas per baptismum dari, & intellectui lumen ad cōtēplanda diuina.

Th. Bozius l. 1. de sign. Eccles. c. 16. 4.

XIII. *De Anabaptistarum antesignano in baptismo à dæmone arrepto & suffocato.*

QVod narrabo, contigit in quibusdam Polonicorum regnorum terris: Anabaptistarum nescio quis vndiq; oēs suos inuitauit ad suum baptismum affirmans fore, vt actio tota miraculis diuinitus illustraretur, & Spiritus sanctus adesset. Aduenere inuitati die dicta. Primus in lauacro pedem ponit antesignanus ille: continuo apparuit videntibus cunctis dæmon: hic est enim Spiritus sanctus hæreticorū: qui capillis apprehensum impostorem sępius in aera sustollens, & aquis immergens, & allidens, tandem, perterritis vniuersis atque exanimatis suffocauit.

Idē Boz. ibi. l. 5. cap. 2.

TIT.

TIT. VII. De effectibus baptismi corporalibus & temporalibus.

EXEMP. I. *Baptismus non solum animæ, sed etiam corporis saluti prodest.*

Theodor. 4 17. Trip. 7 33. Niceph. lib. 11. c. 23.

CVm Eulogius & Protogenes ab Imperatore Valente proscripti Antinoném venissent, & ibi Christianismũ inter paganos propagarẽt, Eulologius in domunculam quãdam seipsum abdidit, ibique tacitus vixit, rerum vniuersarum Deum precibus exorãs. Protogenes autem sacras literas edoctus, & in scribendi arte valde exercitatus, ludum literarium aperuit, commodo scholæ puerilis loco inuento, in ea, & pulchrè & celeriter adolescẽtulos scribere, & sacra docuit oracula, ita vt illi Dauidica carmina, & alia Apostolicæ doctrinæ consona addiscerent. Cum autem ex pueris vnus morbo cõfectus, in expectatione mortis esset, Protogenes in domum, vbi is iacebat, venit, & manus contrectatione ægritudinem fugauit. Quod vbi aliorũ parentes cognouerunt, in suas quisq; ædes senem adduxerunt: & vt inualidis eorum liberis opem ferret, rogarunt. Tum ille, se auxilio eis non prius esse posse dixit, quam ægri diuinum subirent lauacrũ. Et illi, quod eos desiderium recuperandæ suæ valetudinis adurgeret, statim dicto audientes fuere, atq; ita per corporis morbum animæ quoque salutem sunt consecuti.

Baptismo pellitur puerorum ægritudo.

II. *Constantinus Magnus baptizatus à lepra surrexit incolumis.*

Ex Io Zonara to 3 Niceph lib. 7 hist. Eccles. ca. 33. Bar. to. 3. Annal. ad ann. Do. 324. Laur. Sur. in vita S. Syl. cap. 11. 12. 13. Decemb. die 30.

COnstantinus Magnus fœdo lepræ morbo repente tentatus, sanguinem cæsorum infantium presens ostentatum à medicis remedium auersatus, diuino monitu B. Syluestrum Pontificem accersiuit, atque ab eo sacrosanctum baptismi lauacrum obtinuit. Ea vero res cum ab alijs scriptoribus, tum inprimis à S. Hadriano Pont. in epist. ad Constãtinum, & Irenem Augustos missa, & secundo Concilio Nicæno intexta, his verbis narratur. Cũ aliquando Constantinus Imperat. per noctem somnum caperet, ecce B. Apostoli Petrus & Paulus dormienti astiterunt, dicentes: Quandoquidem sanguinis effusionẽ horruisti, missi sumus à Christo Iesu Domino dare tibi sanitatis recuperandæ consilium: audi ergo monita nostra, & fac omnia, quæcunque indicabimus tibi. Syluester Episcopus ciuitatis Romanæ, ad mõtem Soracte persecutiones tuas fugiens in cauernis petrarum cũ suis clericis latitat. Hunc cum ad te adduxeris, ipse tibi piscinã ostendet, in quam dum tertio merseris, omnis te valetudo deseret lepræ. Quod dum factum fuerit, hanc vicissitudinem Saluatori tuo cõpensa, vt omnes, iussu tuo per orbem totum Romanum Ecclesiæ restaurentur: tu autem purifica te, vt relicta omni superstitione idolorum, tu Deum vnum, qui verus & solus est, adores, & excolas, & ad eius voluntatem te dirigas. Exurgens itaq; à somno Imper. statim conuocat eos, qui obseruabant Palatium, & secundum tenorem somnij sui mittit ad montem Soracte, vbi S. Syluester erat. Profectus inde Syluester peruenit ad Regem, ad quem ingressus inquit: Pax tibi, & victoria tibi de cœlo ministretur. Quem cum Rex alacri animo & vultu suscepisset, omnia illi quæ facta, quæque sibi reuelata fuerãt, exposuit. Inde percunctatus est, quinam isti essent dij, Petrus & Paulus, qui illum visitassent ob causam salutis suæ, & eius latebras detexissent? Syluester respondit: Hi quidem dij nõ sunt, sed idonei serui Christi, & Apostoli electi ab eo, & missi ad inuitationem Gentiũ, vt credentes salutem consequantur: Cumq; ille hæc diceret, interrogare cœpit Augustus, vtrumnam ipsos Apostolos haberet aliqua imago expressos, vt ex pictura disceret, quos reuelatio docuerat. Tunc S. Syluester misso Diacono imaginem Apostolorum sibi exhiberi præcepit. Quam Imperator aspiciens, ingẽti clamore cœpit dicere, ipsos esse, quos viderat: nec debere iam differre

Constantini Magni visio.

S. Syluester vocatus ad Constantinum venit.

Effusimus [illegible] *in*

Ecclesias antiquissimus. Spiritum sanctum ostẽsionem piscinæ, quam istos promisisse suæ saluti memorabat. Constructo itaque lauacro, Constantinus, cum sacro rore tinctus esset, confestim est sanitati pristinæ restitutus. *Illustre miraculum.* Deinde non immemor accepti beneficij, ecclesias Dei exædificare cœpit, columnas earum passim sacris imaginibus in memoriam incarnationis Domini nostri Iesu Christi, omniumque sanctorum reuerentiã exornauit: nec alia *Templa extruit et exornat Constantinus imper.* de causa, quam vt Christianismum in lucem & veritatem, Deique cultum proueheret, & omnes gentes à cultu idolorum, & diabolica deceptione conuerteret. Constantinus inde, vt gratiã tanti beneficij Syluestro referret edictum, quod nunc quoque 6. Cal. Aprilis datum legitur, scripsit, in quo hac historia enarrata adijcit, se ad referendam gratiam Syluestrum omnibus ad amplitudinem & dignitatem Apostolicæ sedis ornandam insignibus decorare, atque eundem & successores eius ipso insuper Occidente donare.

III. *Sacro baptismate S. Gaugericus Cameracensis Episcopus leprosum mundat.*

Lau Sur. to. 4. & Io. Mol. in Natalibus SS. Belgij 11. Aug. Cum S. Gaugericus Cameracensis Episcopus quodam tempore loca orationis more suo adiret, quendã horrenda sane vtriusque hominis lepra laborãtem obuium habuit, corporis externa superficie luridum, & fœdis gentilismi erroribus animo corruptum ac squalidum. Cognoscens autem vir beatus corporis deformitatem à peccatorum putredine profectam: hominem aggreditur, hortaturque, nihil iã mortale sonans, vt pristinis erroribus relictis veram Christi fidem amplectatur: vt melioris vitæ studio, cũ Deo in gratiam rediens, a lepræ fœditate purgari mereatur. Ille mox idolorũ spurcitiei renuncians Christianum se fore promisit, si optata salute potiretur. Nec mora Gaugericus extemplo eum ad sacerdotem, tanquam Naamam ad Iordanem adduxit vndis salutaribus expiandum: vbi simulatque baptizatus est, quod peccatis iam vacuus esset, ipsa externa corporis habitudo ostendit, tanta in illo munditia apparente, vt nũquam lepra infectus esse videretur. Eum vero Christi seruus Gaugericus è fonte suis sacris manibus suscepit, & postea literis imbutum coronæ fratrũ Religiosorum sociauit. Deinde Episcopus factus per singulos gradus vsque ad sacerdotij culmen eum euexit. *Leprosus gemina lepra baptizatus fit sanus.*

IIII. *De alio leproso sacri baptismatis vnda perfuso à duplici lepra per S. Arnulphum sanato.*

Temporibus Dagoberti Regis, cum in eius palatio ageret vir sanctus Arnulphus Metensis Episcopus, quidã leprosus clamabat ad eum, victum & vestitum ab eo petens: ille mox iubet eum, duci in hospitium: vbi cum suo more humaniter eum tractaret, sciscitabatur ex eo (erat enim barbarus) nũ sacra baptismatis vnda perfusus esset. *In vita S. Arnul. hi Episco apud Sur. 16. Augusti cap 8.* Ille confestim respondet: Nequaquã, Domine mi: quis enim mihi infelici, & à populis excluso & abiecto baptismi gratiam contulisset? Ait ad eũ vir Dei: Ne timeas, frater: fieri enim non potest, modo tu credas in Christum, quin corporis & animi fruaris sospitate. Postquam ergo à sancto viro percepit sacramentum, celeriter ab eius corpore lepra discessit, fuitque deinceps in vtroque homine sanus, qui primus in vtroque fuerat contaminatus. *Duplici lepra liberatur p baptismum leprosus.*

V. *Theodosius senior Imper. Catholicè baptizatus ab ægritudine corporis liberatur.*

Cum Theodosius Imper. bello Barbaros superasset, & illi Romanos amicos habere precarentur causa fœderis, acceptis obsidibus Thessalonicam venit: vbi cum in ægritudinem incurrisset, ab Ascolio eius ciuitatis Episcopo baptizatus est, licet à progenitoribus Christianum dogma & fidem Nicæni Concilij sequeretur. Tum igitur baptizari cupiens propter morbum, *Hist Tri par. li. 9. c. 6. Niceph. 12. Carol Sigon. li 8. Imp Occid ann. Do. 380.*

Thessa-

Theſſalonicẽſium interrogauit Epiſcopum, cuiuſnam fidei eſſet: Quo reſpondente, Quod Arriana peſtis in Illyricũ non valuiſſet accedere, ſed inuiolatam ab initio fidem, Nicænumque Concilium ſeruarent, ille libenter eius verba ſuſcipiens baptizatus, atque ægritudine liberatus eſt.

VI. *Mulier Innocentia nomine à cancro per baptiſmum fit libera.*

Ex D. Auguſt. libr. 22. de ciuit. Dei. c 8.

AVdiamus quid ſcribat non vnus è triuio, ſed ex principibus Eccleſiæ D. Aurelius Auguſtinus: Carthagine, inquit, Innocentia religioſiſſima fœmina, de primarijs ipſius ciuitatis, in mãmilla cancrum habebat, rem, ſicut me dici dicunt, nullis medicamentis ſanabilem: aut ergo præcidi ſolet, & a corpore ſeparari membrum, vbi naſcitur: aut vt aliquanto homo quietius viuat, fomentis eſt peſtis mitiganda frequentibus. Nam vt inde mortem quantum uis tardius ad futuram confidamus, ſecundum Hippocratis, vt fertur, ſententiã, omnis eſt omittenda curatio. Hoc illa à perito medico & ſuę domui familiariſſimo acceperat, & ad ſolum Deũ ſe orando conuerterat. Admonetur in ſomnis, appropinquante Paſcha, vt in parte fœminarum obſeruanti ad baptiſterium, quæcunque illi baptizata primitus occurriſſet, ſignaret ei locum ſigno crucis Chriſti: fecit, & confeſtim ſanitas ſecutã eſt. Medicus ſanè, qui ei dixerat, vt nihil curationis adhiberet, ſi paulo diutius vellet viuere, cum inſpexiſſet eam poſtea & ſaniſſimam cõperiſſet, quam prius habere illud malum tali inſpectione cognouerat, quæſiuit ab ea vehementer, quid adhibuiſſet curationis, cupiens, quantum intelligi datur, noſſe medicamentum, quo Hippocratis definitio vinceretur: cũq; ab eo, quid factum eſſet, audiſſet, voce velut contemnentis & vultu, ita vt illa metueret, ne aliquod contumelioſum verbum proferret in Chriſtum: religioſa vrbanitate reſpondiſſe fertur: Putabam inquit, magnum aliquid te mihi fuiſſe dicturum. Atque illa iam exhorreſcente: mox addidit: Quid grande fecit Chriſtus ſanare cancrum, qui qua triduanum mortuum ſuſcitauit.

Cancro mulier p baptiſmum liberata.

VII. *Iudæus paralyticus & deſperatus in vtroque homine per baptiſmum ſanitati reſtituitur.*

D. Aug. li. 22. de ciu. c 8. Niceph. 14. 12. Zonar. tom 3. in Theodoſ. iuniore. Teoph. apud Anaſt. biblioth. ann. Do. 450 Soc. li 7. c. 4. Trip. 11. c. 4. Bar. to. 5 an. an 403.

QVid autem admirandum Theodoſij primi tempore Deus oſtẽderit Conſtantinopoli de Iudæo paralytico per ſanctum baptiſmum ſanitati reſtituto, Socrates narrat his verbis: Iudęus, qui à multis iam annis paralyſi conflictatus in lecto decubuerat, cum omnia curationum & medendi genera, omneſque Iudaicas preces ac vota expertus nihil plane inueniret remedij, tandem ad baptiſmum Chriſtianorum confugit, pro certo perſuaſus, huius tanquam veri medici adiumento, ſe ad integram valetudinem reſtituendum fore: quæ res erat quamprimum Attico Epiſcopo Conſtantinopolitano ſignificata. Ille igitur Iudæum articulis fidei inſtituens, & ſpem ei in Chriſtum annuncians, iubet ad bapriſteriũ in lecto apportari, Iudæus paralyſi oppreſſus, ſimul ac baptiſmum ſincera fide receperat, & ex lauacro baptiſmatis eſt elatus, confeſtim morbo liberatus eſt, & ad ſanitatem reſtitutus. Hęc curatio diuina Chriſti virtute noſtris temporibus hominibus declarata fuit: qua quidem re ex gentibus quamplures ad credendum inducti baptiſmum receperunt: Iudæi autem, quamuis ſigna & miracula quęrerẽt, ſignis tamen ad credendum induci non poterant.

Iudæus infirmus baptiZatus conualeſcit.

VIII. *Tyridates Rex priſtinæ figuræ per baptiſmum reſtituitur.*

*Ex Niceph. l. b. 8 ca 35. Soz. 2. cap. 7. Baro. to. 1 lib 1. cap. 16. * al Teridates.*

VT Deus palã cunctis faceret, quanta ſit baptiſmi vis ad mentem noſtram corroborandam, hoc inſigni miraculo declarat. * Tyridates Armeniæ Rex, Imperante Conſtantino, Chriſtũ ſecutus hac occaſione: nam cum variè Chriſtianos vexaſſet Diocletiani temporibus, cum multis ſuorũ in porcum

visus est sibi mutari. Agnoscebātur prę stigiæ, & spectra: sed ab eis nulla erat ars, quæ Regem cum suis liberaret. Gregorius cum vir sanctissimus aquis baptismi pristinę figuræ & moribus humanis restituit cum suis: quod fuit in causa, vt Armeni latè Christi cultum amplecterentur, & religio Catholica altissimas radices ageret in ijs locis.

IX. *Cassani Regis puer natus deformis per baptismum fit formosus.*

Tb. Boz. Eugub. to. 1. de Sign. Ecclesi li. 1. c. 16. ex Io. Vill. li. 8 cap. 35. ann. 1298.

Aliud non minus admirandum & illustre referam, Anno 1298. Rex Tartarorum Cassanus, quem vocant alio nomine Magnum, cum ducentis equitum millibus Syriam cepit & finitimas regiones. Omnibus itaque formidādus petijt sibi vxorem filiam Regis Armeniæ, quod audisset esse pulcherrimam. Rex Christianus tanti Regis viribus exterritus dedit. Illa post aliquod tempus è viro suo Cassano edidit in lucem partum tantæ deformitatis, vt Rex maritus nullo modo illum veluti suum voluerit agnoscere, quod monstrum videretur. Vocat ad consilium Primarios: de ipsorum sententia vxorem veluti adulteram, partum veluti ex adulterio susceptū vltimo supplicio adiudicat. Innocens mulier infelicitatem suā deplorans ad preces confugit, ignara consilij petijt, vt sibi liceret baptizare quem peperisset: data illi facultas: ita tamen, vt adessent baptismo aliqui fidei spectatæ viri vna cum Rege, ne qua fraus fieret. Mirares: vt baptizatus est puer, adeo venustus ac formosus apparuit, vt Rex tanta re permotus cum plurimis nomen Deo dederit, & maximum Christianæ rei factum fuerit incrementum.

X. *Baptismate innatum fœtorem puerorum nascentium pellunt Agareni.*

Ex actis 6 synodi in Trull can. 85. Baro. to.

Tempore sanctissimi Patriarchę Domini Lucæ, synodice adfuerunt Agareni: & cum ab eis postularetur, vt baptizarentur, dixerūt, quod in suis regionibus antea baptizati fuerant: & interrogati responderunt esse consuetudinem, vt omnes Agarenorum infantes ab orthodoxis sacerdotibus baptizarentur, non tamen admissi fuerunt: audierat enim, quod baptismus, quem infideles à Christianis petunt, non bona affectione, & orthodoxo proposito petitur, sed propter corporalem medicinam. Persuasum est enim Agarenis, fore, vt sui liberi à dæmone vexentur, & tanquam canes male oleant, nisi baptismum Christianum assequantur. Quamobrem non vt omnium animæ sordium mundatorem, diuinæq; lucis & sanctificationis præbitorem baptismum postulant, sed tanquam veneficium & incantationem. Quidam autem eorum dicebant, se matres habere orthodoxas, seq; earum cura ac studio fuisse baptizatos. Sed nec ij exauditi sunt, qm̄ testes non adducebant, &c.

12 ann. 1148.

Agareni curpeāt filios suos à Christianis baptizari.

XI. *Baptismo cęca à natiuitate sanatur.*

Ex Martyr. l. B. rō. 13. Decēb.

Illud prætera mihi occurrit, quod accidit Ottiliæ mulieri, quæ ob sanctitatem pijssime colitur apud Argentoratum: illa enim circa annum Domini 700. cæca à natiuitate in baptismate visum recepit, exercuitq; postea monasticam vitam in Alsatia.

XII. *Puella cæca voto baptismi à patre facto visum recipit.*

Ex lit. annuis an. 1581. in Prou. Ind. Or. in Resi-dētia S. Iacobi.

Ethnico cuidam inprimis nobili filia nata est oculis capta, quorum concaua informis carnuncula expleuerat. Id cum parens vidisset, ac pro ea, quam cum Christianis habebat, consuetudine multa supra naturæ vires Christi Dei nostri ope facta olim audisset: vouit curaturum se vt filia baptizaretur, si oculorum vsus datus illi esset. Voto facto, visum puella recepit. Cum autem pater segniter cunctando voti fidem absoluere negligeret: filia subita vi morbi correpta ad vitę finem perducitur. Tunc pater in voti neglecti memoriam veniens votum iterum nuncupauit, filiæ se baptismum non vltra dilaturum. Itaque duplicis voti

dam-

damnatus pater filiam ad templum deduxit, eaque ſumma omnium gratulatione baptizata eſt.

XIII. *S. Priuatus miles per baptiſmum ab vlceribus liberatur.*

Ex Lau. Sur. to. 7.

SVb perſecutione Alexandri Imperatoris ſanctus Priuatus miles vlceribus plenus, doloribus continuis cruciatus, acceſſit ad pedes S. Calixti Papæ, rogans, vt ſanaret eum ab vlceribus & doloribus ſuis. Quem mox S. Pontifex ab vlcerum dolore ac fœditate, ſimul, & ab infidelitate in nomine ſanctiſſimæ Trinitatis baptizatum curauit. Quod audiens Imperator ipſum quidem militem fecit plumbatis deficere, beatum vero Calixtum per feneſtram domus præcipitari, & ligato ad eius collum ſaxo in puteum demergi, & eum per rudera cumulari.

XIIII. *Ex Angeli teſtimonio conſtat, eos, qui ſpe ſanitatis conſequendæ baptiſmum recipiunt, ſuſcipere quidem ſignum, non etiam gratiam.*

Sophron. in Prat. Spirit.

AVdiui aliquando à ſenioribus noſtris, quod B. Petro Epiſcopo, & martyri, cum facta eſſet mortalitas, & plerique ad baptiſma mortis timore cõfugerent, apparuerit Angelus humana ſpecie, dicens: Quamdiu huc mittis marſupia iſta ſignata quidem, inania autem prorſus & vacua, & nihil habẽtia? Erant itaque, quantum ex Angeli voce conijcere licet, ſignum habentes baptiſmi: quĩ & beneficium, aliquod exiſtimarant ſe conſequi, ſi baptiſma ſuſciperent, atq; idcirco baptizati sũt.

XV. *Iudæus mutus per baptiſmum recipit loquelam.*

Ex Sim. in vita S. Simeon Abb. Iu lij t. 4 ex Leon. 3. pt. Neap.

HEbræus quidam Iudaicæ religionis tenax Simeonem duobus Angelis ſtipatum vidit; multaq; cognouit, quæ luce meridiana clarius eximiã viri ſanctitatem teſtabantur. Hic aũt, quanquam à Chriſtiana pietate alienus, voluit tamen omnibus ſanctitatẽ Simeonis prædicare, & maxime celebrem reddere. At Simeon protinus accurrens hominis labia manu compreſſit, ac loquendi facultate priuauit. Deinde ſecundum quietem ei apparens dixit: Niſi cœleſti lauacro perfidiam expiaret, nunquam linguæ beneficium recepturum. Ille vero cũ nullo modo, vt Chriſtiana ſacra ſuſciperet, in animum inducere vellet, defuncto tandem Simeone, occultis pœnis adeo exagitatus fuit, vt ſine mora ſe, ſuamque familiam Chriſtianæ Religioni ſubderet: atque ſic demum amiſſam loquendi facultatem reciperet.

XVI. *Mulier gentilis & ſterilis per baptiſma fit fœcunda.*

Laur. Surd. 5. Nou. 1. 6. ex 3. 4. & 5. ex Sim. Metaphr. et Aloyſio.

CVm Honofrius monachus ad Clitophontis aliquando ædes veniret, manuſq; pro eleemoſyna extẽderet, accidit, vt Leucippe mœroris & triſtitiæ plena Honofrio fores occluderet, & quadam cum indignatione à ſe repelleret. Illo autem lacrymabili voce inſtante, & neceſſitatem ſuam multis verbis exaggerante, mulier miſericordia mota ſuam viciſſim calamitatẽ ei expoſuit, adiecitque, quod nullus Deorum in illam vſq; diem inuentus eſſet; qui ſterilitatis opprobrium ſanare poſſet. Cui Honofrius: Nihil, inquit, mirum, ò matronarum præſtantiſſima, quod hactenus remedium ab ijs conſequi non potuiſti, qui in vita dedecore & probro leni nefanda ſemper opera exercuerunt. Sed ſi placet ab omnipotente & vero Deo opem poſtulare, equidem ſpondeo, te voti mox compotem fore. Leucippe itaq; in Chriſtum credit, baptizatur, & mox concipit fœtum.

Sterilis fœmina p baptiſmũ conſequitur fœcũditatem.

XVII. *Mulier periclitans difficultate partus baptiſmo à B. Xauerio liberatur.*

Ex P. Horat. Turſel. lib. 2. vit. P. Xauerius c. 7.

CVm P. Franciſcus Xauerius Tuchurmum oppidum peteret, ad ignobilem pagum diuertit, qui contempto proximo accolarum exemplo Chriſti aſpernabantur fidem. Inſtanti

Fran-

Francisco, vt vniuersæ oræ Piscariæ auctoritatem sequerent, id sibi per Regem suum fas esse omnes pariter abnuebant, non tam vere, quam obstinatæ superstitioni honestum obsequij titulum præ se ferentes. Incerto consilij Xauerio egregiam rei bene gerendæ occasioné diuina prouidentia obtulit. Per id tempus inibi mulier quædam honesta tertium iam diem periclitabatur difficultate partus; nihil illa desperatius. Iam surdæ inaniū deorum aures frustra pro illius salute pulsatæ coniugem eius, cognatosq; fatigauerant, cum Franciscus re comperta, Deo fretus eo cum interprete accurrit, spem aliquam opis ostendens. Mox domesticorum pmissu agere cū illa, vt desperata corporis salute, animo consuleret, & simul nostræ fidei capita breuiter explicare cœpit. Quibus mulier diuinitus tacta cum assentiretur, percunctatur ex ea Xauerius, velitne fieri Christiana: Et libenter, inquit illa. Tum Franciscus Euangelio recitato, moribundam fœminam ritè baptizat. Mirum dictu, baptismus ita facilem illi partum præstitit, vt protinus innoxia fœtum effunderet. Lætus euentu Franciscus, primum modo natum infantem, domesticos deinde oēs baptismo lustrat, non minus miraculo attonitos, quam lætitia gestientes. Factum tā admirabile, tamq; testatū celeriter, vt fieri solet, fama vulgauit.

Mulier ī partu periclitans baptismo liberatur.

XVIII. *Regionis cuiusdam incolæ carentes pluuia ante baptismum, post eum susceptum ea abundant.*

Ex venerabili Beda li. 4. hist. Angl. c. 13.

EVangelizans Genti Angelorū Episcopus Vuilfridus, non solum eam ab ærumna perpetuæ dānationis, verum & à clade infanda temporalis interitus eripuit. Siquidem tribus annis ante aduentum eius in prouinciam, nulla illis in locis pluuia ceciderat. Vnde & fames acerbissima plebem inuadens impia nece prostrauit. Denique fertur, quia sæpe quadraginta simul aut quinquaginta homines iedia macerati procederent ad præcipitium aliquod, siue ripam maris, & iunctis miserè manibus, pariter oēs, aut ruina perituri, aut fluctibus absorbendi deciderent. Verum ipsa die, qua baptisma fidei gens suscepit, illa descendit pluuia serena & copiosa: refloruit terra, redijtq; viridantibus aruis annus lætus & frugifer. Sicque abiecta prisca superstitione, exsufflata idololatria, cor oīum & caro omniū exultauerunt in Deum viuum, intelligentes eum, qui verus est Deus, & interiorib. se bonis & exterioribus cælesti gr̄a ditasse.

XIX. *Clodoueus Gallorum Rex, voto baptismi facto, triumphum de hostibus reportat.*

Gr. Tur. li 2 hist. Fran. c. 29. 30. 3 Baro. t. 6. 499.

EX Clotilde Regina habuit filium primogenitū Clodoueus Gallorū Rex: quem cum mulier baptismo consecrare vellet, prædicabat assiduè viro, dicens: Nihil sunt dij quos colitis, qui neq; sibi, neq; alijs poterunt subuenire: sunt enim aut ex lapide, aut ex ligno, aut ex metallo aliquo sculpti: nomina vero, quæ eis indidistis, homines fuere, non dij: vt Saturnus, qui filio ne à regno depelleretur, per fugā elapsus asseritur: vt ipse Iupiter omnium stuprorum spurcissimus perpetrator, incestator virorum, ꝓpinquarū derisor, qui nec ab ipsius sororis propriæ potuit abstinere concubitu, vt ipsa ait Iouisq; & soror & coniux. Quid Mars, Mercuriusq; potuere, qui poti⁹ sunt magicis artibus prædititi, quā diuini numinis potētiam habuere? Sed ille magis coli debet, qui cœlum & terrā, mare, & omnia quæ in eis sunt, verbo ex non extantibus procreauit: qui solem lucere fecit, & cęlum stellis ornauit: qui aquas reptilibus, terras animantibus, aera volatilibus adimpleuit: cuius nutu terræ frugibus, pomis arbores, vuis vineæ decorantur: cuius manu genus humanum creatū est, cuius largitione ipsa illa creatura oīs homini suo, quem creauit, et obsequio & beneficio famulatur. Sed cum hæc

Iunonis verba sūt apud Virg. 1. Æ. neid.

Regina

Regina diceret, nullatenus ad credendum Regis animus mouebatur, sed dicebat: Deorum nostrorum iussione cuncta creantur ac prodeunt: Deus vero vester nihil posse manifestatur, & quod magis est, nec de Deorum genere esse probatur. Interea Regina fidelis filium ad baptismum exhibet: adornari ecclesiam velis præcipit, atq; cortinis, quo facilius vel hoc mysterio ꝓuocaretur ad credendū, qui flecti prædicatione non poterat. Baptizatus aūt puer, quem Ignomerum vocitauerūt, in ipsis, sicut regeneratus fuerat, albis obijt. Qua de causa commotus felle Rex nō segniter increpabat Reginā, dicens: Si in nomine Deorum meorū puer fuisset dicatus, vixisset vtique: nūc autem quia in nomine Dei vestri baptizatus est, viuere omnino non potuit. Ad hæc Regina: Deo, inquit, omnipotenti Creatori oīum gratias ago, qui me non vsquequaq; iudicauit indignam, vt de vtero meo genitum regno suo dignaretur adscire. Mihi aūt dolore huius causæ animus non attingitur, quia scio in albis ab hoc mundo vocatos Dei obtutibus nutriendos. Post hunc vero genuit alium filium, quem baptizatum Chlodomerum vocauit: & hic cum ægrotare cępisset, dicebat Rex: Non potest aliud fieri, nisi & de hoc sicut & de fratre eius cōtingat, vt baptizatus in nomine Christi vestri protinus moriatur: sed orante matre Dño iubente cōualuit. Regina vero non cessabat prædicare, vt Deum verum cognosceret, & idola negligeret: sed nullo modo ad hæc credenda poterat cōmoueri, donec tandem aliqñ bellum contra Alamannos cōmoueretur: in quo compulsus est confiteri necessitate, quod prius voluntate negauerat. Factum est autem vt confligente vtroq; exercitu vehementer cæderentur: atq; exercitus Clodouei valde ad internecionem ruere cœpit. Quod ille videns, eleuatis ad cœlum oculis, compunctus corde, commotus in lacrymis ait: Iesu Christe, quē Clothildis prædicat esse filium Dei viui, qui dare auxilium laborantibus, victoriamq; in te sperantibus tribuere diceris tuæ opis gloriam deuotus efflagito: vt si mihi victoriam super hostes indulseris, & expertus fuero illam virtutem, quam de te populus tuo nomini dicatus probasse se prædicat, credā tibi, & in nomine tuo baptizer. Inuocaui enim Deos meos, sed vt experior elōgati sunt ab auxilio meo: vnde credo eos nullius esse potestatis, qui sibi obedientibus non succurrunt. Te nūc inuoco: & tibi credere desidero, tm̄ vt eruar ab aduersarijs meis. Cumq; hæc diceret, Alamanni terga vertentes in fugam labi cœperunt. Cumq; Regem suum cernerēt interemptum, Clodouei se ditionibus subdūt dicentes: Ne amplius, quæsumus pereat populus: iam tui sumus. At ille prohibito bello, coarctatoq; populo, cum pace regressus narrauit Reginę qualiter per inuocationem nominis Christi victoriam meruit obtinere. Tunc Regina accersiri clam S. Remigium Remensis vrbis Episcopum iubet, deprecās, vt Regi verbum salutis insinuaret. Quē sacerdos accersitum secretius cœpit instigare, vt Deum verum factorem cœli & terræ crederet, idola negligeret, q̄ neque sibi, neq. alijs prodesse possunt. At ille ait: Libenter te sanctissime pr̄, audiam, sed restat vnum quod populus qui me sequitur, non patitur relinquere Deos suos: sed vado, & loquor eis iuxta verbum tuum. Conueniens autem cum suis priusquā ille loqueretur, præcurrente potentia Dei omnis populus pariter acclamauit: Mortales Deos abigimus, pie Rex, & Deum, quem Remigius prædicat, immortalem sequi parati sumus. Nunciantur hæc Antistiti, qui gaudio magno repletus iussit lauacrum præparari. Velis depictis adumbrantur plateæ ecclesiæ, cortinis albentibus adornant̄, baptisterium componitur, balsama diffunduntur, micant flagrantes odore cerei, totumque templum baptisterij diuino

Ignomerus Clodouei primogenitus in albis moritur.

Chlodomerus Clodouei secundus filius precib. matris conualescit.

Clodoueus Christo nomē spondet, si vincat.

S. Remigius accersitur ad baptizādum Chlodoueum.

Chlodoueus Rex baptizatur.

diuino respergitur odore, talemq; ibi gratiam Deus adstantibus tribuit, vt æstimaret se in Paradisi odoribus collocari. Rex ergo prior poposcit se à Pōtifice baptizari: procedit nouus Constantinus ad lauacrum, deleturus lepræ veteris morbum, sordentesq; maculas gestorum antiquorum recēti latice deleturus. Cui ingresso ad baptismum sanctus Dei sic infit ore facūdo: Mitis depone colla Sicamber, adora qđ incendisti, incende quod adorasti.

XX. *Burgundiones baptismo initiati facile hostes superant.*

Soc. li. 7. c. 30 Nicē. Call. l. 14 hist. cap. 40 Cassiod. trip. lib. 12. ca 4 Sigeber. an 433. Guil Paradi lib. 2 antiq. Bur. c 13. & Bar. e 5. an. 413.

TEmpore Theodosij Magni accidit, quod iam cōmemorabo. Gens quædam barbara vlteriorem Rheni amnis ripā accolit, Burgundiones dicuntur, tranquillitatis, & otij valde studiosi. Fabri namq; lignarij oēs fere sunt & ea arte vitæ sumptus tolerant. Porro Hunnorum natio eis imminēs frequentes excursiones in eos faciebat, & regionem eorum diripiendo vastabat. Multi etiam ex illis cum hostibus pugna congressi interficiebantur. Quum ergo propter cladem eiusmodi de reb. suis desperarent, vt Deo alicui res committerent, consilium cepere, cumque eis in mentem veniret, christianorum Deum cultoribus suis, vt acerrimum auxiliatorem, plurimū opis ferre, de cōi omnium consensu ad religionem eius & fidem accesserunt. Quam ob causam, in quadam Galliæ ciuitate Episcopum, vt eos Christianorum religionem edoceret, & diuino baptismo dignaret, obtestati sunt. Ille vero, ubi eis septem dierum ieiunium indixit, eosque, quæ opus erant de rebus sacris instituit, octauo die baptizatos vna cum Episcopo, quem eis attribuit, domum redire iussit. Et ex ea re fiducia concepta, contra hostes tyrannidem tātam exercentes processerunt: neq; eos spes & expectatio fefellit. Nam Vbtaro Hunnorum Duce ex crapula nimia rupto, de improuiso, hostes Duce orbatos adorti multos admodum telis confecerunt: atq; ipsi, quum trium tantum millium numerum explerent, decem Hunnorū millia interemerunt. Ex eo tpe Burgundionum gens ardenti ad Christianismum summè conseruandum amore flagrauit. Ita Deus alia per alia quam sapientissimè dispensat, prudentiæ arcano longe optime oīa administrans.

Ieiuniū septem dierū.

Burgundiones baptizati hostes superāt, quos ante nō poterant superare.

TIT. VIII. De cæremonijs baptismi.

EXEM. I. *Puer Iudæus à pueris Christianis cum cæremoniarum omnium obseruatione baptizatur.*

Niceph. Call. li. 3 hist. eccles. cap. 11.

CHristianorū pueris Hebræus puer familiaris erat: & quū eis ad mare incolentibus natandi incessisset cupiditas, cōsecutus est eos Iudæus. Hūc per ludum pueri nudum ad mare stantem baptizarunt, principio statim nō inuitum: posteaquam vero & tertiam diuini numinis appellationem nominarunt, & simul tertiam mersionem peregerunt, extrema lineæ vestis textura discissa, & qui circa hæc frequentatur, imaginario amictu facto, in capite eius arcanam, mysticamq; galeā adumbrarunt: deinde pro cereo dextram ligno tenui armantes quæ eius sacri & ritus sunt, mysteria oīa absoluerunt: postremo & circum vicinum templum obambularunt psallētes: vt vero ēt templum ingressi sunt, diuinā receperunt remunerationem. Idē porro ex æquo qui ita baptismo initiatus erat, fecit. Quam rem per diligentem inquisitionem cognitam, qui ibi sacris præfuit, ad Ecclesiam Constantinopolitanam renunciauit. Eo puer ēt accitus, quum quidam Iudæi ne id fieret, multa molirentur, atq; ibi quoq; decretum, vt etiam in illo quod deesset, iuxta mysterij executionem compleretur, atque id est factum. Qui puer vbi ad iustam ætatem peruenit, in sacerdotij ordinem est allectus: & ædituus seu custos maximi templi factus etiamnum ibi viuit.

Cæremonia circa baptismū obseruare soluta.

II. De

II. *De pueris, qui contemptis Ecclesiæ cæremonijs baptismo initiati in morbum incidunt, ijs vero postea adhibitis conualescunt.*

Ex li. 7. Col. Jac. Til. Bre c.48.

PRope Delphos Hollandiæ cõtigit pueros quosdam in pagis baptizari, sed spretis & omissis à baptizãte cæremonijs Catholicæ ecclesiæ, pueri isti postea oẽs morbo correpti sunt. Parentes puerorum videntes vltionem diuinã rogarunt Pastorem quendam Catholicum Delphis tunc agentẽ, vt cæremonias, quas sciebant ritu Catholico antiquitus adhibitas, nunc vero omissas supplere nõ grauaretur. Quo peracto, mox omnes illi pueri morbo languentes, & infirmi conualuerunt. Id nobis narrauit quidam sacræ Theologiæ Licentiatus vir doctrina & integritate vitæ commendatissimus, qui ex ore ipsius Pastoris Catholici rem hanc vt gesta est, cognouit.

Miraculo ostẽdit Deus sibi placere cæremonias baptis.mi.

III. *Clino Episcopus aquam ante expiat, quam Pelagiam martyrem Tarsensem baptizet.*

Laur. Surd t.3 Maij 4 ex sime one Metaph. in vita S. Pelagia Tarsen. martyr.

SAncta Pelagia Tarsensis obuiam aliqñ facta Clinoni Episcopo sic eũ allocuta est: Benedictus, inquit, Deus qui sin ista imagine tua mihi reuelatus est, qm̃ te misit ad me, vt serues animam meam ab interitu. Nunc igitur per Deum, cui seruis, te precor; vt vere mihi dicas, quis es tu, & quodnam est nomen tuum, quęve tua conditio: Cui beatus Episcopus dixit: Ego quod mihi præcipuum, & omnibus rebus preciosius est, Christianus sim rationaliũ Christi ouium Pastor, qui Clino appellor. Tunc illa cum existimasset pastorem eorũ pecorum esse quæ sacrificantur, ei dixit: precor te Dñe, vt dicentẽ me audire non graueris. Multæ sunt oues in domo patris mei, itaq; si placet, veni, & ipsas pasce, & ego tibi mercedem multam tribuam. Tunc Episcopus: Nõ sum ego pecorum pastor, q̃ tu opinaris, sed rationaliũ Christi ouiũ, hoc est hominum, qui vitam æternam consequi sperant. Et quidnam, inquit sãcta Pelagia, agnis tuis ipse das, quare vitam æternam habere possint: At beatus Clino: Illis nuncio cognitionẽ Patris, & Filij, & sancti Spiritus. Age, inquit illa, Dñe mi pater dic, quidnã magis necessarium sit ijs, qui volunt esse cum Deo tuo: da, quæso, mihi hoc. Cui Christi ouium Pastor respondit: annuncio tibi baptisma in remissionẽ peccatorum, & in vitam æternam: hoc ipso nihil magis necessarium. Id cum audiuisset Pelagia & ad beati Episcopi Clinonis genua se deiecisset: Miserere, inquit, mei Domine, & da mihi donũ istud. Ex quo enim tpe mecum locutus es ipsius Dei lumen in corde meo effulsit. Itaque Satanæ & angelis ac machinis ipsius, hoc est, vita carentibus idolis renũcio. Illa ego huc vsq; colui, ab his misericordiam quærens, ex quibus vtilitas nõ proficiscitur sed pernicies & mors sẽpiterna. Nunc igit̃ Deum precor, vt ego, quãuis indigna ipsius filio despõdeat, qui occultas cordis mei partes illuminauit: ipse enim est iustitiæ sol. Cum tam admirabilem Virginis orationem B. Episcopus Clino audiuisset, eam admiratus manus suas in cœlũ sustulit, ac dixit: Deus & Pater Dñi nostri Iesu Christi, qui sedes super cœlos, & virginem hanc ad tui cognitionẽ vocasti, emitte ipsi sanctum & illustre baptisma dilecti filij tui Dñi nostri Iesu Christi. Cum ita ille Deũ precaretur, repente fons aquæ viuæ ante ipsos scaturijt cumq; beat⁹ Episcopus vidisset se celeriter à Deo exauditum, continuo eum laudans: Magnus es, inquit, Deus noster, Pater & Filius, & sanctus Spiritus, qm̃ dedisti hæreditatem filijs hominum baptisma in vitam sempiternã. Et nunc Domine, tu, qui nosti corda hominũ, scis humilitatẽ serui tui, quod vereor virginem hanc sic baptismate lauare: sed tu qui potens es in omnibus, prouide quidnam fieri oporteat. Cum sic ille Deum precatus esset, Pelagia dixit: Domine & pater exaudita est in hoc

Pelagia Tarsẽsis ab Episcopo docetur.

Orat. pro ea. S. Clino.

Fons sca turit.

oratio tua: Ecce enim misit Deus lumen sicut precatus es: nam video duos milites supra fontem stantes & in manibus linteum ita splendidum habentes, vt huius fontis aquæ velut sol fulgeat. Ne igitur vereare baptismate me lauare. Beatus Episcopus cum Pelagiã hęc dicentem audiuisset, Deo gloriam reddidit, & ad fonte accessit, vt aquas ipsas expiaret & sanctas faceret: qui cum Deum precaretur, factum est, vt ipse Angelos supra fontem stantes videret ea figura, qua Pelagia illos viderat. Cum igitur Angelos vidisset, vocem ad Deũ sic extulit: Gloria tibi sit, Rex vniuersarum rerum, [qui fecisti angelos tuos spiritus, et ministros tuos ignem vrentem.] Tu me dignum efficias, qui hanc virginem: quam ipse mi hi obtulisti tibi offeram hostiam viuẽtem in memoriam & odorem suauitatis. Fac & ipsam dignam, quæ in grege electorum tuorum numerari possit, vt in die regni tui, & ipsa cum quinque illis virginibus prudentibus in thalamũ Christi tui, lampadem suam accensam habens, ingrediatur. Cum preces compleuisset, exultãs Spiritu sancto ob ea, quæ viderat mirabiliter facta, virginẽ ipsam in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti illuminauit. Quæ cum baptismate renouata esset, cõionem de Christi mensa Episcopus accepit, eiq; impertiuit. Postea sancta Pelagia Episcopum adorauit, eiusq; vestigia exosculans: Domine, inquit, ac Pater benedicte precare Deum pro me, vt à sãcto Spiritu fortis efficiar. Cui beatus Episcopus dixit: Deus ille, cui dedisti pignus animæ tuæ, ipse mittat tibi auxilium de sancto habitaculo suo, vt det tibi, vt aduersarium superes.

Aquam ante ex piat, quã virginẽ baptizet

Ps. 103.

Mat. 25

Adulti baptizati et sacrã Eucharist. accipiebant.

IIII. *In baptismate dabantur etiam olim Sabana, id est, vestis candida.*

Victor Vtic. l. 3 hist. Vandaler.

TEmpore psecutionis Hunnerici Regis Vandalorum & Alanorũ, fuit quidam Elpidoforus nomine, nimium crudelis & ferus, cui fuerat delegatũ membra Confessorum Christi supplicijs grassantibus laniare. Hic dudum fuerat apud nos in ecclesia Fausti baptizatus, quem venerabilis Muritta Diaconus de alueo fontis susceperat generatum. Post vero dũ apostataret, tantæ extitit feritatis, aduersus Ecclesiam Dei, vt superior omnibus executor psecutionis fuisset inuentus. Quid multa? Dum primo presbyteri supplicijs macerandi ordine citarentur, post Archidiaconum Salutarem, arctatur pœnis memoratus Muritta: fuit enim secundus in officio ministrorum. Qui cum Elpidoforo sedente et fremente, honorabilis senior cœpisset extendi, & prius quam exueretur, clam furto nescientibus cunctis, illa quibus eum suscipiens de fonte dudum texerat, Sabana baiulabat. Quibus ventilatis, simulq; in ostensione cunctorum extentis, in his verbis totam ad fletum & lacrymas cõmouisse dr̃ ciuitatem: Hæc sunt linteamina, Elpidofore minister erroris, quę te accusabunt, dum maiestas venerit iudicantis, custodiente diligentia mea ad testimonium tuę perditionis, ad demergendum te in abyssum putei sulphurantis. Hæc te immaculatum cinxerant de fonte surgentem. Hæc te acrius persequentur, flammantem gehennam cum ceperis possidere, quia induisti te maledictionem sicut vestimentum, scindens atq; amittens veri baptismatis atque fidei sacrum. Quid facturus es, miser cum serui patrisfamilias ad cœnam regiam cõgregare cœperint inuitatos? Tunc te aliqñ vocatum, terribiliter indignatus, exutum stolam Rex cõspiciet nuptialem, dicetq; tibi Amice, qũo huc venisti vestem non habens nuptialem. Nõ video, quod contuli: non nosco, quod dedi: perdidisti militiæ chlamydem q̃ in tela virgineorum membrorum decem mensibus rexi, & tendiculas crucis, quas extendens aquam mundaui, & purpura mei sanguinis decoraui, nõ conspiciunt oculi mei, charactere non video Trinitatis, talis interesse nõ poterit epulis meis: ligate eum pedibus & ma-

Sabanũ vestis alba est q baptizatu dari solet.

Patrini verbaad filiolum apostatã

Matth. 22.

Aqua cruce mũdata.

& manibus funiculis suis, quia se ipse voluntarie separare voluit à Catholicis dudum fratribus suis: ipse funes extendit cōtinuatos in laqueum, quibus & semetipsum vinxit, & alios, ne ad istud venirent, impediuit: iuxta semitam multis scandalum posuit, quem nunc cum rubore perpetuo, & dedecore sēpiterno de conuiuio meo proieci. Hæc & alia Muritta dicente, igne conscientiæ, ante ignem æternum, obmutescens Elpidoforus torrebatur. Parantes itaque vniuersi dorsa sua verberibus, alacres ad exilium pergunt, &c.

V. *Patrinis contendentibus de nomine baptizandi Sacerdos nomen imponit.*

Sur. t. 2. 5. Apri. vita S. Vic Fer. ex Petro Ranzano lib. 1. c. 3.

EO tempore, quo baptizandus esset S. Vincentius cognomento Ferrarius, professione Dominicanus: amici et cognati ad Ecclesiam conuenere. Cum autem ventum esset ad ea, quæ in pueris baptizandis fieri solent, inter eos qui aderāt longa fuit disceptatio de nominis impositione. Vnusquisque ex eis, qui ad baptismum fuerant vocati, suum nomē infanti imponi cupiebat. At Sacerdos videns inter eos tantam discrepantiam, tædio affectus postea inquit: Quantum vos expectaui, nec vos video esse posse concordes ego volo huic infanti nomen imponere. Sit igitur nomen eius Vincentius. Quod illi audientes conticuerunt, laudaueruntq; prudentis Sacerdotis consilium ac simul dixerunt: Vocetur Vincentius. Fuit tamen post factum magna omnibus admiratio, illudque non nisi Dei prouidentia euenisse arbitrati sunt. Nā nec ex cognatis quidem, nec ex amicis qui adstabant, aliquis erat, qui Vincentius vocaretur. Multi autem ex eis, qui affuerunt, ea, quæ gesta sunt in istiusmodi nominis impositione, memoriæ condiderunt: vt videlicet videre possent, si illi nomini futura opera Vincentij conuenirent. Demum vbi Vincentius adoleuit, manifestè viderunt tam mirifica esse eius opera, vt rei & nominis nulla discrepantia penitus appareret.

Sacerdos puero baptizādo nomen imponit.

VI. *Cognationem spiritualem contrahunt quilibet susceptores & susceptrices in baptismo.*

Gratia. 30. q. 1. peruenit ad nos: apud Bar. to. 8. an. 617.

DE hac spirituali cognatione decretum est in Decretorum volumine ex Epistola Papæ Deusdedit ad Gordianum in Hispania Episcopum, quæ sic habet: Peruenit ad nos Diaconus vester sanctitatis vestræ epistolam deferens, quod quidam viri & mulieres præterito sabbatho Paschali, præ magno populorum incursu, nescientes proprios filios suscepissent ex lauacro sancto. Cupis ergo scire, si pro tali accidente ratione debeant viri ac mulieres ad proprium vsum redire, an non. Nos vero mœsti in hac re inquisiuimus priorum Patrum nostrorum dicta. Inuenimus autem in Archiuis huius Apostolicæ sedis iam talia contigisse in ecclesijs Isauriæ, Ephesiorum simulq; Hierosolymæ, aliarumq; ciuitatum Episcopis etiam earum ciuitatum ab hac Apostolica sede volentibus scire, vtrum viri, ac mulieres redirent ad proprium totum: beatæ memoriæ sanctissimi Patres, Iulius, Innocentius, & Cælestinus cum Episcoporum plurimorum & sacerdotum consensu in Ecclesia Apostolorum Principis prohibentes talia, perscripserunt & confirmauerunt, vt nullo modo se in coniugium reciperent mulieres ac viri, quicunq; aliqua ratione suscepe-rint natos proprios, sed separent se, ne suadente diabolo tale vitium innotescat. Scitis quia quomodo septē sunt dona Spiritus sancti, ita septem sunt dona baptismi à primo pabulo sacrati salis & ingressu ecclesiæ vsque ad consummationem sācti Spiritus per chrisma. Ab hoc ergo primo sācti Spiritus dono vsq; ad septimum nullus Christianus suam commatrem in coniugiū suscipere debet: & qui præsumpserit, tamdiu vinculo anathematis religetur, donec pœnitentiam dignè egerit.

Cognationis spiritualis decretū illæsè seruandū.

VII. *Quod affinitas baptismo contracta matrimonium impediat.*

Rober. Gaguin. li. 2 an. Do. 564. Ado. Viennensi Chr. eta. 6. Paul. Æmil. l. 1. D. An no. 2. par. hist. tit. 32 ca 6. § 3.

CVm Sueuorum infesta gens Sigeberto, bellum aduersus eum suscepisset, Chilpericus Suessionū Rex fratri auxilium tulit. Egredienti itaq; domo cura fuit Andoueram coniugē grauidam fideli sibi cuipiam commendare. Huic negotio idonea visa est Fredegonda: atque ita profectus est. Pariendi cum tempus aduenisset, fœminam Regina parit: quæ priusquam baptismo ablueretur, consilio ex Fredegōda capto, quænam idonea satis mulier ad hoc Sacramentum testis, hoc est, commater adhiberetur: Nulla, inquit, Fredegonda, nobilior te est quā huic mysterio anteponas vt quam carne puellam extulisti, eam præterea ad spiritalem vitam regeneres. Sciebat enim ex Christiano instituto nefas esse virū mulieris concubitu potiri, quæ baptizando filio commater extitisset: eo pacto Chilpericum à Reginæ contubernio disclusū iri callidissima pellex sperabat. Abluitur ex sentētia Fredegondæ filia, atque ei, cui mater Andouera erat, commater etiam spiritali regeneratione efficitur. Childehindā ei nomen imponens. Regi domum bello exacto reuertenti gratulabūda pellex occurrit: narrat quæ de nata sibi filia cōtigerant. Sed dolere se ait, quod Regina testis & commater ablutionis filiæ esse voluerit. Hæc loquenti Fredegondæ Rex sanctè iurat: si ita compertum haberet, se eam vxoris dignitate donaturum. Ingredienti palatiū Chilperico Andouera filiam complexa salutem impertiri, deque nata sibi filia gratificari festinat. At Rex exulceratus animo: Abi, inquit, in malam partem, imprudens mulier, quæ tua me insipiētia à tuis nuptijs exclusisti. Nec multo post tempore Rex Pontificem, qui sacrum peregisset, in exiliū ire iubet. Andoueram vero vna cum filia intra ecclesiæ septa vitam apud Cenomanos agere compellit: designatis, quantum ad annuum alimentum satis esset, prouentibus. Pellicem mox in suis ambitiosus malis Chilpericus vxorem accepit. Adeo nihil videntem hominem reddit cæca libido, & petulans viuendi licentia.

VIII. *Cæremoniarum baptismi aspectus paganum mouit, vt clientes suos ad Christiana sacra impelleret.*

Ex Epis. P. Io. Fr. ad P. Visitatorē Indiarū an 1572

QVidam ex præcipuis Rabunangę proceribus, dum munitiones, quas nobilis quidam vir suæ clientelæ moliebatur, spectatum iret, obiter ex relatu cuiusdam, qua solemnitate & gaudio Christiani baptismatis mysterijs imcumberent, intellexit. Itaque huius actus videndi desiderio capitur: in tantumque placuit, vt diceret omni modo procurandum sibi, quo Christiana religio adaucta propagaretur, & mox tabulis sua manu subscriptis mandat omnibus ijs qui de Icoxiorū secta sunt (quos aiunt quinquaginta millium numerum excessuros) vt Christianam fidem recipiant: & similiter alijs sectis addictos adigebat, vt conciones nostras & Catechismi prælectiones auditum venirēt. Adijt eum Pater Organtinus, vt pro hoc suo in nos fauore gratias ageret, qui comiter valde & amice exceptus est. Et ex eo intellexit, desiderare se vniuersum suæ ditionis populū Christianum fieri. Proinde, inquit, cum ex mea parte huic negocio non desim, ne quæso, vos a vestra deesse velitis, quo minus desiderio, huic meo quam ocissime satisfiat. Addebat ad hæc, conuictum se rationibus, quæ ex nostra fide allegatæ adducebantur, cedere coactum veritati, & cognoscere se optimè cuiusdam incommodi & inualetudinis, qua afflictari solebat, causam extitisse enormia sua peccata, quæ lex nostra committi vetaret: & detestaretur: seque ait ad ordinem Christianorum accessurum, nisi lex nostra rigida sibi nimium, & obseruatu difficilis videretur.

IX. Chri-

IX. *Chriſmate ſacro baptizati olim etiam vngebantur.*

Hinomarus in vita S Remigij apud Sur. 13. Ian. c.26.

CVm quidam ægrotus familiæ non ignobilis,necdũ baptizatus,à ſancto Remigio Rhemorũ Archiepiſcopo viſitari poſtularet & iam velut in vltimo ſpiritu poſitus, credere ſe fateretur, & baptizari depoſceret,ægroto abrenunciante,& ſacro fonte iam benedicto, S.Remigius à Presbytero loci illius exorcizatum oleũ & chriſma quæſiuit: qui ſimplex oleum ſe habere,ſed oleum exorcizatum,& chriſma in ampullis, in quibus fuerat, iam penitus defeciſſe reſpondit: Sanctus aũt Remigius ipſas ampullas ſibi afferri præcepit:quas vacuas ſuper altare miſit,& ſe in orationem proſtrauit. Surgens autem ab oratione,ampullam,in qua breuis habebatur olei exorcizati: & alterã ampullam,in qua breuis contin ebatur ſacri chriſmatis, plenas inuenit. Sicq; infirmum,qui ante abrenunciauerat, poſt abrenunciationem oleo exorcizato perunxit: demumque baptizatum, ſecundum traditionem eccleſiaſticam, chriſmate liniuit. Qui mox animæ ſanitate recepta, etiam corporis incolumitatem promeruit.

Chriſma ĩ neceſſitate precibus impetratur.

Traditio eccleſiaſtica de chriſmate baptizatu adhibẽdo.

X. *De chriſmate cælitus allato, cum Clodoueus Francorum Rex à S.Remigio baptizaretur.*

Hinomarus in vita eadẽ c.31 an. 499. 13. Ian. & Baro. to. 6. apud Sur.28.

CVm Clodoueus Francorum Rex ad baptiſterium baptizandus perueniſſet,Clericus,qui chriſma deferebat,à populo eſt interceptus,vt ad fontem venire nequiuerit. Sanctificato autem fonte,nutu diuino chriſma defuit.Et quia propter populi preſſuram vlli non patebat egreſſus eccleſiæ vel ingreſſus, ſanctus Pontifex Remigius oculis ac manibus in cœlum protẽſis, cœpit tacitè orare cum lacrymis: & ecce ſubito columba niue candidior attulit in roſtro ampullã chriſmate ſancto repletam,cuius odore mirifico ſup omnes odores, quos ante in baptiſterio ſenſerant, omnes qui aderant, inæſtimabili ſuauitate repleti ſunt. Accipiente autem S.Pontifice ampullã, ſpecies columbæ diſparuit. De quo chriſmate fudit venerandus Epiſcopus in fontem ſacratum more ſolito: tum rex ipſe ſacratus eſt, cuius exemplo & reliqui omnes ſucceſſores Francorum Reges conſueuerunt inungi.

Chriſma cælitus p columbã adfertur ad vngẽdũ Clodoueum.

TIT. IX. De baptiſmo non iterando.

EXEMP. I. *Miraculum de Iudæo impoſtore, qui baptiſmum diſſimulando ſæpius fuit baptizatus.*

Socr.l.7. c.17. Sozo 7.17. N.ceph. 14. 17. Trip. I. c.14. Sigebe. ad an. 416. Baro.to. 5. Ann. ann.Do. 419. 08 Baptiz.ĩ dus nemo adultus niſi prius fuerit iſtructus et ieiunauerit.

IVdæus quidam veterator Chriſtianam fidem ſimulans ſæpius baptizatus fuit: per quam fallaciam multas corraſit pecunias. Poſtquam autẽ multos ex varijs ſectis homines (Arianorum enim & Macedonianorum baptiſmum receperat) dolo ludificatus non habebat amplius, quibus imponeret, tandem ad Paulum Nouatianorum Epiſcopum venit,ait ſe magna cupiditate baptiſmi recipiendi flagrare: per eius manum vt illud aſſequatur orat. Paulus eius probat inſtitutũ: verum ſe nõ prius illi baptiſmum daturum ait quam ſit fidei articulis inſtitutus, dieſque quam plures ieiunijs vacauerit. Iudæus contra voluntatem ieiunare coactus acriter inſtare, vti baptiſmo donetur.Paulus qm̃ illum tam obnixè baptiſmum petentem morã nolebat offendere,parat res ad baptiſmum neceſſarias: cumq; veſtem candidam pro illo emiſſet, & alueum baptiſterij aqua impleri iuſſiſſet, Iudæũ eò deduxit, vt illi baptiſmum impertiret. Verum aqua vniuerſa, diuina quadam virtute,quæ oculis cerni præcipuè nõ poterat, ſubito exhauſta eſt. At cum neq; Epiſcopus neq; alij qui aderant, accuratè conſiderarent, qua ratione id accidiſſet,ſed aquam per foramen,quod in imo alueo fuit, per qđ etiam alias aquam ſolebant educere, effluxiſſe exiſtimarent: alueum baptiſmi de integro, foraminibus vndiq; in co firmè obturatis, diligenter implẽt.

At cum Iudæus esset secundo in alueū baptisterij deductus, aqua rursus penitus euanuit. Itaque Paulus: O homo (inquit) aut veteratoris partes agis, aut baptismum ignorans recepisti. Quare vbi ob miraculum à multis eo concursum erat, forte quidam Iudæum de facie nouit, eumque ab Attico Episcopo baptizatum viderat.

II. *Puella iteratum sibi ab Arianis baptismum abnuens ab ijs martyrio afficitur.*

Greg. Turo. l. 2 hist. Frā c. 2.

Tempore persecutionis Vandalorum Trasimundus persecutionē in Christianos exercuit, ac totam Hispaniam vt ad perfidiam Arianæ sectę consentiret, tormentis ac diuersis mortibus impellebat. Vnde factum est vt puella quędam religiosa, prædiues opibus, ac secundum sæculi dignitatem nobilitate senatoria florens: & quod his omnibus est nobilius, fide catholica pollens, Deoque omnipotenti irreprehensibiliter seruiens, ad hanc quæstionem adduceretur: cumque Regis fuisset oblata conspectibus, cœpit eam primum ad rebaptizandum blandis sermonibus illicere. Quæ cum eius venenosum iaculum fidei parma propelleret, præcepit Rex facultates eius auferri, quæ iam mēte possidebat regna paradisi: deinde supplicijs applicatam sine spe præsentis vitæ torqueri. Quid plura? post multas quæstiones, post oblatum terrenarum diuitiarum thesaurum, cum ad hoc frangi non posset, vt beatam scinderet Trinitatem, ad rebaptizandum inuita deducitur. Cumque in illud cœnosum lauacrum vi cogeretur immergi, ac proclamaret: Patrem cum Filio: & Spiritum sanctum vnius credo esse substantiæ, essentiæque, digno aquas vnguine cunctas infecit, id est, fluxu ventris aspersit. Et hinc ad legitimam deducta quæstionem, post aculeos, post flammas, & vngulas, Christo Domino capitis decisione dicatur.

III. *Baptizatus ab hæretico quantūuis anxius non est rebaptizandus.*

Dionys. Alex. ep. 5. ad Sixtum Papam circa ann. 250. Io. Garet. Centen.

Dionysius Alexandrinus epistola quinta ad Xistum Romanū scribens, postquam multa aduersum hæreticos dixisset, tale quid suo tempore factum esse narrat, dicens: Etenim reuera, frater, consilio opus habeo: & tuam sententiam abs te peto, quod tale quid mihi acciderit, vnde verear ne fallar: Cum fratres essent congregati, vir quidam existimatione fidelis, antiquus, & antequam ego ordinarer, opinor autem & ante beatum Heraclā, ecclesiastici cętus particeps, dum nuper quidam baptizarētur, præsens, auditis interrogatis ac respōsis, ad me accessit flens ac lamentans, & ante pedes meos prouolutus, confitebatur, & iurabat baptismum, quo baptizatus erat ab hæreticis, non esse verum baptismum, nec cum hoc nostro vllam habere communionem, sed esse illud impietate & blasphemijs refertum. Dicebat etiam mentem suam vehementer compungi, nec tantum se fiducię habere, vt oculos suos ad Deum leuaret, quod profanis illis verbis & actibus esset initiatus, ideoque orabat, vt sincerissima hac purificatione, susceptioneque & gratia potiretur: quod quidem ego facere non sum ausus, sed diuturnam illam multorum temporum communionem illi sufficere dixi. Cum enim & gratiarum actionem in ecclesia audisset, & ad illā vna cum alijs Amen succinuisset, mensæ adstitisset, manus ad suscipiendum cibum sanctum extendisset, illum etiā accepisset, & prolixo iam tempore corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi particeps fuisset, non sum ausus eum denuo baptismate initiare, sed animo bono esse, & firma fide, ac spe bona ad communionem sanctorum accedere iussi. Ille vero indesinenter luget, & horrore à mensa Domini distinetur, & vix obsecratus precibus ecclesiasticis adesse sustinet.

IIII. Ha-

IIII. *Habet-Deum Epiſc. Catholicus vi ab Arianis rebaptizatur.*

Ex Vict. Utic. l. 3 de perſ. Vand. CVm Epiſcopus Habet-Deum nomine ab impio Hunerico relegatus eſſet, diuerſis eum perſecutionibus afflixit Antonius homo ferox, Arianus, & cũ non poſſet eum facere Arianum, videretq; Chriſti militem ſemp in confeſſione cõſtantem, promiſerat ſuis dicens: Niſi eum noſtræ fecero religionis, nõ ſit Antonius. At vbi in ſua promiſſione minor inuentus eſt, ſuggerente ſibi diabolo cogitat aliud. Pedibus, manibuſq; ligatis, vinculis ingẽtibus arctat Epiſcopum, oreq; obturato ne lingua clamaret, aquam corpori, vt putabat, rebaptizationis ſpargit: quaſi valeret cõſcientiam ligare cum corpore, aut non adeſſet qui audit gemitus compeditorum & cordis ſecreta rimatur: vel ſuperare poſſet aqua mendax tantę voluntatis propoſitum, quod iam homo Dei metantibus lacrymis miſerat legatum in cœlũ. Exuit ſtatim virum vinculis, et tali quaſi gaudens proſequitur voce. Ecce iam frater Habet-Deum, noſter Chriſtianus effectus es, quid vltra facere poteris, niſi vt voluntati cõſentias Regis? Cui habet-Deum: Illa eſt impiæ, Antoni, mortis damnatio, vbi voluntatis tenetur aſſenſio: Ego fidei meæ tenax, vocibus confidens crebris, quod credo & credidi, clamãdo defendi. Sed & poſteaquam catenis vinxiſti, & oris ianuã oppilaſti, in prætorio cordis violentiæ meæ ſcribentibus Angelis geſta cõfeci & lectitãda Imperatori meo trãſmiſi.

Vuandali Ariani catholicos inuitos rebaptizabãt

V. *Quidam monachi malunt mori, quam denuo baptizari.*

Ex eodẽ Vic. Uti. lib 3 TEmporibus Hunerici Regis, monachi numero ſeptẽ, fratres, quantum pertinet ad concordiam Dominicæ ſeruitutis, in vnum in monaſterio habitantes, quos vna mater Eccleſia Catholica genuerat, & per viſcera fontis æterni ſalubriter pepererat, de territorio Capſenſis ciuitatis, cui præfuit S. Vindemialis, ſacerdos egregius, & Chriſti fidelis Antiſtes, apprehẽſi ſũt. Quibus attractis ad vrbem Carthaginenſem, primo eis, illecebroſis blandimentis ſerpens voluit ſibilare, promittens honores caducos, & diuitias ingentium voluptatum, necnon & Regis amicitias, vel alia multa, quæ ſolẽt inſipientium animas occupante diabolo viſco mundiali captare. Sed hæc oĩa milites Dei ac ſi contagia reſpuerunt, clamantes vno ore: [Vnus Dñs, vna fides, vnum baptiſma:] Nec poterit in nobis, adiuuante Dño, iterari, quod in ſancto Euãgelio ſemel præceptum eſt dari: quia [qui ſemel lotus eſt, non habet neceſſe iterum lauari, quia mũdus eſt totus,] Facite quod vultis, inferre pœnas corporibus noſtris: melius eſt tẽporalia ad modicũ ſufferre ſupplicia, quam ęterna pendere & ſubire tormẽta. Habete quæ promittitis, cum ipſis diuitijs poſt paululum perituri. Nobis vero nullus de poſtibus fontiũ valebit euellere, quod in vno baptiſmate artifex Trinitatis dignatus eſt titulare. Quid multa? Dum tali conſtantia diuinitus munirentur, iuſſi ſunt carcerali cuſtodiæ mancipari. Et ita crudelius onerati ferri ponderibus, tenebroſis deputati ſunt locis, vbi nulla miſeratio arrideret lenitatis. Sed populus ille memoratæ vrbis in Dño ſemper fidelis, dato munere carcerarijs, die ac nocte Chriſti martyres frequentabat, & ita ab eis doctrina & virtute fidei roborabatur, vt talia ẽt ipſi pro Chriſti nomine plena delectatione perferre cuperent, et capulo perſequentis facilia ſupponerent colla. Hoc autem tyrannicas peruenit ad aures. Qui ebrietate furoris accenſus iubet eos adhuc inauditis ſupplicijs adigi, & maiorib. vinculis onerari, nauimq; imperat lignorum aridorum manipulis adimpleri, atq; in eadem omnibus alligatis in medio pelago igne ſuppoſito concremari. Eductiſq; illis de cuſtodia, multitudo populi Dei bellatores Trinitatis ... agnos innocuos ad victimam

Epheſ. 4.

Io 13.

deducebat, & rigentium pondera catenarum quasi quædam monilia pernidebat, quia nõ fuerunt illa vincula, sed potius ornaméta. Incedebant itaq; cũ fiducia ad supplicium, quasi ad epulas cõcurrentes, vna voce per ambitus platearum Dño decãtantes: Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominib. bonæ volũtatis. Votiua nobis hæc dies est, & oĩ festiuitate festiuior. Ecce nũc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis, qñ pro fide Dñi Dei nostri perferimus præparatũ supplicium, ne amittamus acquisitæ fidei indumentum. Sed & popul' publica voce clamabat: Ne timeatis ô populi Dei, neq; formidetis minas atq; terrores præsentium tribulationum, sed potius moriamur pro Christo, qũo ipse mortuus est pro nobis, redimens nos precio sui sanguinis salutaris. Vnum tñ vehementi conatu, qui inter eos infantulus videbatur, nomine Maximum, cupiebant auctores malorum à sanctorum consortio separare dicentes: Infantule, quid festinas ad morté? dimitte eos, insaniunt & audi cõsilium nostrum, vt possis inuenire vitæ remedium, & tanti regis adire Palatium. Tunc ille ætate quidẽ puerili, senili tamẽ maturitate clamabat: Nemo me separat à sancto patre meo Liberato abbate, & fratrib. meis, qui me in monasterio nutrierunt. Cũ ipsis sum in timore Dei conseruatus, cum ipsis desidero passionem suscipere, cum quibus credo me & futuram gloriam inuenire. Nolite putare, quia potestis seducere pueritiam meam, simul nos Dñs septem voluit congregare, simul dignabitur oẽs vno martyrio coronare. Qũo nemo perire potuit de septenario illo numero felicium Machabæorum, ita & iam septenus nostræ congregationis numerus nullum inueniet detrimentum. Nam si negauero eum, & ipse negabit me, qm̃ ab ipso dictum est: [Qui me negauerit corã hominibus negabo & ego eum corã patre meo qui est in cælis. Et qui me confessus fuerit corã hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo qui est in cælis.] Perducti itaq; cum festinatione ad nauale supplicium pro voluntate infandi regis, vel crudelium ministrorum, extensis manibus & pedibus clauati ferũtur potius quàm ligati. Qui dum ignis fuisset lignis iniectus statim imperio diuino videntib. cunctis extinctus est. Et dũ sæpius renouaretur nutrientibus pabulis iterũ atq; iterum extinguebatur rogus globo flammarum. Et cum exinde magis tyrannus furore simul esset & rubore repletus, iussit eos remorum vectibus enecari, & ita singulos in modum canum cerebris comminutus extingui. Qui tali genere mortis debitum spiritum feliciter Dño reddiderunt. Nec expauerunt lignis quatientibus mortificari, quibus semper fuit spes oĩs in ligno. Sed cũ in mari venerabilia corpora iactarentur, illico quod cõtra naturam est æquoris, eadem hora illæsa corpora pelagus littori reddere maturauit: nec ausum fuit, vt moris est, triduana dilatione in profundo retinere, ne Præcepto Dñico minimè paruisset. Ad qđ miraculi genus, & ipse tyrãnus licet impenitẽs, vt fertur expauit.

TIT. X. De Baptismo Flaminis.

EXEMP. I. *Valentinianus iunior baptismo Flaminis baptizatur.*

ANno Dñi 392. sub Consulib. Arcadio atq; Ruffino mortuus est Valentinianus iunior filius Valentiniani Magni, inuẽtus in palatio subito strangulatus, vt fama fert, idib. Maij, pridie Pentecost. Erat autem, ait Prosper, Valentinianus adhuc catechumenus, qui paulo ante obitum profecturus cum exercitu aduersus barbaros in Italiam irrumpentes, cupidus ante eam expeditionem initiari sacro baptismo, Viẽnæ cum esset in Gallia, S. Ambrosium Mediolano, vt ab illo, quem patris loco habebat, & baptizaretur, accersit, sed isto adhuc ĩ itinere cõstituto, pro[...]us insidijs occisus est.

Ex Epiph. de mensuru & põderib. Ambros. l. 5. Epi. et Prosp. rõ Chronico Baro. to. 4. an. 392. Valent. Imp. per baptism. flaminis saluatur

II. Phi-

II. S. Philemon sub martyrium diuinitus baptizatur.

Ex Met. & Aloy. Laur. Sur. 1. 6. Dec. 4 i vita c. 9 cap. 32

S. Philemon martyr diuinitus illuminatus cum constanter Christũ confiteretur & audiret sibi obijci a Præside tyranno, quod neq; factus esset omnino Christianus, neque accepisset baptismum, exclamauit: O ignem spiritalem, qui accensus es in meis præcordijs: Quãtum tibi debeo, ô Præses, quod me et inuitus maximis affecisti beneficijs, sacrum baptismum in memoriã reuocãs. Hæc cum dixisset Præsidi, stetit ĩ media turba, & Rogo vos, vehementer exclamauit: Si quis inter vos præest Christianis, & contemnit tormenta propter pietatem adsit cito & me diuino impertiat baptismate. Postq̃ autem vidit omnes victos timore, & qui vt tempus postulabat, nihil poterãt facere iuueniliter, dolore animi cruciatus, & cõtinuo in vocẽ erumpens cũ calidis lachrymis: Deus meus, Christe, inquit, qui me benignè adspiciens à profundo errore me reuocasti, ne sic me despicias diuinum baptismum minime assecutum. Sed quo vis modo ostẽde mihi sacerdotẽ & aquã, à quo, & in qua, similiter, atque alij Christiani, baptizabor. Cum sic dixisset, nubes desuper continuo descendens, cum eum stantem medium in orbem cõprehendisset, baptizauit. Dein de nubes quidem sursum ascendit: ille autem, omnibus videntibus, fluento cælesti baptizatus: Vobis, inquit, omnibus videre licuit, qui Christiani quidem estis, nondum autem vultis manifestam esse vestram pietatẽ, quẽadmodum, cum nullus vtique ad me ausus esset accedere, ipse veniens aperte Dominus me maximo dono impertijt baptismatis. Videte ergo, & turpi ac illiberali timore liberemini. Quin etiam tu quoque adspice, Præses, relicta, quæ nihil habet vtile, insania: cognosce, cuinam Deo te ipsum absque ratione feceris inimicum, & quemadmodum, eo iudice, sis luiturus pœnas.

S. Philemon patiẽs baptizari. *Fluento cælesti miraculosè baptizatur*

III. Catechumenus baptismate licet gratiæ ablutus, tamen defunctus pœnis adhuc addicitur purgatorijs.

Seuerus Sulpit. i vita S. Martini cap. 5.

CVm Beatus Martinus comperisset, S. Hilario Pictauiensi Episcopo, qui hæreticorum fraudibus in exilium missus fuerat, potestatẽ redeundi sibi à Rege Galliarum indultam esse, Romæ ei tentauit occurrere. Quo profectus haud longè ab oppido monasterium collocauit, vbi inter cęteros quidam catechumenus ei se adiunxit, qui paulo post languore correptus, tãdem vi febrium, absente per triduum illud Martino, extinctus est. Reuersus vero cum absque baptismate humanis rebus eum excessisse cognouisset, flens eiulansq; super defuncti mẽbra se prosternens, orationi aliquamdiu incubuit: vixque duarum horarũ spatium intercesserat, cum vidit illum paulatim membris omnibus commoueri, & laxatis in vsum videndi palpitare luminibus. Ita redditus vitæ statim baptisma est consecutus, vixitque postea plures annos. Is referre solebat, se corpore exutum, ad tribunal iudicis fuisse ductum, deputatumq; obscuris locis tristem excepisse sententiam. Tunc per duos Angelos iudicis fuisse suggestum, hunc esse, pro quo Martinus orabat. Ita per eosdem Angelos se iussum reduci, & Martino, vitæque restitui.

Catech. B. Martini precibus suscitatur. *Purgatorijs pœnis deputatur cate. ch.*

TIT. XI. De baptismo sanguinis.

EXEMPL. I. De numero decem millium militum in martyrio proprio sanguine baptizatorum.

Horologi um Græcorum Chroni. cõ S. Antonini Spec hist. Vinc. li. 11. c 98 Petr. de Natalibus li 5. cap 137.

APud Alexandriam Armeniæ, tempore Hadriani Imper. exercitus decem millium militum ab Angelis de Christi Domini nostri fide instructus, Imperatorum iussu singuli primum, vt ipse Iesus, flagellis cæsi, tum spinis coronati, tandem humi clauis crucifixi in monte Ararath, proprio sanguine baptizati triumphantes in-

Ab Angelis instruuntur milites.

trarunt in cælum, vt sibi repositam reciperent coronam gloriæ. De quibus hæc quinque habentur nomina: Ducis generalis, Acacius: trium Ducum, Theodorus, Helias, Theodorus: & cuiusdam iuuenis, Draconensius.

II. *Quinquaginta philosophi in medijs flammis illæsi animam agunt in sanguine baptizati.*

Ex Petr. de Nat. li. 10 de gest. Sãc. cap. 57 Sur. 25. Nou. t. 6. ex Met.

CVm ex diuersis partibus à Cæsare Maximino quinquaginta sapientes apud Alexandriam cõgregati fuissent, vt cum beata Catharina Virgine concionatrice disputarent, & sancta Virgo à sancto repleta Spiritu sua illos facundia superasset, protinus ad Christum conuersi sunt, & se Catharinæ orationibus commẽdarunt: quos Maximinus iratus iussit in medio ciuitatis igne cremari. Cũ autem illi iam ex his, quæ virgo perorauerat, in Christi fide edocti essent, & baptismum sollicitè expeterent: admonuit illos Virgo Dñi, nihil hæsitate, cum in suo forent sanguine baptizandi: qui benedictione sanctæ virginis accepta, signantes se signaculo S. Crucis, & in eadem fidei cõstantia pseuerantes vnanimes, secundum Cæsaris edictum in ignem missi, ita animas Domino reddiderũt, vt nec corpora illorum, nec capillus, nec vestimenta aliqualiter adusta fuissent. Quo miraculo plurimi Paganorum conuersi sunt: & corpora martyrum rapientes in eadem ciuitate sepelierunt Idibus Nouembris.

III. *Sancta Emerentiana in sanguine suo baptizata.*

Breuiar. Rom. 23 Ian. v. ex Ambro. ser. 91.

Baptizata in suo sãguine S. Emerentiana.

S. Emerentiana Virgo Romana, collactanea beatæ Agnetis adhuc catechumena, fide et charitate flagrans, furentes in Christianos idolorum cultores cum vehementius accusaret, à concitata multitudine est obruta lapidibus. Quæ in cruciatibus orans ad sepulchrum S. Agnetis proprio sanguine, quem pro Christo constanter effudit, baptizata aĩam Deo reddidit.

IIII. *Glycerius mortem pro Christo oppetiturus in sanguine baptizatur.*

L. Sur. in vita S. Geor. m. 23. Apr.

DVm S. Georgius martyr carcere paulo sub mortem detineretur, multi ægri ad pedes eius procidentes per Christi nomen & signum sanabãtur. Inter quos vir quidam Glycerius nomine, Agricola, qui accepto beneficio per ciuitatem voce magna clamabat: Magnus est certe Christianorum Deus. Eum itaq; comprehensum iussit Imperator gladio extra vrbem obtrũcari. Glycerius gaudens, & tanq̃ ad cõuiuium vocatus, currebat ante milites, à quib. ducebat, & magna voce inuocabat Dñm, orãs, vt martyriũ sibi baptismatis loco esset atq. ita vitã finiuit

Glycerius in sãguine baptizatur.

TIT. XII. De baptismi contemptoribus.

EXEMP. I. *Constantinus Copronymus paruulus baptismi fontem fœdat.*

Theoph. in An. n. Græcorũ Sigeber. in Chronico, an. 719 Ioan. Cuspian. in Const. 5. Baro 19 Ann. ... an. Do. 719. 20.

ANno tertio imperij sui natus est Leoni Isauro Principi filius Constantinus, qui magis illo impius fuit, dictus Antichristi præcursor. Cæterũ 8. Cal. Ianuarij, Maria vxor Leonis coronata est in Triclinio Augustæ, & pcessit sola cũ solemni obsequio, sine viro suo ad magnã ecclesiã, & oratione ante ingressum altaris effusã, transilijt ad baptisterium magnũ, viro eius iam cum paucis ingresso. Vbi cum Germanus summus sacerdos Constantinum nequitię ipsorum, & imperij successorem baptizaret, dirum quiddã & fœdum paruulus Cõstantinus, eodẽ præsignans, exhibuit argumẽtum, stercus emittens in sanctũ lauacrum, vt aiũt, qui diligenter huius rei facti sunt inspectores, ita vt Germanus sanctissim⁹ prophetice diceret: Cõstat Christianis & Ecclesiæ maximi mali per eum efficiendi hoc signum esse futurum. Post diuina vero officia cum solẽni rursus obsequio Augusta Maria vna cum baptizato filio reuersa est, donatiuis erogatis, ab ecclesia vsq; ad æneam portã.

Antichristi pcursor Copronymus. Constantini Copronymi baptismus.

Hæc

Hæc Theophanes, & alij omnes eadem de infantis iſtius baptiſmate. Eadem Zonaras, & alij, aiuntque, Conſtantinum ob ſtercus tunc egeſtum in ſanctum lauacrum cognomēto Compronymum eſſe dictum.

II. *Venceſlaus baptiſmum fœdat, vt & poſtea Catholicam religionem.*

Io. Cuſpinian. in Ceſare Vēceſlao an. 1361 VEnceſlaus filius Caroli IIII. Regis Bohemiæ & Roman. Imperatoris, tam corpore, quam animo deformis atque ineptus fuit. Corpore quidem diſtortus, animo effœminato, ac ſegni: degenerans à patre atque auo, nihil vnquam memoria dignum aut cogitauit, aut fecit. Norimbergæ natus anno Redemptionis 1361. Septembris vigeſimo octauo die, matrem ſuā partu interficiens, & baptiſma primo ingreſſu fœdans ac coinquinans: vt prouerbium inde fieret, futurum malum virum, quia puer baptiſma fœdaſſet: quod & re ipſa, cum adoleuiſſet, comprobauit. Non ſolum enim *Baptiſmū coīquinat Vēceſlaus Imper.* Sacramentum baptiſmatis ſed vniuerſam Chriſtianam religionem coinquinari homo ocioſus, ſomno, Venerique deditus paſſus eſt. Inuſta equidem eſt noſtræ religioni macula cicatricoſa ſub eo Sardanapalo & ſtulto Rege cum hæreſi Huſſitarum in Bohemia, quæ hodie durat, & necdum ſanari poteſt. Etſi multi præſtantes ingenio viri hanc curare ſummis viribus nixi ſunt, non tamen potuerunt: ita radices longè, lateque transfudit hæc inſania. Cum enim hic inſanus Venceſlaus eſſet à pueritia in Bohemiæ ac Romanorum Regem ſublimatus, ſtatim luxui deditus, ac deſidia corruptus voluptates omnes ſequebatur, ventri tantum ſtuduit, maiorem curam vini ac gulæ habens, quā regni. In vtramuis enim aurem ſecurus dormiens, errores, qui ſuboriebantur, minimè emendauit, laboreſque omnes fugiebat: neſciens difficilius nihil eſſe, quam bene regnare. Quod olim Diocletianus dicere ſolebat. *Diocletiani dictum.*

III. *Ethelredus Anglorum Rex ſacrum fontem etiam fœdat, ignaui principis indolem diuo Dunſtano præ ſe ferens.*

ANno Dominicæ īcarnationis 979. Ethelredus filius Edgari & Elfredæ, regnum Angliæ adeptus obſedit potius quam rexit annis 37. Eius vitæ curſus ſęuus in principio, miſer in medio, turpis in exitu aſſeritur. Ita in parricidio, cui cōniuentiam adhibuerat, immanis: ita fuga & mollitie infamis: ita morte miſerabilis fuit: ignauiam eius prædixerat Dunſtanus Archiepiſ. fœdo exemplo admonitus: nam cum puſiolus in fonte baptiſmi mergeretur, circumſtantibus Epiſcopis alui profluuio Sacramenta interpolauit: Quare ille turbatus: Per Deum, inquit & matrem eius, ignauus homo erit. *Raphael Volaterra. li. 3. Geographia an. Do. 979.*

IIII. *Fontem baptiſmalem, apud quem fiebant miracula, irridens ac profanans Theodegeſilus Rex hęreticus impietatis pœnas luit.*

QVidā ex hæreticis Deum nō metuens, neq; venerationē præbens loco, vbi ad fōtes in Luſitania illuſtre fiebat miraculum, neq; credens corde miraculum, quod in eo Dñs ad corroborandam ſuorum fidem præſtare dignatus eſt, impietatis ſuæ pœnas luit. Venit cum turba equorum, ſolutiſq; impedimentis iuſſit in baſilicam poni, equitibuſq; in ea præſepia præparari, irridens miſer, quæ de hoc loco narrabantur ab incolis. Igitur media nocte prætereunte à febre corripitur, ac pene examinis, & tardius quā debuerat pęnitens exclamat, equites ab æde expelli: erat.n.ei, ſub Rege licet, magna tñ in illa regione poteſtas. Expulſiſq; à S. Baſilica equitibus, ad ſe reuerſus cępit dentibus proprium dilacerare corpuſculū, nec prorſus retineri à ſuis ob nimiam poterat debacchationem: tādemq. oppreſſus inter ſuorum manus ſpiritum exhalauit. Deniq; Theodegeſilus huius Rex regionis cum vidiſſet *Gr. Tur. l. 1. ẽgl. m. c. 25. Hæreticus īpietatis ſua pœnas luit. Chriſtiani, dicti Romani*

hoc miraculum, qd in his sacratis Deo fontibus gerebatur, cogitauit intra se dicens: Quia ingenium est Romanorum (Romanos enim vocitant homines nostræ religionis) vt ita accidat, & non est Dei virtus. Veniens vero ad annum sequētem, ostium sigillis suis cū Episcopi sigillo muniuit: posuitq; custodes in circuitu templi, si forte aliquem deprehendere posset fraudis alicuius conscium, per cuius ingenium in fontibus aqua succederet. Similiter & alio fecit anno. Tertio vero conuocata virorū multitudine, fossas in circuitu basilicæ fieri iussit, (ne forte dolis occultis lymphæ deducerent in fontem.) Fueruntq; fossæ in profundo vicenum quinum pedum: in latitudine vero quindecenum: sed nihil abditū potuit reperiri. Tamen vitæ finem faciens, & credo pro huius inquisitionis temeritate anni sequentis diem, quo hoc mysterium celebrabatur, videre non meruit, eo quod arcanum virtutis diuinæ inuestigare præsumpsit. *Interdu lisœna.*

V. *De fure, qui aquam baptismalem haurire non potuit.*

Idē Gre. c. 26. einsd. lib. QVidam accepto vasculo, Presbytero, qui aquam de fonte baptismatis populo ministrabat, porrexit ad complendum. Quod dum complet senior, hic inter comprimentes turbas manum alterius extēdit ad balteum, cultrumque furatus est: quo vagina recōdito, manus extendit ad accipiendam hydriam, quam tradiderat Presbytero: qua accepta amotus in partē aliam, neq; vnam guttam aquæ in ea potuit reperire. Tunc confusus valde, & sibi ob furti causam hoc euenisse cognoscens, homini cultrum, quem furatus fuerat, reddidit: & sic iterum porrecta lagena plena aquæ recepit. *Fur aq̄ benedictā haurire nequit.*

VI. *Grauiter peccant, qui fontem baptismalem violant.*

Ex Til. Bred l. 7 Col. an. CVm circa annum Domini 1579. oppidulum Kerpense, non procul à ciuitate Coloniensi dissitum, diuersis irruptionibus, nunc Statuum, vt vocant, nunc Regiorum militum inuaderetur, miles quidam in ecclesia, quæ ibidem collegiata est, baptisteriū impietate plusquam Copronymiana cacauit, qui paulo post hunc sacrilegum ausum diuinitus oculorum lumine priuatus est: cumque vagis gressibus huc illucque oberraret, in hostes incidens captus est, atque ante ipsas valuas ecclesiæ, quam impiè fœdauerat, laqueo suspensus. Peior hic Constantino Copronymo: Is enim infans fontem polluit: at hic iustæ ætatis senio. Vterque tamen certam speciem dedit, Constantinus futuræ, hic præsentis improbitatis. *cap. 53. an. 1579 Leon. Rubenus li. de falsis pph. c. 7 Baptisterium olento inficiens diuinitus cæcatur ac suspenditur.*

TIT. XIII. De zelo & pompa, qua noui Christiani in Indijs baptismum suscipiunt.

EXEMP. I. *De baptismo magno apparatu in Mexicana Prouincia celebrato.*

IN Prouincia Mexicana regio quædam est, in qua alta admodum extat barbaries, & vbi multæ diaboli præstigiæ. Populus agrestis ab omni humanitate & societate abhorret. Ibi tn̄ etiam cæleste semen altas radices egit. Cum aliqn̄ catechumenorum baptismus adornatus esset, conuenere tū pueri, tum adulti, candidati oēs capita sertis redimiti; virentibus floribus, et versicoloribus auium plumis intextis. Hi composito agmine incedebant. Singuli manu ducebātur eorū, à quib. è sacro fonte erant excipiendi, comitantibus hinc inde, accensis facibus, oppidanis magna multitudine. Eo ordine ad locum baptismo paratum vētum est. Sylua erat raptim consita, ramalibus eleganti dispositione inumbrata, vernantium florum, & iucunda herbarū varietate adornata, nec deerat pro diei tempore auium garritus curibus dulci cantu blandientium. Ibi oēs ordine, suo quisq; loco, solennibus rite seruatis cæremonijs, sacro fonte abluun- *Ex literis ann. Societa. an. 1596 in Resi-dentia Guadiana sub Prou. Mex. Pompa & apparatus baptismi collati Indijs.*

abluuntur. Eo peracto mysterio, eodē ordine, sacro renati fonte candida induti veste, accensas manu faces præferentes, rediere, magno symphoniacorum sacros hymnos canentium, aliorumq; musicorum instrumentorum concentu festam animorum lætitiam ingeminante. Tanta postea in ijs visa est modestia, vt non in media barbarie, sed in ipso Christiani orbis flore adoleuisse viderentur.

I. I. *De baptismo solemni cum pompa collato.*

Nicolaus Pimenta Societ. in India Orient. Prouinc. an. 1599 in epist. ad Cl. Aquauiuam.

IPso die Pentecoste ann. 1599. in regno Magor salutaribus vndis plurimi publicè abluti sunt; solemni cæremonia et festo. Strata et obtecta, qua huic sacro agmine incedendum erat, ramis, frondibus & herbescente viriditate, via, plantatis vtrimq; arborib. hac vt ratione ab æstu vindicata densam, opacamq; syluam referret. Egressi itaq; sunt ex domo ordine compositi; supplicātiumq; in modum palmas manibus gestantes, Christianis vtrimque latera claudentibus. Præibant varij generis musica instrumēta, tympana, tubæ, buccinæ, tibiæ, factoque gyro quodam & ambitu per stratum, & floribus consitum vicum ad templū progressi sunt. Quibus sacerdos occurrens humeris amictu iniecto, & sacro pallio eos excepit. Ad hanc pompam, apparatumq; solemnem huic ciuitati nouum, & insolitum tam magna ethnicorum multitudo occurrit, vt sacerdos nesciret, quam in partem se conuerteret, tantusq; erat strepitus, & murmurātis, ac acclamantis populi fremitus, vt sacro officio perfungi nō posset. Tādem præmissis ante valuas cōsuetis cæremonijs in templum induxit, & magna alacritate, ac canditati huius agminis cōsolatione, baptismo eos abluit

Cōfirmatio quid.

De Sacramento Confirmationis, quod baptizatis confertur cum impositione manuum Episcopalium, & sacri Chrismatis vnctione.

TIT. I. De Confirmationis vsu, necessitate, & vtilitate.

EX. I. *Confirmationis Sacramentum à Christianis minime negligendum.*

Ex Ve. nant. F. For tuna. [illegible]

CVm D. Maurilius Andegauensis Episcopus mox post acceptā Episcopi dignitatē in B. Petri Basilica sanctam celebraret solemnitatem, aduenit cum puero moriente matrona, cui quondam sterili eundem, vt nasceretur, ante Episcopatū apud Dñm suis meritis obtinuerat, postulans vt filio suo, quem Dño habendum obtulerat, manuum suarū impositione Spiritum sanctum daret, anteq; obiret. Sed remorāte in sancta corporis & sanguinis Christi consecratione paululum Præsule, puer excessit. Expleto autē sanctæ solennitatis mysterio, & obitu pueri, qui absq; chrismatis dono excesserat, percognito, totū id suæ desitudini deputauit, lachrymis multo tpe irremediabilibus suæ culpā lugens inobediētiæ. Cui cum nec ista sufficerent, diu multumq; quid ageret secū aīo colluctante, tandem reperit, quod inter cōciues tantæ negligentiæ piaculum plenè expiari nequiret, nisi singularis elapsus patriam, ciuesq; relinqueret. Tali igit reperto consilio, occultè semetipsum exinde eripuit, ex sanctorum reliquijs quibus ecclesia Andegauensis decorabatur, secū claues deportans. Cum aūt peruenisset ad mare, diuina prouidentia, qui manebat in littore, di[illegible]m transitus sui exarauit in lapide: sicq; a[illegible] sa puppi, inchoati itineris cç[illegible] rator existere: cumq; pro[illegible]essi[illegible] [illegible] tum, & quare claues reliquiarum [illegible] detulerit, cogitaret, insidiante humani generis inimico, vt dolorem [illegible] viro super dolorem imponere[illegible] te claues de manibus ela[illegible] guntur in æquore. Tunc [illegible] id fertur exclamasse [illegible] postea probauit [illegible] rum, inquit, c[illegible] triam, vrbemq; [illegible] effugio. Tran[illegible]

Maurilius Eps fit cuiusdā principis hortulanus. quis esset, abscōdere potuisset, mutato habitu, vni regionis Principum adhæsit, professus se hortulanum, vt corpus assiduo labore castigaret. Qui cum tali proficeret ministerio, tantam copiā eius meritis Dn̄s oleribus dabat, vt oībus quibuscunque necesse fuerit, ex eisdem sufficienter ministraret, & tn̄ olera nunquam deficerent. Vnde perpluribus placebat, & bene ab omnib. amabatur. Interea plebs Andegauensis cælitus sibi quōdam cōmisso viduata pastore crebris cœpit visionibus admoneri, & portētis terreri, vt Antistitem suum requireret, ni mallet imminens vrbi excidium præstolari. Itaque nimio pauore perculsi, habito semel iterumq. cōsilio, quatuor eligunt insigni virtute ac fide viros, qui sumptib. ex voto collatis, & rebus necessarijs ad itineris labores optimè instructi, Antistitem indagarent, nec nisi eo inuento ad propria redirent. Igitur vrbes, oppidaque, et vicos oēs pcurrunt, *Septēnio perquiritur Maurilius.* oīq; ferè lustrata Europa, septimo tandē anno, irrito conatu, in partes Galliæ reuertentes, diuino ductu, ad portum maris Oceani, qui in Britannia minori est, peruenerunt. Vbi in littore morantes hoc scriptum in silice inueniunt: Hic trāsijt Maurilius Andegauorum Episcopus. De tā euidenti alacres facti indicio, conscensa naui trans portum abiere securi. Cumque in medio mari tranquillè nauigarent, ecce repente emersus è gurgite piscis immanis prosilijt in nauim. Quo exente- *Res stupenda.* rato, reliquiarum claues de manibus viri sancti in mare delapsas in iecore piscis reperiunt. Quibus tandem agni- *Claues ī iecore piscis inuētæ.* tis ingenti stupore defixi metuunt, ne cum ipsis vir sanctus naufragium passus marinis belluis esca cesserit. Demissis igitur de naui anchoris, consilium ineunt, an eo testimonio contenti domum redire, an vero cœptū iter prosequi debeant. Verum.n.vero nocte sequenti oēs pariter cælesti visione admoniti sunt, vt omisso inani timore, confidenter pergerent & cœptis felicibus Antistitem in patriā reducerent. Ea visione mirificè roborati iter prosequuntur, angeloq; ductore ad ædes Principis, cui vir sanctus deseruiebat, perueniūt. Ingressi, ilico Maurilium, vt cū oleribus, quibus Princeps vti cōsueuerat, pstō esset, inclamari audiūt. Illi vero eo nomine protinus excitati, oculorū aciem in oēs partes dirigunt: nec mora, Maurilium cum olerib. accurrentem cōspiciunt. Ibi tum gaudio *Maurilius tandē inuenitur.* & admiratione cōfixi confestim illius pedibus prostrati, magno cū fletu rogant, vt propriæ ecclæ, ac ciuitati subueniat. Ipse vero stupore pariter defixus, cum se negare non posset, cum lacrymis repugnare cœpit, asserens se, & voto & iuramento cōstrictum, ne vnq̄ rediret in patriā, nisi submersas in mari claues vide mereretur. Tum illi statim eas exponētes, cuncta, quæ in mari viderāt, & passi erant, ex ordine referunt. *Votū quo casu solutum.* Statim fama hæc peruolat, ipsumq; solicitat Regē. Mirantur cuncti & quē vt hortulanum habuerant, nūc vt Præsulē dignissimū venerantes adorant. Eps ergo tot fatigatus precib. & miraculis victus, statuit quidē patriā repetere, ita tn̄, vt tota illa nocte vigilijs & orationibus mentem Dn̄i atten tius consulere et eius opem implorare posset. Ecce autem nocte concubia, lōgo fessus peruigilio, cū leni sopore oppressus iaceret, vidit Angelum sibi dicētem: Surge, Maurili, & populorum *Angelus eum monet, vt ad ecclesiam redeat.* te requirentium exequere votum: Nā & tuis precibus cómissas tibi Dn̄s seruauit oues, & insuper reddidit puerū, quem diutius plorans quæsisti. Quid multis? Mane reddito, concurrentibus vndique populis, magno cum honore ad nauim deducitur, nec minori gloria à patria propria excipitur, &c.

11. *Sacrum Chrisma, quod adhibetur ad ministrandum hoc sacramentum, quanta in veneratione habendum.* *Op'a Milēu li. 2. cōtra Donatist.*

INter alia nefanda Donatistarū flagitia de subuersis altaribus, de stupratis castimonialibus, Eucharistiæ cō tume-

Til. Bredemb. l. 1. Col. sacra. c. 13. *Miraculū factū ampulla confirmatis.*

tumalia, &c. narrat D. Optatus Mileuitanus, lib. 2. de schismate Donatistarum, Vrbanum Formensem, & ad Felicem Idicrensem Donatistarum Episcopos sacrum Chrisma impiè violasse in Mauritania. Ampullam enim p fenestram, vt frangerent, iactauerunt: & cum casum adiuuaret abiectio, non defuit manus angelica, quæ ampullam spiritali subiectione deduceret: proiecta casū sentire non potuit: Deo muniente illæsa inter saxa consedit.

III. *Chrismatis ampulla administrandum confirmationis sacramentum diuinitus oppletur.*

Laur. Sur. 1. Aug. 4 ex Vuolstan. Vuintoniē. monacho. c. 11 in vita eius.

CLericus quidā S. Ethelnuuoldi Vuintoniensis Epī, cui erat sacri Chrismatis cura demandata, minus accepe rat olei, q̄ res poscere videbatur: atq; illud ipsum in itinere amiserat. Episcopo vero pueros cōfirmare volente, nec habente Clerico ampullam sacri olei, turbatus & anxius repetit iter, quo venerat, & huc, illucque oculos accuratè aduertens reperit ampullā in via iacētē, oleo plenam, cū paulo ante nec media sui parte plena fuisset. Ea igitur accepta cū timore et gaudio reuers⁹ est.

IIII. *Quam solicitè agere debeant parentes, vt proles confirmentur.*

Apud Sur. 21. April.

D. Anselmus Cantuariensis Archiepiscopus ad S. Bertinū veniens, magna plebis, Clericorum, ac Monachorum alacritate susceptus est, et per quinque dies ibi detentus, interea rogatu amicorum & Canonicorū altare vnum apud S. Audomarū consecrauit. Quo facto venerunt ad eum honorati quidam de indigenis viri, flexis genibus obsecrantes, quatenus filios eorū per impositionē manus suæ sacri chrismatis vnctione signaret. Ad qđ mox ita respondit: Et hos, pro quibus petitis, libens io hac causa suscipiā: & alios hoc Sacro egentes, si præsto fuerint, non abijciā. Quā illi facilitate responsi benignitatem viri admirantes magnificè lætati sunt: & gratias egerunt, con firmatisq; pueris suis, illico totā vrbē his, quæ ab eius ore acceperant, impleuerūt. Videres ergo viros ac mulieres, magnos ac paruos è domibus ruere, certatimq; currēdo ad nostrum hospitium prædicti gratia sacri properare: plures siquidem anni apud eos trāsierant, in quibus nullus Episcoporum illic fuerat tali officio passus occupari.

V. *Carolus Rex Franciæ cognatum suum Regis Bohemiæ filium confirmari curat.*

IOannes Bohemorum Rex Venceslaum filium in Galliā ad Regē Carolum, suum ex sorore Maria nepotē, ann. ætatis vij. misit, vt à pueris statim Gallicis moribus imbueretur. Carolus approbata indole cognati pueri, cōfirmari illum à Præsule ritu solēni, ac nomen suū ferre iussit, ergaq; illū eo modo affectus fuit, quo pater erga filium. *Dubrav. li 20 hist. Bohemic.*

VI. *Nouatus, quod nō fuisset confirmatus, ab Ecclesia Catholica excidit.*

QVum Nouatus ab exorcistis de fide instrueretur, morbo graui cor reptus est: cumq; iam in expectatione mortis esset, aquam petijt, qua in ipso lecto ita vt decumbebat, perfusus, baptizatus est: siquidē rinctionem huiusmodi baptismum vocare licet. Sed enim ille postea reliquis Ecclesiæ symbolis, atq; cæremonijs, quibus ad eum modum tincti iuxta ecclesiæ sanctiones vti solent, minimè dignus est habitus: Neque cum conualuisset, signaculum (Confirmationem hoc nunc vocamus) ab Episcopo deinde recepit. Porro cum mystica huiusmodi symbola non sit sortitus, quomodo Spiritum sanctum est assequutus? Vnde ipse, persecutionis tempore metu debilitatus, & nimia cupiditate adductus, se presbyterum esse denegauit. *Ex Euse. li. 6. hist. Eccl. c. 35. Niceph. li. 6. c. 3.* *Confirmationis defectus labendi periculū adfert.*

VII. *Quanto pietatis affectu Iaponij suscipiant Confirmationis Sacrm.*

CVm Aloysius Episcopus Iaponiæ Naugasachium venisset, illius genus *F. Lau. Hayus*

In Iaponicu an. 1603 sacramēti Cōfirmare nū fru- ctus.

t[illegible]s pietatem auxit mirificè qui vitę in- n[illegible] & cæremonijs Pōtificijs, quas [illegible] magna cum celebritate [illegible] magnam Christianę Religio- n[illegible] illos auctoritatē attu- [illegible]mationis Sacrm acceperunt t[illegible]tiani 8000. numero: quibus e[illegible]ata Sacri necessitas cum vti- l[illegible] quæ ab eo manat & ijs, quæ ho- [illegible] Christiano sunt necessaria, vt ex e[illegible]tione v[illegible]res fructus capian- t[illegible]. Hinc factum, vt Iaponij tanto cū p[illegible] hoc Sacramētum adie- [illegible], vt Reuerendiss. Episcopus non v[illegible] admiratione afficeretur. Sæ- p[illegible] dixit, se cum in Lusitania, [illegible] in India & China, Christianos sacro Chrismate confirmasse: at nus- quam reperisse gentem, quæ tantam præ se ferret pietatem, quantam in Iaponijs deprehendebat.

TIT. II. De Confirmationis ministro.

Ex Amphiloch. in vita S. Basilij. Chrismate inungitur Basilius ab Episc.

EXEMP. I. *Chrismate inungitur ab Episcopo D. Basilius cum Eubulo.*

AMphilochius Iconiēsis Episcopus in vita B. Basilij Magni: Admira- tus quoq; Maximus Episcopus Basilij in Deum dilectionem orāsq; vestiuit eum resurrectionis Christi indumen- to. Baptizauit autem & Eubulum, at- que vngens eos sancto Chrismate tra didit illis viuificam communionem.

Aloys. Lip. to. 4. et Sur. 16 Ian. Vsu. ar. in martyr. Febr. 2. Ado in martyr. 4. Non. Febr.

II. *Marcello Papæ Apronianum sa- cro Chrismate confirmandum offert Sisinnius Diaconus.*

CVm Romæ sub persecutione Ma- ximiani Imperatoris, Aproniano præsētasset adspectibus Laodicij Præ- fecti beatum Sisinnium Diaconum eductum de carcere, (erat enim Com- mentariensis) & subito factam lucem de cœlo vidisset, vocemq; vna cum Si- sinnio Diacono de cœlo factum audi- uisset: Venite benedicti patris mei, percipite regnum, quod vobis para- tum est, & reliqua: tremefactus ceci- dit ad pedes Sisinnij dicens: Adiuro te per Christum, quem confiteris, ne tardes me baptizare, faciasq; me per- tingere tecum ad coronam. Quem beatus Sisinnius baptizatum ad con- signandum sacro Chrismate Marcel- lo Papæ obtulit. Quo Præses compert- to, iussit eum capitalem subire senten tiam. Perductus itaque via Salaria, miliario secundo, capite truncatus martyr, victorque decessit.

Chrismate Episc. cōsignat baptizatos.

III. *S. Bonifacius Archiepiscopus ministrans Confirmationem truci- datur.*

In vita eius apud Sur. 5 Iun. tō. 3. lib. 3. c. 20.

S. Bonifacius, Archiepisc. Moganti- nus, & Germanorum Apostolus, cum Frisiam percurreret, & ad Bor- tuam fluuium peruenisset, ibi suis sti- patus comitibus hæsit, vt baptizaturū aduentum Confirmationis dandę gra tia sustineret. Atqui vt filij à patre ex- pectabantur, indigni gratia Spiritus sancti, quæ per Sacramentum offerē- da erat, ex amicis hostes ex neophytis lictores effecti, dum vir Dei salutiferæ exhortationis verba profert, in eum inuolant, & cruentis manibus barba- ra quadam feritate trucidant.

S. Bonifacius cū suis trucidatur.

IIII. *Chrismate vngere in fronte ba- ptizatos aliquando indultum pres- byteris.*

D Greg. li 4. epist. 33. & l. 3 ep 9. & apud Bar. to 8. an. 594.

GRegorius Magnus cum ann. 594. vetuisset Presbyteros, baptizatos infantes signare sacro in frontib. chris mate: idque secundum veterem vsum Ecclesiæ Romanæ, & audisset aliquos inde cōtristari: Si omnino, inquit, hac de re aliqui contristantur, vbi Episco- pi desunt, vt presbyteri etiam in fron- tibus baptizatos chrismate tangere debeant concedimus. Ex quo nonnul- li post offensi alienum prorsus à Pon- tificia auctoritate dixerunt, quasi in eo errasset Gregorius. Quod postea in Concilijs definitum est, Confirmatio- nis videlicet ministrum ordinarium esse Episcopum, Presbytero etiam ex- traordinariē necessitate vrgente à Pa pa id committi posse.

Presbyteris cōcessū Chrismate in fronte.

TIT. III.

TIT. III. De Confirmationis effe-ctibus spiritalibus.

Ex Act. Apo. c. 4

Actor. c. 4. scribitur:] *Cũ audissent Apostoli, qui erant Hierosolymis, quod recepisset Samaria verbum Dei, miserunt ad eos Petrum & Ioannem. Qui cum venissent, orauerunt pro ipsis, vt acciperent Spiritumsanctum: nondum enim in quenquam illorum venerat, sed baptizati tantum erant in nomine Domini Iesu. Tunc imponebant manus super illos, et accipiebant Spũmsanctũ.*

Act. c. 19

Mirabilem huius Sacramenti virtutem ostendit Paulus, qui manuũ impositione Spiritumsanctum, & prophetici spiritus, linguarumque dignitatem duodecim viris contulit. Adueniens quippe Ephesum inuenit quosdam discipulos, qui solum Ioãnis baptismum susceperant: à quibus cum quæsisset, an Spiritum sanctum accepissent credentes, illique respondissent, se, nec si Spiritussanctus esset, audiuisse, iussit eos in Christi nomine baptizari. Cumq; post baptismum manus illis imposuisset, venit Spiritussanctus super eos: & loquebantur linguis, & prophetabant. Quid mirabilius, quã hæc tanta cœlestiũ donorũ effusio tã facili negatio exhibita?

EXEM. I. *Veritas fidei, & virtus Christiani confirmati miraculo elucescit.*

Gr. Tur. l. 1 d gl. mart. c. 41. Gre. Naz. Orat. 3. in Iul. Apo. et Prud. ĩ Apoth. aduersus Iudaeos.

MAgna est dignitas nominis Christiani, si illa, quæ confitetur fide, opere prosequatur; Nã sicut ait Apostolus; [Fides sine operib⁹ mortua est] in semetipsa. Sicut enim filios Abrahã non carnalis natiuitas, sed fides facit: Ita & Christianos veros non solum nominis gratia, sed opera præstant. Per hoc enim nomen illuminantur tenebræ, serpentes fugiunt, idola prosternuntur, cessat Ariolus, tabescit sortilegus, cultores dæmonum propelluntur, sicut Prudentius noster in libro cõtra Iudæos meminit; Quod procedens Imperator ad immolationem fœtidã dæmoniorum, adoratis dijs, atq; corã sigillis prostratus, expectabat sacerdotes simulacrorum mactãtes, turbas pecudum, quorum frons reuincta lauro securibus cædebatur. Cumque senex cruentis manibus internorum tractaret viscerũ partes, iecinoris fibras, atq; inter præcordia, & exta animaliũ inuestigare aliquid tentaret diuinũ, turbata omnia cernit, nec ea quæ cupiebat scire, poterat certus agnoscere. Exclamauit turbatus & ait: Heu, heu, nescio, quid hic agitur quod dijs nostris cõtrariũ esse putatur: video enim deos nostros à longè discedere: nec de preparatis sacrificijs aliqua prælibare. Est hic, vt res ipsa docet, de officijs quo rumpiam Deorum, qui nobis aduersari sunt soliti. Et mirum, si adhuc fugam nõ aliqui de cultoribus Dei Christi, quẽ crucifixum adserunt, Deos nostros impellant: thuribula thymiamatis refrigescũt, aræ tepescit ignis: & ipsum quoq; ferrum iniectum victimis hebetari cõspicitur. Require nunc sacratissime Auguste, quis adstet ablut⁹, balsamo vnctus, & abscedat protinus, vt accedant dij, quos inuocamus. Et hæc dicens, ac si ipsum cerneret de his Christum vltorem, procidens ad terrã exanimis, offensa proclamat numina. Tunc & ipse Imperator deposito diademate, ait: Quis est hic numinib⁹ nostris contrarius, ac religionis Christianæ socius, qui frontem chrismatis inscriptione signatam ferat, lignumque crucis adoret? ne moretur edicere. Tũc vnus de armigeris Augusti in medio positus, proiecit arma solo, & ait: Ego sũ, cuius Deus Christus est, & qui eius baptismo ablutus, & cruce redemptus sum, qui semper eius nomen inuocabam, dũ sacerdotes vestri dæmonijs hæc quæ sunt adposita, consecrarent. Eius nomẽ fugiunt dij vestri, nec possunt in loco isto stare, vbi tantæ maiestatis nomen fuerit inuocatum. Hæc dicente puero, obstupefactus Imperator & tremens, reliquit templum dæmonio-

Irritantur artes magicæ hominis chrismate firmati præsentia.

moniorum, tantusq; omnes adstantes Dei timor accendit, vt nullus Augustũ ad palatium sequeretur, sed cuncti ere ctis ad cœlum palmis & oculis, Dominum Christum vno ore, vno consensu laudabant, atq; vt eisdem adiutor existeret voce supplici inuocabant.

II. *Fugantur dæmones per præsentiam hominis Christiani sacro chrismate vncti.*

Lactant. lib.4 de vera sap. cap. 27.

SImile huic refert Lactãtius Firmianus lib.4. de vera sapientia, à multis Imperatoribus ideo Christianos variis suppliciis cruciatos, quod cum forent vincti, ac frontem signatam gererent, in causa essent, ne dæmones responsa darent, & in extis nulla signa apparerent. Eius autẽ verba sunt hæc: Cum diis, inquit, suis immolant, si assi stat aliquis signatam frontem gerens, sacra nullo modo litant: nec responsa potest consultus reddere vates: Et hæc sæpe causa præcipua iustitiam persequẽdi malis Regibus fuit. Cum enim quidam nostrorum sacrificantibus Dominis adsisterent, imposito frontibus signo, Deos illorum fugauerunt, ne possent in visceribus hostiarum futura depingere, &c.

Cõfirmati christiani dec. rum oracula muta red. dunt.

III. *Dæmonis artes dissipat Sacramentum confirmationis.*

Ex li. 1. Apũ Th Cantipr. c. 57 p. 32.

DE bubulco cæco venerabilis Bonifacius quondam Lausanensis Episcopus, me audiente tale quid recitauit: Erat in villa quadã cæcus quidam, qui vaccas totius villæ in pascuis custodiebat, repellebat à frugibus, & ad certa loca pascuis vberiora ducebat: & quod maioris erat prodigij, colores & statum singularum vaccarum specialiter discernebat: verbi gratia, vt si vaccam coloris talis ab eo petiuisses, sine difficultate vaccam talem tibi apprehensam cornibus obtulisset. Ad locum autem cum quidam Episcopus aduenisset, & de cæco audisset talia, & probasset, quæsiuit ab illo, si Confirmationis sacramentum ab Episcopo susceptisset? Et ille: Non, inquit. Nec mora, Episcopus confessum confirmauit cæcum, et mox ab eo vaccarum discretio est sublata, quoniam dæmonum operatione & ministerio hoc fiebat.

Confir. sacr. dæmonis illusiones dissipantur.

TIT. IIII. De effectibus corporalibus Confirmationis.

EXEMP. I. *Puer cæcus per Confirmationis Sacramentum sanatur.*

SAnctus Rembertus secundus Bremensis Ecclesiæ Archiepiscopus, qui viuebat ante annos circiter octingentos, cum in Suediam profectus esset, & ibi pontificiali more sacro Chrismate cæcum inunxisset, visum luminis illi reddidit.

apud Su. i vita S. Rẽberti. 4.Fe.t.1. Sac. chrismate oculorum vsus redditur.

II. *De alio puero à natiuitate cæco, & Confirmationis virtute sanato.*

QVodam Paschali tempore cum sacro chrismate populum beatus Faro Meldensis Episcopus confirmaret, quidã puer cæcus inter alios accessit: qui vbi Chrismate vnctus est, lumen cœli, quod nunquam antea viderat, iucundissimus aspexit, simulq; sancti Spiritus gratiam ex Confirmatione secum reportauit.

In vita eius apud Sur to. 5. Octo 28. c.6 Vic. in hist. Sacramẽtalis Cõfirmationis vis quanta.

III. *S. Malchus Episcopus sacro Chrismate lunaticum curat.*

SAnctus Malchus D. Bernardi præceptor, è Monasterio Vuintoniensi, vbi in habitu, & proposito monachali conuersatus fuerat, ad Episcopatum in Lesmor ciuitatẽ Mumoniæ assumptus, puerum mente captum ex his, quos lunaticos vocant, inter confirmandum sacra vnctione sanauit.

D Bern. i vita S. Malch. cap.5. & Sur.5.to. 6.Nou.5 & 5. Sacramento chrismatis mẽtis vsus restituitur.

De Sacramento Eucharistiæ.

Eucharistia est Sacramentum, quo verum Christi corpus, & sanguis sub speciebus panis et vini, vt à nobis adoretur, offeratur, atque sumatur, relictũ. P. Petrus Canis.

Eucharistia qd?

TIT. I.

TIT. I. De materia & forma Euchar.

EXEMP. I. *De hostia ter ab altari diuinitus reiecta, quod cimice esset contaminata, & ideo tremendis mysterijs inepta.*

Cesarius Heisterbachensis, q vixit ann. 1202. l. 9 Dial. c 65. & citatur à Ioan. Garetio li de Eucha. centenario 13 B e demb.

CIrca hoc biennium, inquit Cæsarius, iuxta Coloniam in villa, quę Belle vocatur, gestum est, quod dico: Die quadam cum sacerdos Missam celebraret, & dicto Euangelio hostiam patenæ superpositam super corporale collocasset, illa mox resiliuit. Putans hoc sacerdos casu accidisse, neque hostiam bene locatam, denuo tandem superposuit, quæ remotius eo intuente resiliuit, quam prius: cumque tertio id tentasset, quasi turbine impulsa, proiecta est de altari. Quo viso territus est valde, & præcepit scholari, vt eadem hostia reseruata, aliam supponeret, q̃ & consecrauit. Dicta vero Missa, tollēs secum hostiam prædictam Coloniam properanit, hostiam ostendit, quid de ea actum sit, recitauit. Cunctis causam mirantibus, vnus clericorum hostiam contra lucem leuans, maculam in ea contemplatus est: quam cum in conspectu multorum fregisset, cimex, qui vulgo pediculus parietinus dicitur, apparuit ea decoctus. Et glorificauerunt Dominum omnes qui aderant: haud dubium quin à sanctis Angelis reiecta est, qui nō sunt passi, vt panis tā fętido vermiculo corruptus, per ministerium sacerdotis transiret in corpus Dñi sui.

II. *De Osuualdo Mulser miraculose represso, quod Sacerdotum, non laicorum hostia vti vellet in cōione.*

Ex tabula aenea ? templo pagi Seuel. Til. Bred. li. 1. Coll sac c. 55 an. 1384

ANno à Natiuitate Domini 1384. quidam dictus Osuualdus Mulser, ex nobili ortus prosapia, in templo pagi Seueld, non procul ab Oeniponto in finibus Comitatus Tirolis, & ibidem in castro vulgariter Schlosperg nuncupato residens, tempore Paschali, quo Christi fideles ex præcepto ecclesiæ ad communionem Eucharistiæ accedere solent, maiori hostia, & non vt cæteri laici cōmunicare nitebatur. Ex timore itaque huic Sacerdos perniciose assentiri volebat. Sed dum venerabile Sacramentum supra linguā antedicti Osuualdi poneretur, ecce miraculose ante altare terra se aperit, ac si ipsum Osuualdum prorsus deglutire vellet: & in illam vsque ad genua cecidit: Ille vero manibus latus altaris apprehendit: sed altare isthic toti instar ceræ mollescere cœpit, manibusq; cessit. Osvvaldus præsentem Dei vindictā præsentiens mox pœnitentia ducitur, veniam à Deo precatur: Cumq; hostiam deglutire non posset, Deo id non permittente sacerdos eam in sacrarium reponit: quæ etiamnum hodie isthic sanguineo colore diuinitus tincta, & ex linguæ saliua nonnihil cōtracta conspicitur. Vbi etiam iam inde ad nostra vsque tempora plurima fiūt miracula. Ego Tilm. Bredembachius ex vrbe in Germaniam reuersurus, monitus à R.D. Martino Eisengreinio, vt ad locum istum diuerterem, altare ipsum, & in eo manus Osuualdi vestigia vidi & contrectaui: ac iuxta illud terræ hiatum, quo absorberi cęperat, modo ferreis cancellis obtectum: deniq; ipsam hostiam, & castrum, in quo vixit, conspexi. Porro Osuualdus iste sic diuinitus correptus in molestam incidit ægritudinem, pœnitentiaq; agēs, & confessus, aliquanto superuixit tempore, demū mortuus in Dño. Errorem vero huius Osuualdi iā olim ante multa sæcula cōfutauit Eusebius Emissenus: Eucharistiæ sacræ pceptio, inquit, non in quantitate, sed in virtute consistit. Quod corpus, sacerdote dispensante, tm̄ est in exiguo, quantum esse constat in toto: quod cum Ecclesia fideliū sumit, sicut plenum in vniuersis: ita integrum esse probatur in singulis, &c.

Osuualdi error refutatur.

Hom. 5. de pasc.

III. *Euchar. Sacr̄m cur sub specie panis potius quam sub alia institutum.*

Io. Vigu. Granat. in Insti. c 16 §. 3. ver. 7.

LEgimus quod Hugoni de S. Victore apparuit Christus in specie pueri, quem cum diu cōtemplatus fuisset, dixit

dixit illi Christus: Manduca & recipe me. At ille sanctus orauit, vt sub velamine specierum poneretur, quia non habebat animum sub tali figura recipiendi illum: Esset etiam in horrorem paganorum, si carnes comederemus, et cruorem occisi hominis biberemus.

IIII. *Eandem hostiam bis non esse consecrandam miraculo declaratur.*

Sophron. Prat. spirit. c. 25.

FRater quidam erat in cœnobio Cuziba, vt nobis Abbas Gregorius Scholasticus retulit, qui sanctæ oblationis verba, ritumq; didicerat. Die ergo quadam missus vt benedictiones ferret cũ iam rediret ad monasteriũ, verba sanctæ oblationis, quasi versus aliquos caneret, dixit: Easdẽ vero benedictiones imposuerunt Diaconi sancto altari. Quas cum Abbas Ioannes Presbyter offerret, qui postea Cesareę Palestinæ Episcopus fuit, non vidit, vt solitus erat, S. Spiritus aduentum: contristatusq; valde, & cogitans, ne quid forte peccasset in mente, atq; ideo se Spiritussãctus auertisset, ingressus est sacrarium plorans, corruitq; in faciẽ suam. Apparuit autem ei Angelus Domini, dicens: Q̃m frater ille, qui oblationes attulit, verba sanctæ oblationis in via dixit, sanctificatæ iam ac perfectæ sunt. Ex tunc igitur statuit senior, vt nullus deinceps addisceret sanctæ oblationis verba, nisi qui ordinatus ad hoc esset, neq; passim ea q̃spiã diceret.

Missa olĩ Patres spiritus S. aduentũ signo aliquo cognoscebant. Notabo non nisi ex peculiari Dei priuilegio accidisse cũ ille non esset sacerdos.

V. *Pastores ouium verba consecrationis temere proferentes igne cœlesti consumuntur.*

Indu'us Clich o. uens l. 3. Èlucidatij Ecclesiast.

FErunt, cum olim alta voce proferretur Canon, omnes fere per assiduum vsum illum memoria tenuisse, atq; in vicis & cõpitis publicè decantare solitos esse: vnde cum quidam pastores quodam ausu temerario, pane super lapidẽ posito in agro verba consecrationis hostiæ ꝓtulissent, ipsi mox igne cœlitus in eos demisso, diuino iudicio sunt absumpti, vt per hanc punitionis seueritatẽ ceteris essent exemplo, ne vnquam tale quippiam attentarent, neque diuinis abuterentur mysterijs ad iocum vel ludibrium. Quod ipsum quoque attestatur Michael Buchingerus Colmariensis in suo Tyrocinio de sacri altaris mysterio.

VI. *De rustico per ludibrium panem consecrante in promptu ob id subitanea morte extincto.*

IN pago quodam, cui nomen Vetus vicus, rusticus quidam in diuersorio, dum Eucharistiam irridet, subito exanimatus est. Rem sic actam testes docuere. Æditiuus quidam rusticus ꝑferebat scriniolum plenum panibus cõsecrandis, quas hostias vocant: huic comes erat alter rusticus, qui quõdam fuerat Æditiuus. Vbi ventum est ad vicum modo dictum, libuit ibi bibere in diuersorio; petit comes ille ab Æditiuo hostiam dono. Illo cunctante accepit, & incepit, per ludibrium consecrare. Cauponaria videns increpat. Ille; Nihil, inquit, tua refert, abi, apporta vinum. Vbi redit mulier, videt hominẽ collapsum: rogat quid habeat: Respondent ibi potantes in alia mensa: Forsitan habet illum syncipe. Mulier adfert acetũ, admouent, sed frustra, erat planè mortuus. Hæc non est fabula.

Til. Breede. Coll. sacr. l. 1. c. 66.

Formã cõsecrationis ad ludibriũ minime vsurpanda.

VII. *De insulsa interpretatione sacrorum, hoc est corpus meum.*

DE Hulrico Zuuinglio refertur, quod, cum Andreæ Carolstadij eius præceptoris insulsa interpretatio non placeret, quam super illis Domini verbis dabat: [Hoc est corpus meũ] quod. s. hic assidet mensæ; ipse nouam de Eucharistia sectans sententiã, (qua sese in Bataui cuiusdam epistola repetisse fatebatur) interpretabatur, [hoc est,] idest, hoc significat. Quod prodigiosum commentum exemplis è scriptura petitis, cum nec sibi nec audientibus persuadere posset, narrat, sibi in somno visum adesse monitorem (ater fuerit, an albus, inquit, in subsidio de Eucharistia, nihil memini) q̃ diceret:

Til. Hes hus⁹ cõtra Caluinũ & Bezã, et P. Io. Dauid Occasione schem. 9 c. 3.

Quin

Quin ignaue, reſpōdens quod ſcribitur Exodi 12. Eſt enim Phaſe, hoc eſt tranſitus. Sic ſpiritu nocturno erroris cum digna ſui eluſione inhærent, qui ſpiritui claræ veritatis & veræ fidei nuntium remiſerunt.

VIII. *Formam ſacrificij ab Eccleſia Romana poſtulant Armeni.*

Otto Epiſcop. Friſingenſ. li. 1. hiſ. c. 32. a pud Bar. tom 12. an 1145. 23. 24. Io Gar. Cent. 12

ANno 1145. cum Eugenius Papa Viterbij conſiſteret, Orientales ex Armenia atq; Syria Legati ad eum venerūt, prout Otto, qui præſens aderat, fideliſſime ſcripſit: ea, inquit, tempeſtate Legati Armeniorum Epōrū, eorumque Metropolitani, quem ipſi Catholicon, ideſt, vniuerſalem, propter infinitum, i. amplius quam mille Epiſcoporum ſub ſe habentem numerum vocant. Legati ab vltimo pœne Oriente, ſummum Pontificem Viterbij, laborioſum iter per annum & ſex menſes complentes, adeunt: eique ex parte illius Eccleſię, ſubiectionem omnimodam eum conſalutando offerentes, cauſas viæ nobis cum alijs multis præſentibus apud veterem Aulā aperiunt, quæ tales erant. Inter ipſos & Græcos quædam de ritu ſacrificij habitudo eſt in quibuſdam, in alijs vero diſcrepantia. Ponunt enim fermentatum panem ſicut iſti: aquam aūt vino non admiſcent, ſicut nos & illi. Præterea Natiuitatem Dñi Epiphaniæ continuātes, duas illas feſtiuitates vnam faciunt. Pro his & alijs dum inter ſe diſſentirent, romanam Eccleſiam iudicem eligentes, conſultum veniunt, formamque ſacrificij iuxta conſuetudinem eius ſibi tradi depoſcunt. Quos Romanus Antiſtes gratanter ſuſcipiens, miſſarum ſolemnijs ac ſacrificijs ſecretis adhibuit, diligenterq; ea quæ fiebant ibidem, eos adimaduertere monuit. Quod dum facerent, intentique ſacro altari aſtarent, vnus ex eis Pontificali dignitate præditus, ſicut poſtmodum in plena Curia retulit, in B. Martini octaua, quando dedicatio Eccleſiæ celebrari ſolet, ſummo Pōtifice diuina myſteria agente, ſplendido fulgore, radiū ſolis ſuper caput eius coruſcare, & in ipſo duas columbas aſcendentes & deſcendētes vidit. Cumq; diligentius hac illacq; oculos circumferret, nullumque aditum, per quem lux illa transfunderetur, inueniret, deificum hoc eſſe cognoſcens, ac ad obedientiam romanæ Sedis amplius accenſus, cunctis, quæ viderat, aperuit. At venerabilis Pater nō ſuis hoc meritis attribuens, ipſius potius fide cœlitus hoc ſibi monſtratum affirmabat: vt videlicet Eccleſia, à qua ipſe miſſus fuerat, Sacramentorum virtutem veritatis luce perfuſam cognoſceret, ac deinceps quaſi ea reuerētia & forma tractare deberet, addiſceret.

Eccleſia Roman. iudex cōtrouerſiarum.

Sacrificij ritus in Eccleſia Romana miraculo claruit.

IX. *Quomodo ſpecies panis & vini tranſeunt in corpus & ſanguinem Chriſti, Iudæus inſtruitur.*

Io. Gare tius l. li. de Veritate corporis Chriſti ī Euchar. Cēntur. 13.

ALiquando forte proficiſcebatur S. Samonas Epiſcopus Gazenſis Emeſam cum multis alijs, & familiari colloquio de varijs atq; diuerſis rebus vtentes, quod eos in itinere conſolabatur, vltra quam decuit in ſermone progreſſi ſunt. Ex quorum numero vir quidam doctus atque facundus, genere Saracenus, ad narrationē myſteriorum cōuerſus, Samonam interrogauit his verbis: Heus, Epiſcope, ex te audire velim, quamobrem vos Sacerdotes Chriſtianis illuditis, dum panem ex farina coctum eis minutim partientes, corpuſq; Chriſti nominantes, remiſſionem peccatorum fieri ijs qui eum recipiunt, confirmatis. Vobiſne ipſis illuditis, an ijs, in quos habetis imperium? Samonas: Quid narras: paniſne, Dei corpus efficitur: Saracen. In vtram partem contradictionis reſpondeam, mihi incertum eſt. Samon. Tantumne quantus es, te genuit mater tua: Saracen. Minime. Sā. Sed quātum: Saracen. Paruulum. Samon. Quis te in magnitudinem ita produxit: Saracen. Alimentum Deo ita annuente. Samō. Ergo panis tibi in corpus cōuerſus

fus eſt: Sarac. Ita prorſus exiſtimo: Samon. Quo tandem pacto panis tibi cõuerſus eſt in corpus? Saracen. Haud quidem ſcio. Samon. Per guttur cibus & potus in ventriculum dimittuntur, tanquam in ollam aliquam. Sed cum hepar calidum adiaceat ſtomacho, coquitur alimentum, & in chylum cõuertitur: quodq; craſſum eſt, deorſum abit: quod autem tenue, in chylum mutatum innatat. At vero cum iecur ſit calidum, molle, & laxum, ad ſe attrahit, & in ſanguinem conuertit: nec non vniuerſum corpus per venas, veluti per canales irrigat, alimentum in chylum conuerſum in ventriculo diſtribuens, in ipſoq; in ſanguinem conuerſum, ſingulis membris commutatum, cuiuſmodi eſt illud: Oſſibus os, medullæ medullam, neruis neruum, oculis oculos, capillis capillum, cuti cutem, vnguibus vnguem: atq; ita fit infantis incrementum in virum, pane ei in corpus mutato, & potione in ſanguinem. Saracen. Vera memoras. Samon. Eodem etiam pacto intelligas fieri noſtrum myſterium. Sacerdos .n. panem ſuper menſam ſanctam deponit, pariter & vinum: & comprecãdo, inuocatione ſancta Spiritus ſanctus deſcẽdit, & ſuperuenit in ea quæ ſunt propoſita, & igne ſuæ diuinitatis in corpus & ſanguinem Christi panem & vinum commutat, non minus quã iecur alimentum in corpus cuiuſdam hominis. An non, amabo, concedis poſſe ſacroſanctum Dei Spiritum idem præſtare, quod tuum iecur? Sarac. Cõcedo. Samon. Hoc igitur corpus & ſanguinem aſſumimus in remiſſionẽ peccatorum, & in vitam æternam; Dño noſtro ita dicente; [Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem habet vitam æternam.] Saracen. At vero cum Chriſtus hoc diſcipulis ſuis tradidit, non multas precationes effudit, neq; ſic vos admonuit dicere: quo igitur vos non ita facitis imo precibus multis vobis opus eſt. Samon. Chriſtus quatenus Deus Dñs erat ſui corporis & animæ, vt ipſe ait: [Poteſtatem habeo dandi animam meam & rurſum accipiendi eam.] Cum igitur ipſe natura eſſet Deus, illico tunc panem illum ſua potentia diuina & gratia ſanctificauit. [Hoc eſt corpus meum,] dicens, habens Patrem & Spiritum ſanctum in ſemetipſo: ſicq; panem in corpus proprium cõuertit, nec alio quopiam ſe præſtantiore opus habuit, qui ſanctificaret panem: Nam quod inferius eſt, benedicitur à ſuperiore: Siquidem ipſe Chriſtus cũ non ſit inferior Patre & Spiritu ſancto, ſua potentia quidquid vellet efficiebat. Sacerdos autem, qui eſt apud nos, etſi Chriſti typum gerat, tñ homo eſt, omnino obnoxius peccatis & obuinctus: nemo enim expers peccati; vt diuinus ſermo habet, licet vnius horæ ſit vita eius, niſi ſolus Deus, propterea indiget multis precibus, & proinde quidẽ pro ignorantijs proprijs, deinde pro peccatis populi, vt ait Apoſtolus, Quocirca & oĩs populus aſtans extra aditũ, cum Sacerdote cõprecatur, eumq; adiuuat. Sacerdos igitur Deum Patrẽ orat, ne quid intercedat impedimenti, quo minus ſacroſanctus Spiritus adueniat: ſed rurſus demittat Spiritũ diuinum, ſacræ huius operationis initiatorem atq. ſanctificatorem, qui nullo non loco præſens eſt, per quem omnia, quæ in cęlo & in terra ſancta dñr, participatione eius ſanctificantis gratiæ ſanctificantur, vt propoſitum panem & calicẽ in ſacrificium perficiat: & ea commutet in illud ipſum Dominicum corpus & ſanguinem Chriſti. Saracen. Hæccine cõicatio et ſacrificiũ corporis & ſanguinis Chriſti, quod offertis ſacerdotes, verumne eſt Chriſti corpus & ſanguis verus, an exemplar corporis eius, perinde atq; ſacrificium hirci, quod Iudæi offerunt? Samon. Abſit nos appellemus exemplar corporis Chriſti, ſanctam cõionem, aut panem nudum, aut figuram, aut imaginem: quinimo corpus ipſum reuera, & ſanguinem Chriſti Dei noſtri conuerſum

Quo natura panis tranſeat in naturã corpoream.

Trãſſubſtantiatio panis in corpus Chriſti. Ioan. 6.

Forma Euchariſtiæ.

Preces multæ cur ſacrificio Miſſæ addantur.

ſum

ſum aſſumimus; qui incarnatus,& genitus eſt ex ſancta Dei Genitrice,ſemperq; Virgine Maria. Sic enim credimus,& ita profitemur iuxta vocem ipſius Chriſti,quam ad diſcipulos in cęna illa myſtica tradens eis panem viuificantem,pronunciabat; [Accipite,comedite hoc eſt corpus meum.] Similiter & calicem eis,tradẽs inquit, [Hic eſt ſanguis meus.] Non dixit: hoc eſt exemplar mei corporis & ſanguinis, aut imago. Et in plerisq; aliis locis conſtat Chriſtum dixiſſe. [Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem,habet vitam ęternam.] Cęterum ipſemet Chriſtus teſtificatur, corpus ſuum eſſe revera,& ſanguinẽ,id quod nos fideles offerẽdo aſſumimus, quid amplius eſt opus de hac re dubitate ſi Deum, & Filium Dei ipſum eſſe credimus? Si enim ex nihilo mundum condidit,& verbum eius verum eſt,viuũ, efficax,atq; omnipotens,& quæcunq; voluit Dñs fecit omnia, nonne poteſt panem in ſuum ipſius corpus mutare, & aquę & vini commiſtionem in proprium ſanguinem? Nam quemadmodum initio dixit:Germinet terra herbam virentem,vſq.in hodiernũ diem, eo pluuiam mittente terra germinat herbas, quæ Dei auxilio protegitur, eiuſq; iuſſu id præſtare cogitur:Ita locutus eſt Deus, [Hoc eſt corpus meũ: &, hic eſt ſanguis meus, & hoc facite in meam commemorationem:]idque omnipotentis mandato vſq; ad ſecundum eius aduentum fit diuina inſpiratione & acceſſu Spiritus ſancti Saracen. Sed quare Chriſtus ſub ſpecie panis,vini & aquæ abditum ſuum corpus & ſanguinem potius ad ſumendũ tradidit,quã ſub alia materia: Samon. Demittẽte enim ſe Deo per ipſius inenarrabilem prouidentiam,condonationem, & erga nos dignationem factum eſt, vt per ea quæ nobis vſu ad edendum et bibendũ familiaria ſunt, tranſeamus,& ad ea ſuſtollamur,quæ noſtram exuperant naturam,i.ad myſteria diuina. Quin etiam inter alios omnes cibos panis ſibi primum locum vendicauit. Itidem & inter potiones aqua & vinum primas tenent.His igitur, pane inquam,vino, & aqua nobis aſſuefactis, Dñs coniuncta ſua diuinitate, virtute ſui verbi,qua omnia vt eſſent, ex nihilo produxit, in proprium ſuum corpus & ſanguinẽ ea transfert. Verumtamen panis & vinũ aſſumunt & apparent, Adhæc exteræ quoq; nationes condemnaſſent nos voracitatis carnis humanæ,dicentes nos more ferarum ſanguinem bibere, & crudam carnem vorare: quæ propter incredulitatem,ſolum panẽ & vinum intuentur: ſed fideles corpus Chriſti, & ſanguinem ex incontaminato eius latere effuſum. Saracen. Non dubiũ eſt,quin omnibus modis recte prædiceſ & recenſeas myſteria fidei Chriſtianæ; verum de hac re ambigere quis poſſet, quo pacto, cum ſit vnus Deus & verũ corpus Chriſti, in infinita corpora & partes diuidat. Multi ſunt ergo Chriſti,ea quæ diuiduntur,an vnus?aut in ſingulis partibus vnus & idem ſaluus & integer? Samon. His exemplis quæ ſub ſenſum & materiam cadunt, declaramus ea, quæ carent materia, & quæ ſupra naturam ſunt. Audiat igitur quiſpiam hoc exemplum,& intelligat vim verbi quæ in eo abdita eſt. Ponamus ita eſſe: Quiſpiam habens ſpeculum alliſit terrę,et in multa fragmenta comminuit, in ſingulis tñ fragmentis, vmbram ſui quis videre poſſit: ſic intelligat oportet ex hac vmbra, carnem Chriſti eſſe ſaluam atque integram in vnoquoque fruſto, quocumq; tempore, quoties & vbicumq; frangatur. Rurſus tibi aliud exemplũ aſſume: Omne verbum, quod homo proferendo emittit,& qui loquitur ipſum audit atq; intelligit,& qui circũſtant, etſi multi ſint qui audiunt,nos tamen diuiſum,ſed integrũ audiunt: eodem modo affirmandum eſt in corpore Chriſti. Illud ſacroſanctum corpus Chriſti aſſidens Patri, apud eum manet, quin etiam panis conſecratus

Io.6.

Panis et vinũ Spiritus ſancti aduẽtu corpº et ſãgu s Chriſti efficitur

Exẽplis naturalib. oſtenditur di uina Euchariſt. ſingulas particulas integrũ Chriſti corpº eſſe.

per Sacerdotem, in verum Christi corpus transformatus potẽtia diuina per accessum sacrosancti Spiritus, licet diuidatur, tñ integrum & saluũ in vnoquoq; frusto habetur, vt ẽt oratio eius qui loquitur, omnibus qui audiũt, integra, nec diuisa auditur. Ita ijs exemplis, quæ sub aspectum & sensum cadunt, peruicaces, nimiumq; curiosos ad intelligenda Dei mysteria, quæ supra naturam, rationem & intelligentiam, & supra nos sunt, adducimus. Cum igitur panis sanctificatus in partes diuiditur (qui sacrosanctum corpus Christi est) ne existimes, quod particulatim deducatur, aut auellatur, aut more membrorum à se auulsorũ diuidatur incontaminatum illud corpus (nam immortale est, & incorruptibile, & nunquam exhauriri & cõsumi poterit) sed quod partitio ea est accidentium, quæ sub sensum cadunt, dumtaxat post sanctificationem, ad fidei robur, & exhibitionem signi visibilis rerum, quæ permanent, simul & in arrhabonem & in viaticum parandæ nobis vitæ æternæ. Saracen. Digna prorsus sunt hæc admiratione, & paradoxa, Abba pater, & supra naturã, mentẽ, & cogitationem humanã, ineffabilia mysteria fidei Christianorũ.

TIT. II. De vera ac reali præsentia corporis Christi Domini in Eucharistia post consecrationem.

EXEMPL. I. *Sacra Eucharistia sub specie carnis mundæ & cruentæ cuidam de ea dubitanti visa.*

In vita S. Basi ij per Metaph in vita pp. p. 2. lib. de Precu dent. & contem. plat. D. Th. Agnat. opu.

NEmo qui sanctorum vitas & exẽpla legerit, potest ignorare, qđ sæpe corporis Christi, & sanguinis sacramenta aut propter dubios, aut certe propter ardentius amantes, visibili specie in agni vel pueri forma, aut in carnis & sanguinis colore monstrata, vt quod lateret in mysterio, pateret in miraculo. Beato enim Basilio in die Paschæ mysteriũ celebrante, Hebreus quidã se sicut Christianus populo cõmiscuit officij volẽs explorare mysterium. Qui vidit infantẽ partiri in manibus Basilij & communicantibus omnibus, venit ipse, & data ei hostia verẽ caro est facta. Et seruans reliquias abijt in domum suam ostendens vxori suæ, narrans quæ proprijs oculis viderat. Accedens ergo ait: Vere horribile & admirabile est Christianorum sacrum. In crastino venit ad Basilium, & baptizatus est, cũ omni domo sua.

58 de Sacram al tar. cap. 1 circa an. 371. Heb. eus videt te pore Missa infante ĩ manibus S. Basilij.

II. *De Eucharistia in puerulum mutata, itemque in carnem sanguine cruentatam ob cuiusdam perfidiam.*

DIxit Arsenius de quodam sene in Scythi, qui erat magnus in hac vita, simplex autem in fide, et errabat, quia idiota erat, & dicebat, nõ esse naturaliter corpus Christi panem consecratum, quem sumimus, sed figuram eius. Hoc audientes duo senes, illum dicere hunc sermonem, & scientes, q̃a magna esset vita eius & conuersatio, cogitauerunt, quod innocenter & simpliciter hoc diceret: venerũt ad illum & dicũt ei: Audiuimus, Abba, sermonem cuiusdã infidelis, qui dicit: Quia panis, quem in sacra cõione sumimus, non est naturaliter corpus Christi secũdum veritatem, sed figura eius. Senex autem respondit eis: Ego sum, qui illud dixi. Illi autem rogabãt eum dicentes: Non sic credas, Abba, sed sicut Ecclesia Catholica tradit. Nos autem credimus, quia panis ipse corpus Christi est, calix iste sanguis Christi, secundum veritatem, & nõ secundum figuram, sed sicut in principio puluerẽ de terra accipiens plasmauit hominẽ ad imaginem suam, & nemo potest dicere, quia non erat imago Dei, quamuis de terra & puluere fit: ita & panis, quem dixit, quia corpus meũ est, credimus quia secundum veritatem corpus Christi est. Senex autẽ ait eis. Nisi re ipsa cognouero, non mihi satisfacit ratio vestra. Illi vero ei dixerunt: Deprecemur Deum hebdomada hac de mysterio hoc, & credamus, quia Deus reue-

Metaph. in vita Arsenij. Surius. 4. Ex vita SS pp li. de Proui dent. contempl. 2. Io. Gare tius lib. de verit. cor Christi ĩ Euchar. cẽturia 4. Cõtigit circ an. Do 392. Bredeb. li. 1. Col. l. c. c. 30 Th. Bozius de signis Eccl. li. 14. cap. 7.

Fides Catholica & Sacramẽto Eucharist.

Senis cu iusdã er ror circa Euchar.

reuelabit nobis. Senex autem cũ gaudio suscepit sermonem istum: & deprecabatur Deum dicens: Domine tu nosti, quia non ex malitia incredulus sum rei huius, sed quod per ignorantiam errem. Reuela ergo, mihi Domine Iesu Christe, quod verum est. Sed & illi abeuntes in cellas suas rogabãt & ipsi Deum, dicentes: Dñe Iesu Christe, reuela seni isti mysterium hoc, vt credat, & non perdat laborem suum. Exaudiuit Dñs vtrosque, & hebdomada completa venerunt Dñico die in ecclesiam, & sederunt ipsi tres soli super sedile scirpeum, quod in modũ fascis erat ligatum: medius aũt sedebat senex iste. Aperti sunt intellectuales eorum oculi & qñ positi sunt panes in altari, videbatur tribus illis tantummodo tanq̃ paruulus iacens super altare: Et cum extendisset presbyter manus, vt frangeret panem, descendit Angelus de cęlo habens cultrũ in manu, & sacrificauit puerulũ illum: sanguinem vero eius excipiebat calice. Cũ autem frangeret presbyter in parua frusta panem, etiam Angelus incidebat membra illius pueri in modicas partes. Cum vero accessisset senex, vt acciperet sanctam cõionem, data est ipsi soli caro sanguine cruẽtata. Quod cum vidisset, pertimuit, et clamauit dicens: Credo, Dñe, quia panis, qui in altari ponitur, corpus tuum est: & calix sanguis tuus est. Et statim facta est illa caro in manu eius panis secundũ mysteriũ, & ore sumpsit illum agens gratias Deo. Dixerunt autem ei senes illi: Deus nouit humanam naturã, quod non potest vesci carnibus humanis, & propterea transformauit corpus suũ in panem, & sanguinem in vinum.

Panis in altari vt puer paruulus apparet his tribus.

Angelus paruulũ sacrifi- cat, et in partes secat.

III. *Fides Catholica de Euchar. veritate diuino miraculo comprobata.*

Bar. t 6. An. an. 513. 18. ex sophr. prato spi rit. c. 29.

Q Vasi triginta millibus ab Ægina ciuitate Ciliciæ Stylitæ monachi duo erant separati ab inuicem sex millibus passuum. Ex his igitur alter sanctæ Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ cõicabat: alter autem, qui plus temporis in columna egerat, Seuerianæ impietatis erat: varijsq; modis hæreticus Catholicũ criminabatur. Ille vero diuinitus inspiratus petijt ab eo, vt partem sibi mitteret cõionis suæ: Qui gaudio elatus, quod quasi illũ seduxisset, protinus misit, nihil hæsitans. Suscipiens autem Catholicus missam ab hę retico sectatore particulam, in feruentem ollam iniecit, moxq; resoluta est: sumptam quoque Catholicæ Ecclesiæ sanctam communionem in eam coniecit: statimq; feruens olla refrigerata est & sancta communio permansit integra, neque madefacta est: quam & diligenter seruauit, & ostendit nobis, cum ad illum venissemus.

Diuino miraculo probata fid. catholica.

IIII. *Ob incredulitatem mulieris species panis in Eucharist. in carnem mutatur.*

M Atrona quędam B. Gregorio per stationes publicas Missarum solemnia celebranti solitas oblationes obtulerat. Cui post mysteria tradिturus, cum diceret: Corpus Domini nostri Iesu Christi cõseruet animam tuã: lasciua subrisit. Ille autem continuo dexteram ab eius ore conuertens, partem illam Dominici corporis super altare deposuit. Expletis vero Missarũ solemnijs matronam corã populo inquisiuit: quam ob rem corpus Dominicum sumptura ridere pręsumpserit. At illa diu mussitans tandẽ prorupit: Quia panem, inquiens, quem proprijs manibus me fecisse cognouerã, tu corpus Dominicũ perhibebas. Tunc Gregorius, prę incredulitate mulieris, cũ tota plebe se in orationem prostrauit: Et post paululum surgens, particulam panis, quam super altare posuerat, carnem factã reperit. Quam corã cunctis incredulæ matronæ demonstrans, ad credulitatis gratiam tã illam reuocare potuit, quam totum populum confirmare curauit. Rursus itaq; in orationem cum eisdem prostratus carnis frustũ in panis primordia reformauit.

Pau. Diac. in vita Greg. Mag & Io. Dia. in vita eius. l. 2. cap 41. Vic. Belnac. lib. 23 c 30 Bredẽb. 1. Coll. sacr ca. 17 Sur. 2 Marij ann. De 600.

Hostia in carnem cõuersa.

V. *Vuidekindus Saxoniæ Dux videt sub Missa elegantis puerculi speciem in Eucharistia, coque miraculo commotus conuertitur.*

Ex Alb. Crantz. l. 2. Saxo. c. 23 & lib. 1. Metrop. c. 9. Baron. to. 9. ann. Do. 785.

INcessit cupido Principi Saxonum Vuidekindo lustrare Regis Caroli Magni castra: quod etsi palam iam reconciliato liceret, libuit tamen ignoto habitu liberius omnia scrutari. Vicina erat Paschalis solemnitas, & Rex cum vniuerso milite pro Christiana pietate se tum sacris imminētibus apparabat, commemoratione Dominicæ passionis, & expiatione criminum, in purgatione conscientiæ Vuidekindus mēdici habitu per fluuium in nauicula illabitur, & quo minus nosceretur, mēdicus cum mēdicis ad stipem sedebat. Ingens quippe pauperū regionis multitudo quotidie affectabatur. Rex illis largā stipem iussit erogari: Vuidekindus, vbi ad eum peruentum est, dexteram & ipse protendit. Attendit, qui distribuit, incuruum in manu digitum, qualem sciebat habere Vuidekindū. Vultū eius diligentius intuetur: agnoscit a ridēs, qui largiebatur: Quid ita mendicus inter mēdicos sederet Princeps ditissimus, percontatur. Ille nihil ad hæc, sed ad Regem se iubet introduci. Erat tum sanctissimus Paschæ dies. Rex hilariter excepit veniētem, percontatus, quid sibi vellet indignus Principe habitus. Ille sub hæc: Volui, serenissime Rex, hoc habitu incognitus, vt sperabam, lustrare secreta gestorum, quæ cognitus non tam fidenter adspicerem, curiositas induxit, vt latibulum quærerem, qui inter tuos nunc in gratiam susceptus, propalam poteram percōtari, quæ vellem. Quid igitur, inquit, Rex vidisti, quod te vidisse delectat? Ille, vt erat adhuc rerū Christianarum rudis, subintulit: Vidi, quod mirabar, ante biduum te vultu dimisso tristem, incertus quid contigisset, quod tm̄ Regem contristaret. (Cōmemoratio fuit Dominicæ passionis, quæ die parasceues regium vultū obscurasset.) Rursum, inquit, vidi hodierna die te primum solicitum, et ad rem attentissimum: posteaquam vero mēsam adieras templo mediam, ita hilari mihi conspectus es vultu, vt repentinæ in te commutationis me caperet miraculum. Stupor autem erat videre, quod de manu purpurati sacerdotis singuli pulchellum puerum in os susciperent, quem quibusdā ludibundum arridere, vltro properaret, alijs vero abhorrentem auertisse vultum: & tamen in ora demissum, nec redeūtem aspexi. Hoc quid sit, nec dum accipio. Tum Rex: Bene, inquit, profecisti, plus tibi aliquid, quam cunctis sacerdotibus, & omnibus nobis ostēsum est. Inde mutata veste, manu secū abstractum. Docuit grande pietatis mysterium in altaris Sacramento. Qua re cognita exhilaratum ducem orasse, vt propriū illi sacerdotem permitteret, q diuinæ rei curam haberet, crebriusq; in conspectu perageret altaris sacratū ministerium. Rex etiam pontificem illi daturum promittit, modo illi habitationem Episcopo dignam prouideret. Ducem vero arcem suam ad Vuiseram vtriusque capacem ostendisse: deditque in eiusdem arcis non exiguo circo locum ædificandæ ecclesiæ. Ferūt proinde nomen ecclesiæ prouenisse, quod meum & tuum, quasi cōmunis duorum possessio, sonat in lingua Saxonum vernacula, Min Din. Erat vir præcipua religione Herimbertus, qui cum Carolum latere nō posset, dignus est habitus, quem primum præficeret ecclesiæ Mindensis Episcopum. Adiecit illi ministeriales non paucos, nec paruos: vt haberet ecclesia defensores suos. Illi vero quia eximio gradu in nobilitatē excreuerant, vt partim Comites, partim Duces fierent, spreuisse matrem videntur. Ornata autem est ecclesia iam tum ab initio multis sanctorum reliquijs Feliciani, Fulginatis Episcopi & martyris, Theodori Episcopi, Carpophori & Habundi martyrum. Profecit autem ecclesia tam in spiri-

Curiositas Vuidekindi Ducis.

Visio eiusdem.

Vuidekindus dux Christianam religionē amplectitur.

ſpiritualibus, quam temporalibus ſub hoc Pontifice: agente nouitio feruore in populo recēs cōuerſo: inſtāte nihilominus bono Pōtifice, qui frugē diuini verbi curauit in populo multiplicari.

VI. *De Euchariſtia ad confundendam Iudæi temeritatem in infantuli formam conuerſa.*

Ex Ioanne Tritbemio in Chron. Monaſt. Hirſaugi. ann. 1153.

ANno Domini 1153. Coloniæ quidam ex patre Iudæo, ſed conuerſo, dum Sacramentum corporis Chriſti in ſolemnitate Paſchali ore tenus ſuſcepiſſet, & eccleſia egreſſus neſcio quid exinde acturus, domum inferre cogitaſſet, diuinitus territus exhorruit, & neſciens quo ſe verteret, foſſa in cœmiterio facta, ſacroſanctum corpus Dominicū in ea ſepeliuit. Superueniens autem Sacerdos, & rem diſcens, foſſam aperuit: & infantuli formam inueniens, eumque reuerenter manibus eleuans, ad eccleſiam portare voluit: ſed (mirum dictu) luce cælitus emiſſa, puerulus manibus teneris elabens, in ipſa luce aſcendens cœlos penetrauit.

VII. *Plegilus presbyter inter Miſſarum ſolemnia videt Chriſtum in forma pueri in Euchariſtia.*

D. Tho. Aqu. op. 58. de ſacra. alt. cap. 11. Rab. de Sac. Euchar. c. 36. Paſchaſ. Corbeienſ l. de corpo. & ſang. Domini in Euch. cap. 4.

PResbyter quidam Plegilus nomine, religioſus valde, cum ſanctam duceret vitā, cœpit pijs precib. Deum pulſare, vt ſibi monſtraret naturā corporis & ſanguinis Domini. Venit ergo dies, vt idem more ſolito diuina celebraret; & poſt Agnus Dei, procūbens genibus: Creator, inquit, & Redēptor omnipotens Deus, pande mihi exiguo in hoc myſterio naturā corporis Chriſti, vt mihi liceat eā proſpicere in forma pueri, quem olim ſinus Matris tulit vagientem. Et ecce Angelus de cœlo veniens affatur: Surge propere, ſi vis Chriſtum videre, adeſt præſens corporeo veſtitus amictu, quem ſacra pur pura geſſit. At presbyter pauidus ſurgens vidit ſuper aram puerum ſedentem. Cui Angelus: Quia Chriſtum videre placuit, quē ſub ſpecie panis verbis ſacraſti myſticis, nunc oculis inſpice & tracta manibus. Tunc cæleſti lumine ſacerdos fretus, quod mirum dictu eſt, in vlnis trementibus puerum accepit, & pectus proprium pectori Chriſti adiunxit: Deinde profuſus in amplexus dat dulcia Deo oſcula, & ſuis labijs preſſit pia labia Chriſti. Quibus ita peractis reſtituit puerum in altari: & rurſus humi proſtratus deprecatur Dominum, vt dignetur ipſe verti in ſpeciem priſtinam: & ſurgens inuenit corpus Chriſti remeaſſe in formam priorem, & ſic ſub ſpecie debita communicauit eidem.

Plegilo presbytero apparet Chriſtus in Euchariſt. i forma pu.r.

VIII. *Ieſum in Euchariſtia pueri forma ob eximiam fidem videre recuſat Lud. Franc. Rex.*

Tho. Bozius lib. 14. de ſig. Eccl. ca. 7 nu. 5. & 2 ex Io Villaneo li. 6. cap 67. ann. Do. 1258. Io Vigu. in Inſti. c. 16. §. 3. v. 6.

ANno 1258. cum quidam presbyter ſacratiſſimam Miſſam Pariſijs celebraret in ſacello quodam aulæ Regiæ, populoq; oſtendendam diuiniſſimam Euchariſtiam ſuſtuliſſet in altū, pro ſpecie panis, plurimi qui aderant conſpexere formoſiſſimum puerum. Quocirca nonnulli rogarunt presbyterum, vt tam diu ſubſiſteret manibus in altum porrectis, quoad Rex accerſeretur: certior autem tanti miraculi factus Rex Ludouicus negauit ſe eo profecturum, quod non credentibus hæc ſigna exiſterent: ſibi vero perſuaſiſſimum, vere in Euchariſtia Chriſti corpus eſſe.

IX. *Corpus Chriſti apparet in effigie pueri in Eccleſia D. Amati Duaci.*

Th. à Cantip. li 2. Apū. ca. 40. p. 2. ann. Do. 1267. Brezēb. li. 1. Colſac. c. 43

OPpidum Duacenſe amplū & magnū eſt inter Cameracū à dextris viæ, et Atrebatum, nobiliſſimas ciuitates. Hic in eccleſia S. Amati Epiſcopi, cum ſacerdos in Paſcha cōicato populo corpus Chriſti ſuper nudam terram ſtupefactus inueniſſet, & flexis genib. eleuare tentaſſet: mox per ſe in aera ſubleuatum, panniculo; quo conſecratos digitos ſacerdos detergere ſolet, inhæſit. Clamās ergo presbyter Cano-

nicos vocat: accurrunt illi, ſpectant in panno corpus viuificum in ſpecie faciei venuſtiſſimi pueri. Et mox conuocato populo ad ſpectaculum præſentatur, & indifferenter nulli tanta cælitus viſio denegatur. Hæc cum audiſſem fama vagante, veni in oppidum quod prædixi. Acceſſi ad Decanum ecclefiæ, cui optime notus eram: petij videre miraculum, annuens ille præcepit vt fieret: aperta eſt theca, cucurrit populus, moxque vbi pixis reuoluitur, clamant omnes: Ecce iam video ecce conſpicio Saluatorem. Stabam ergo attonitus nihil videns, niſi tantum ſpeciem panis albiſſimi, nihil quidem conſcius mihi, quare ſacroſanctum corpus cum cæteris non viderem. Nec diu mecum iſta voluebam, cum ecce vidi faciem in menſura ætatis plenitudinis Chriſti ſpineam habentem in capite coronam, & duas guttas ſanguinis de fronte ex vtraque parte naſi per faciem deſcendentes. Mox igitur genibus flexis cum lachrymis adoraui. Surgens autem, nec coronam in capite, nec ſanguinem vidi: ſed faciem hominis ſuper omnem effigiem honoratam, cõuerſam ad dexteram, ita vt vix oculus dexter videri poſſet. Naſus erat admodum longus, directus valde ſupercilia arcuata, oculos ſimpliciſſimos & demiſſos habebat, cæſariem lõgam ſuper humeros deſcendentem, barbam intonſam, & ſub mento curuatam, exterminatamque ſub rictu iucundiſſimi oris, ex vtraque parte menti nudas prope à pilis habebat valliculas, vt iuuenibus apparere ſolet, qui à puero barbam nutrierunt, frontem lætam, macilentas genas & collum longum cum capite parum inflexum. Hoc ſchema, hic decor benigniſſimæ faciei. Eam autem diuerſi diuerſimode ſub vnius horæ ſpatio videre ſolebant. Alij in cruce extenſum: alij quaſi ad iudicium venientem: plerique, & hoc ex magna parte, ſub pueri forma.

In ſpecie venuſtiſſimi pueri apparet Chriſtus ĩ Euchariſtia.

x. *De quodam, qui venerabile Sacramentum ſumpſerat, illudque ore ipſius in ſpecie infantuli effuſum.*

NOtum ſit omnibus Chriſti fidelibus hunc ſpectabilem locum cum deuotione viſitaturis, quod veridico relatu didicimus, & patres noſtri narrauerunt nobis, quod Deus, qui mirabilis prædicatur in ſanctis ſuis, & mirabiliorem ſe exhibuiſſet circa venerabilis ſui ſanctiſſimi corporis, & ſanguinis Sacrum anno Domini 1331. vbi olim in fouea hac (quæ miro tabulatu concernitur in medio chori huius ecclefiæ) venerabile Sacrum de ore cuiuſdam hominis, qui cõmunicauerat, in ſpecie infantuli dignoſcitur effuſũ fuiſſe, & ſuper eandem foueam erectum fuerat oratorium paruũ: & magno populorum cõcurſu deuotiſſime frequentatum, ſecundum quod ſcriptura & pictura edocent, cum varijs ſignis & miraculis, videlicet, de ſubmerſis reſuſcitatis, de ruptis hominib. de infantibus periclitatis in partu, de matribus eorum, & alijs multis admirandis, item de terra foueæ vbi fertur venerabile Sacramentum verſum in ſubſtantiã pueri infantuli, infirmi febricantes ſuper eadem terra potãtes, frequenter ſanati ſunt, & in dies ſanãtur: quam ob rem confluunt peregrini eandem terram in exigua quantitate cum deuotione deportantes, & ſanitate percepta, cum gratiarum actione, hoc in loco venerabile corpus Chriſti deuotiſſimè venerãtes, & laudes Deo reddentes. Sed tandem circa ann. Dñi 1423. creſcente deuotione fidelium, & pio pręſertim conamine laudabilis viri Arnoldi Schillinch ciuis Coloniẽſis ſuperædificata eſt eccleſia ſpectabilis, vt in pręſentiarum eſt cernere, quę per rectores, presbyteros, ſeculares, p ſeptem ferme annos eſt gubernata: poſtea circa ann. Dñi 1430. prædictus locus templo ornatus eſt, & priuilegijs ſuis per conſenſum deuoti viri Henrici Aſell pro tunc Paſtoris eccleſiæ parochia-

Contigit Coloniæ an. 1331 in Eccl. Reg. Canonic. et habetur ĩ fundatione Capellæ erectæ ĩ gratiã fraternitatis venerabilis Sacr. in eodẽ monaſter. Bred li. 1. c. 8.

Infantuli ſpecie Chriſtus apparet.

rochialis S.Christophori dotatus, dein de Reuerendissimi Domini Theodorici de Morsa Archiepiscopi Colonienfis promotus fuit, idem locus ad altiorem statum, atq; in monasterium Canonicorum Regularium ordinis sancti Augustini diuina comitante gratia erectus: quo tempore primus Præfectus vel Prior huius Monasterij, venerabilis vita, sciētia, & moribus F. Thomas vamden Vual professus in Monasterio fontis B. Mariæ Virginis, prope Arnhem ciuitatem Gelticam, hic sepultus in choro nostro, qui laudabiliter Monasterio præfuit vltra annos, vsque ad annum Domini 1490. cuius etiam temporibus hoc Monasterium notanter auxit in ædificijs, eleemosynis, & redditibus. Quo defuncto, eodē anno alius successit in locū eius, Prior huius Monasterij filius ciuitatis Colonienfis, qui considerans prædictam foueam quodammodo per obliuionem & incuriā obrui, & quasi penitus deleri, & illam omni honore dignissimam memoriam venerabilis corporis Christi, vnde & hoc monasterium nomen accepit, minori deuotione coli, & negligi, deuotionis zelo inflāmatus Dei adiutorio, & Christi fidelium subsidio eandem foueam renouauit, & titulo decoris solemniter erexit, cum luminaribus & indulgentijs, prout in propatulo claret. Idem considerans, ecclesiam istam vti nouellam, paucissimis aut nullis reliquijs exornatam, ad quas colligendas semper deuotionem singularē habuit, solicitudine studiosa, & instantia maxima & laboriosa, diuersas notabiles reliquias de societate sanctarum vndecim mille virginum, & societate sanctorum Gereonis, Maurorum & aliorum martyrum integra capita, nec non variorum articulorum particulas sanctorum, & sanctarū martyrium, è conuentu seu Monasterio sanctæ Cæciliæ virginis, cui tunc temporis præfuit commissarius, solicitauit, impetrauit, obtinuit, & multo conamine aurata, argentata luculenter decorauit. Quæ pia deuotione tempore peregrinationis, ac festiuitatum temporibus, à peregrinis, & incolis ciuitatis visitantur. Quo etiam tempore cum omni reuerentia ea ostēduntur populis peregrinis. Idem cogitans & pertractans vt hæc prædicta mirabilia perpetuam rei memoriam haberent, anno Domini 1497. inchoauit solemnem fraternitatem venerabilis corporis Christi, & septem gaudiorum B. Mariæ Virginis, in quorum etiam septem gaudiorum temporaliū & æternalium memoriam, beatissimæ Mariæ spectabilem erexit Capellam anno Domini 1503. de oblationibus peregrinorum, tempore peregrinationis, ac cum subsidio aliorum amicorū, atque Christi fidelium, fratrum & sororum eiusdem fraternitatis, quæ fraternitas in eadem Capella perpetuis temporibus frequentatur, continuatur, & firmatur cum redditibus, missis, vigilijs, orationibus & alijs multis bonis operibus: vt autem Christi fideles deuotius, & confidentius ad hanc confraternitatem confluant, & se inscribi faciāt, idem impetrauit magno labore, & studio à Reuerendiss. Dn̄o Raymūdo Cardinali Presbytero, qui eodem tempore Coloniæ causam legationis egit, certas indulgentias, pro omnibus & singulis in eadem fraternitate venerabilis corporis Christi, atque septem gaudiorum B. Mariæ virginis inscriptis, quæ patent in solemni Bulla desuper confecta, ac sigillata, ac cum tempore numerosius patebunt, ex Curia Romana impetranda. Hæc ita se habentibus hortamur in Domino, & in visceribus B. Mariæ virginis, omnes Christi fideles, hanc domum Christi, & capellam sanctissimæ matris eius, quam elegerunt inhabitationem sibi deuote accedere, & diuinum auxilium ac B. Virginis Mariæ misericordiam, & consolationem eius ardenti desiderio in suis necessitatibus implorare: non dubium, quin exaudiantur & nullus vacuus recedit sine eius con-

consolationis gratia prout ipsa promisit, dicens: [Transite ad me omnes, qui concupiscitis me & à generationibus meis implemini:] concedente, & fauente illo, qui fecit eam plenam gratia, qui est Deus benedictus in sæcula sæculorum, Amen.

Ecc. 24.

x 1. *Eucharistiæ realitas & veritas alijs comprobatur.*

Cæs. Bar. t. 11. Annal Ecclesi. ad annum. 1059. 20 21. ex Pet. Da. in epist. ad Desi. det. abb. Cassin.

SIcut Deus astipulatur veritati, ita refragatur errori. Petrus Damianus in epistola, quam dedit ad Desiderium Cassinensem Abbatem, Synodo absoluta rescribens ad literas, quas ab eodem acceperat, dum Synodus haberetur, de eo quod tunc accidisset, ista habet ipso exordio. Recordatus sum literarii, quas tu quidem sub interrogatione misisti: sed his ego Synodali præpeditus instantia adhuc non respondi. Et hæc in illis (si reminisci valeo) continebantur epistolis: Quia zelotypa quædam mulier habens virum ex adulterij fraude suspectum, qualiter eum sibi vendicare posset proprio toro contentum, à vicina petijt muliere consilium. Quæ nimirum peruersa, et vltricibus flammis euidenter obnoxia, hoc eam sacrilegium venenata serpentis antiqui suadela perdocuit, vt corpus Dominicum quasi communicatura perciperet: quod cautè reseruans viro suo postmodū non sine quibusdam maleficijs propinaret. Quod videlicet à sacerdote perceptum, vsq; dum occasio præberetur, palliolo resetuatum, non sine magno dedit stupore miraculum. Hæc enim particula Dñici corporis inuēta est vsq; ad medietatem in carnem conuersa, altera vero medietas panis speciem non mutauit. Itaq; si rite reminiscor, hoc proposuisti: deinde quid portenderet, inquisiti. Super qua quæstione quia non necesse est diutius immorari, breui cō pēdio quid mihi videatur expediam. Idcirco Deus omnipotēs sacrosanctū illud mysterium in carnis speciem vertit, vt perfidiam reprobæ mulieris arargueret dum visibilem Dominici corporis ostenderet veritatem, quatenus quæ purum panem, vt videbatur ante credebat: veræ carnis speciem cerneret: sicque sacrilegam cœpti sceleris audacia sub ipso indicio cōdemnaret. Quid autem medietas sic remansit, ad euidentioris indicij testimonium profecit, vt dum in vna, eademq; substantia hinc panis, illinc carnis adesse consideras speciem, in vtroque veræ carnis, verique panis indifferenter intelligas veritatē: Quia & ipse est panis, qui de cælo descendit, & ipsa nihilominus caro, quæ de Virginalis vteri materia prodijt.

Consiliū mulieris iniquū.

Euchar. cur 1 spe ciē carnis à Deo mutata.

Io. 6.

x 11. *Vltio negantis veritatem corporis Christi in Eucharistia.*

Ex D. Bern. in vita S. Malac. c. 37. Bred. l. 1. Coll. cap. 16. Bellar. l. 3. d sacram. Euchar. c 8 Sur. to 6 & Bar. to. 12.

FVit quidam Clericus in Lesmor, probabilis, vt fertur, vitæ, sed fidei nō ita. Is sciolus in oculis suis præsumpsit dicere, in Eucharistia esse tātummodo Sacramentum, & non Rem sacramenti, i. solam sanctificationem: & non corporis veritatem. Super quo à Malachia secreto, & sæpe conuentus, sed in cassum, vocatus ad medium est: seorsum tamen à Laicis, vt si fieri posset, sanaretur, & non confunderetur. Itaq; in conuentu clericorum data facultas homini est pro sua sentētia respondendi: Cumq; totis ingenij virib. quo non mediocriter callebat, asserere & defendere conaretur errorem: Malachia contra disputante & conuincente, iudicio omnium superatus, de conuentu confusus quidem exijt, sed non correctus. Dicebat autem se non ratione victum, sed Episcopi presfum auctoritate: vt etiam hodie heretici veritate pressi suos errores palliarè conātur.) Et tu, inquit, ò Malachia, sine causa me hodie confudisti, aduersus profectò veritatem locutus, & contra tuam ipsius conscientiam. Mœstus Malachias pro homine sic indurato, sed magis fidei dolens iniuriam, timēs periculum Ecclesiam conuocat, errantem publicè arguit, publicè monet, vt resi-

Falsis excusationibus solantur h retici suos errores.

resipiscat. Suadentibus hoc ipsum Episcopis, & vniuerso clero, cum non acquiesceret, cōtumaci anathema dicūt, hæreticum protestantes. Nec sic euigilans, Omnes, inquit, fauetis homini potius, quam veritati. Ego personam non accipio, vt deseram veritatem. Ad hoc verbum substomachans sanctus: Dñs, inquit, fateri te veritatē faciat, vel ex necessitate. Quo respōdente, Amen, soluitur conuentus. Tali ille iniustus cauterio fugam meditatur, infamis atque inhonorus fore non sustinens. Et continuo sua tollens exibat, cum ecce subita correptus infirmitate sistit gradum, viribusq; deficiens eodē loco iactat se super solum anhelus, & fessus. Forte incidens in id loci vagabundus insanus, offendit hominem: quidnā ibi agat, percontatur: Respondit graui se infirmitate teneri, & neq; procedere, neq; redire valentem. Et ille, Infirmitas ista haud alia, inquit, q̄ ipsa mors est. Hoc autem non dixit a semetipso: Sed pulchre Dñs per insanum corripuit eum, qui sanis acquiescere noluit consilijs sensatorum. Et addit, Reuertere domum: ego te iuuabo. Denique ipso duce reuertitur in ciuitatem, redit ad cor, & ad misericordiam Dñi. Eadem hora accitur Episcopus, agnoscitur veritas: abijcitur error, confessus reatum, absoluitur, petit viaticum, datur recōciliatio, & vno pene momēto perfidia ore abdicatur, & morte diluitur. Ita mirantibus cunctis sub omni celeritate completus est sermo Malachiæ & scripturæ pariter dicentis: Quia vexatio dat intellectum auditui.

Summa sacramētarij pertinacia.

Vindicta diuina in sacramentarium hæreticū.

Per insanū hominē corripuit Deus Sacramentarium, qui sanis consilijs parere noluit.

XIII. *Leuthericum de veritate corporis Domini in Eucharistia dubitantem acerrime carpit Robertus Francorum Rex.*

Baro to. 11. ann eccl. an Do. 1004

Præsuli cuidam, Leutherico Senonensi Archiepiscopo scilicet, de Domino non bene sentienti, & quærenti pro quibusdam causis probationem in corpore Dñi nostri Iesu Christi: indigne tulit Rex amator bonitatis, & scripsit ei in his verbis: Cum sit tibi nomen scientiæ, & nō in te luceat lumen sapientiæ: miror qua ratione quæsieris pro tuis iniquissimis imperijs, & pro infesto odio, quod erga Dei seruos habes, examinationem in corpore & sanguine Dñi. Et cum hoc sit, qd à dante sacerdote dr̄, Corpus Domini nostri Iesu Christi sit tibi salus animæ & corporis: cui tu temerario ore & polluto dicas: Si dignus es, accipe, cū sit nullus qui habeatur dignus? Cur diuinitati attribuis ærumnas corporis, & infirmum doloris humani diuinæ connectis naturæ. Iurans Domini fidem princeps Dei, Priuaberis, inquit, honore Pontificis, nisi ab his resipueris, & damnaberis cum his, qui dixerunt Dño: Recede à nobis: & non communicabis his, quibus dicitur: Appropinqua te Deo, & appropinquabit vobis. His verbis Præsul bene correctus, à Rege pio & bono sapienter instructus, quieuit, obmutuit, & siluit à dogmate peruerso, quod erat contrarium omni bono, & iam crescebat in seculo. In sinu matris Ecclesiæ collocatus iste Dei seruus, scilicet Robertus Rex, factus est Dominici corporis & sanguinis, vasorūq; eius custos fortissimus, ad vnguem ita perordinans cuncta, quasi videretur Deus suscipi, non vt in alterius, sed in propria sanctæ maiestatis gloria: hæc eius deuotio, hæc erat fortis prouisio, vt corde mundo, & vestitu candido Deus immolaretur pro totius mundi piaculo.

3. ex Heldegald. ī vita Roberti Regis Frāc.

Cultus Roberti Regis erga Eucharist.

Iob c. 21

Iac 4.

XIIII. *B. P. Ignatius aperte videt Christum in hostia.*

Cum beatus Pater Ignatius Loyola sacrificio Missæ in templo Dominicanorum Minoressæ interessēt, dum à sacerdote de more hostia salutaris attollitur, apertissimē vidit illa specie Christum Deum eundem, & hominem verissime contineri.

Ex P. Petr. Ribadnei. l. 1. vita S. P. N. Ig. L. 7. l. c. 7.

XV. Chri-

XV. *Christus Dominus sub hostiæ sacræ specie visibilem se Lyduuinæ manifestat.*

Laur. Sur. 14. April. ex F. Ioan. Brugmãno Franciscano, li. 2. vitæ eius. c. 8.

CVm aliquando Lyduuina virgo more suo noctu vigilaret, mulier quædam, cuius paruulus filius ægrotabat, consilium petitura venit ad eam. Quam cum esset consolata, & gaudentem à se dimisisset, mansit sola exercitijs spiritualibus incumbẽs in ipso crepusculo, anno dolorum suorum decimo septimo, circa festum B. Thomæ Apostoli. Porro simulatq; se dedit deuotioni suæ, viderunt domestici eius magnum ignem in cubiculo eius, quẽ vt extinguerent, ad eam concurrerũt. Sed cũ nihil cernerent, obstupuerunt: ait autem illis Lyduuina: Ite cum bona pace: hic nullus est ignis: ostio autẽ clauso, oro vt me nunc solam esse patiamini. Quod cum illi fecissent, virgo seraphica cælestis contemplationis suauitate perfusa sursum ferebatur in Deum, atq; in eum transformabatur, qui pro nobis crucifigi voluit. Nõ diu post remoto à facie panno, quo se texerat, vidit ceu solare iubar in cubiculo radiare, vidit etiam Angelum suũ prope se stare valde splendidum, eoq; tacto sensit corpus suum ad tẽpus plane sanatum; vidit præterea astantes Angelos ceu iuuenes fortissimos, atq; alium crucem, alium lanceam, alium clauos, alios alia passionis Dominicæ insignia ferẽtes, suoq; lectulo assistentes. Postea vero etiam Matrem Domini cum sanctis non paucis aduenire conspexit: Iacebat tum super paleas supina: erat autem iuxta eã lectulus, propter aduenientes sic satis honestè compositus. Tandem venit Christus ipse in forma speciosissimi pueruli, & in lectulo illo se reponens blandissimè virginem aspiciebat. Mox vero in perfectum mutatus virum, instar crucifixi totus rubicũdus & sanguinolentus apparuit, coronatus spinea corona, & colore affectus, quo solent mortui. In eum ergo intuens virgo planè vigil mirè obstupuit, commixtimq; & gaudio & mœrore affecta est: Cum autem in lucem mens illius absorpta esset, Christus lumen pariter & ardorem diffundens in medio immensi luminis virginis corpusculo quinq; vulnerum suorum signa luculẽter impressit, impressaq; reliquit. Cernens autem virgo ea tam aperta vulnera homines latere non posse, timeretq; concursum & applausum hominum orauit Dñm, ita dicens: Maneat, obsecro Domine, hoc dignationis tuæ Sacramẽtum inter me et te, sufficit enim mihi gratia tua. Mira res: confestim cutis texit vulnera illa, sed dolor, atq; liuor perpetuo permansit. His ita gestis, vidit beatissimã virginem arma passionis Christi, quæ ferebant angeli, reuerẽter ex illorum manibus accipere, eique deosculanda exhibere, ac deinde auferri ab oculis suis. Sentiens autem Lyduuina se sensibiliter confixam, respexit ad pedes lectuli sui, viditq; illic crucem stantem ea magnitudine, qua sunt illæ, quæ ad morituros deferuntur: simul etiã pendẽtem in ea paruulum, & ex eius vulneribus profluentem sanguinem. Eo spectaculo liquefacta anima eius ait ad Dñm: Gratias tibi ago, Domine, q me indignam ancillam tuam sic visitare dignatus es. Audiens autẽ senex pater eam loquentem, mirabatur, cui loqueretur. Surgens igitur clam auscultauit, ad cellulam eius, quis aut quidnam id esset. Interim is qui apparuerat ei, videbatur per solarium velle recedere. Timens ergo, & dolens eius abitu virgo: O Domine, inquit, si tu vere es, in quem credo, obsecro, vt priusquam abeas, signum euidẽs præsentiæ tuæ apud me relinquas. Mox ille in speciem formosæ hostiæ mutatus ter vertebat se supra locum, vbi iacebat virgo, ac tandem cõsistere visa est illa hostia in munda mappula, quæ illic poni solebat. Sub his pater eius, qui nihil adhuc viderat, cum esset simplex & pius, more suo resedit in filiæ lectulo, sciscitatusq; est, nũquid fieri vellet,

Lux cælestis in cubiculo Lyduuinæ.

Visione planè sanatur.

Christus imprimit ei vulnera suorum notas.

Sub hostia forma Christus Lyduuinæ apparet.

&

& quis ibi apud eam resedisset. Dixit autem ei filia: Rogo te, pater, vt ocyus surgas: habeo enim apud me crucifixũ Dñm. Territus ille acturum surrexit, viditq; hostiam pulcherrimam: accitisq; domesticis & vicinis ostẽdit eis rem stupẽdam. Omnes igitur & timore & admiratione permoti sunt. Cernebant enim omnes hostiam, sed non eodem modo. Erat enim hostia illa nec tã parua, vt sunt quæ plebi porriguntur: nec tam magna, vt eę, quas accipiunt sacerdotes sacrificantes. Radij autem eius extremam oram orbiculatim ambiebant: intus habebat crucifixi effigiem cum cruẽtis vulneribus. In latere vno speciatim hærebat superne gutta vna, ipsi dimidij magnitudine: poteratque hostia ab omnib. perspicue videri, sed ab alijs iacens, à Christi virgine tanquam in aere pendula videbatur. Ad eius autem conspectum tam animo, q̃ corpore, adeo exultabat sponsa Christi, vt formidarẽt ij qui aderant, ne pręgaudio deficeret. Quædam verò manũ suam cordi eius apponẽs, reipsa sensit cor & viscera eius supra humanũ modum exilire. Exultabat plane cor eius in Domino, & delectabatur in Deo salutari suo. Hanc hostiam multi viderunt, idque iureiurando cõfirmarunt.

XVI. *De atro & horrendo cane viso in polluto Caluinistarum pane.*

Ex Rich. Bristoi. Vigorn. to 1. Motiuorum Antihæret. mot. 10. circa ann. 1570.

VIx biennium est, cum quidam qui cum esset Catholicus, diu se à Caluinica abstinuerat communione: postmodum tamen quorumdã delatorum minis, timens infelix tẽporalium amissionem, contra Christum & conscientiam, ad hæreticorum ecclesiam venit: qui illic conspexit, cum minister Satanæ misero populo pollutum panẽ traderet, canem atrum atque horribilem de manu ministri semper accipere, quem ille cõmucaturis obtulerat. Qua terribili & infernali visione sic ibi animo perculsus ac consternatus est dissimulator, vt rediẽs domum paulo post sit mortuus. Nec tamen exurgunt quidam, à sopore mortifero, quos propter mammona mox periturum, mensæ dæmoniorum & calicis dæmoniorum iuuat vsque communicatio.

TIT. III. De vera sanguinis Christi Domini pręsentia in Eucharistia.

EXEMP. I. *Hostiæ sacræ particulæ perfunduntur cruore dum Barbari in Christianos pugnant.*

Lud. Grana 2. p. Catech. c. 27 §. 7. P. Th. Sallius prax. spi. c. 22 & Th. B z. l. 14 de sig. Eccl. cap 7. ex Lu Marineo l. 5. de reb. Hispa. c. de sacris ad:ius an. 1239.

Hostiæ sanguine respersa. Maximus Barbarorum exercitus à mille Christianis virtute Eucharistiæ expugnatur.

Sors mittitur.

ANno 1239. cũ maximæ Mahumetanorum copię procederent in regno Valẽtiæ aduersus exiguas nostrorũ, & res ad extremum redacta esset, sex è nostris Duces ad Deum confugere, & Eucharistiæ percipiendæ consilium ceperunt: & quando non aderãt presbyteri, quibus cuncti milites sua confiteri peccata possent, ipsi sex agere constituerunt. Verum dum presbyter iam celebrasset Missam, protinus ad arma conclamatum, neq; sumendæ Eucharistiæ tempus superfuit. Quocirca Deo freti Duces aduersus inimicos processere: Presbyter inops cõsilij particulas sacratissimas linteolis (quæ corporalia vocamus) inuolutas sub lapide occultauit. Victis mirabiliter inimicis, Presbyter, vt prædictos Duces sanctissimo Christi corpore communicaret, produxit illas particulas: sed linteolis explicatis, vidit sanguineis guttis respersas, & linteis affixas. Res diuulgata cũctos admiratione repleuit: & haud multo post rumor adest, inimicos copijs refectis aduentare. Nostri cõfirmatis, præsenti miraculo animis, aduersus illos progressi petierunt, vt ex edito loco, quasi vexillum, in hostes lintea producerentur. Quo facto in fugam conuersi inimici. Cum nostri redeũtes non cõuenirent, quo loco mappulæ cum sacratis particulis reponerẽtur fortibus res commissa: quibus eductis, scheda Dorchoræ oppidi ter est lecta: sed vt Dei voluntas esset testificatior, consensere, vt pixidi inclusæ particulæ summa cum reuerentia supra mitem mulam collocarentur, & quo il-

la libertati suæ relicta pergeret, & vbi consisteret, ibi locus esset tanto miraculo. Mira res: Dorchoram versus illa iter suscepit, & quamuis à multis alio pelliceretur propositione pabuli, nũquam tamen coquieuit, donec eo peruenit, & hospitale oppidi ĩgressa substitit ĩ medio, ac genibus flexis est morata: ac ne quid posthac dorso exciperet minus nobile protinus expirauit. Innumera mortalium multitudo ad tm̃ spectaculum confluxit: & reseruata lintea cum particulis vsque ad hæc tempora incorruptis ac sanguine respersis visuntur: & quotannis publicè ostenduntur: extantq; publica monumenta, quibus tanta res est consignata. Quiuis potest accedere, & tanto spectaculo: vbi velit dignus fieri.

II. *Sacerdos dubitans de conuersione hostiæ quam manibus tenebat, videt ex ipsa sanguinem promanare.*

Ex Platina l vita Vrbani 4. & Onuphr. Pannuinus ibi. dē. ann. 1261.

VRbanus Papa IIII. cũ esset Hierosolymitanus Patriarcha, Viterbij vbi tunc curia Romana erat à Cardinalibus numero nouem inter se discordantibus, extra eorum collegium iij. Kal. Septemb. anno Dñi 1261. Romanus Pontifex renunciatus sedit annos tres, mensem vnũ, et dies quatuor: hic veterem & nobilissimam Tusciæ vrbem accedens, loci adspectu, & securitate delectatus (est enim in summo saxo posita, & ad expugnandum difficillima) diu in ea cum curia Romana permansit: nam Manfredi Siciliæ Regis, Romanæ Ecclesiæ hostis potentia & vi sancta Sedes tũc præcipuè vexabatur) à ciuibus Vrbeuetanis honorificentissimè susceptus Monaldenses & Philippenses primarios vrbis ciues bello ciuili inter se laborantes in cõcordiam redegit: & dum vixit eam conseruauit vrbẽ sibi & Romanæ Ecclesiæ fidelissimam, varijs ædificijs, tũ publicis, tum priuatis, multis ẽt priuilegijs exornauit rempublicam. In ea postremo vrbe anno Dñi 1264. sacratissimi corporis Christi solẽnitas, quin ta feria post octauam Pentecostes, ab eodem Pontifice perpetuis temporib. cum solemni supplicatione, quæ etiã nunc celebratur, instituta est: cum eius solẽnitatis officium S. Thomas Aquinas, qui eo tempore publice theologiã in ea ciuitate profitebatur, composuisset. Id vero factum fuit propter miraculum, quod hoc tpe Vulsinijs in diœcesi & ditione Vrbeuetana in Ecclesia S. Christianæ accidit: nam dum sacerdos quispiam sacra Missarum solemnia celebraret Sacro iam confecto, de panis & vini transsubstantiatione & Christi corpore dubitauit. Vnde statim (dictu & auditu mirum) ex sanctissima, quam in manibus tenebat, hostia viuus sanguis manare cœpit: & totam mappam, quam corporalem vocant, tinxit. Quo miraculo attonitus Pontifex Vrbanus IIII. Corporale primũ ad se ab Episcopo loci cũ processione in vrbem veterem transferri voluit, & illud solemnitate instituta in ecclesia Vrbeuetana recõdidit. Quę omnia ex eiusdem Pontificis bulla, quæ adhuc exstat, intelliguntur.

III. *Eucharistia à Iudæis vulneribus confossa sanguinem effundit.*

ANno Dñi 1299. perfidissimi Iudæi corpus Christi sacrũ in nocte sancti Paschatis emptum à custode ecclesiæ in ciuitate Franconiæ, quæ Roetingen dr̃, per diuersas ciuitates, & castella alijs Iudæis distribuerunt. Quædam religiosæ mulieres, quæ sacras vigilias ad tumulum crucifixi obseruabant, sicut moris est in Teutonia, cum hora matutinarum de Ecclesia prodeuntes irent ad excitandum ecclesiæ Presbyterum, vt Crucifixum de monumento ante matutinas secundum consuetudinem subleuaret, viderunt super domum Iudæi, qui Sacrum emerat, duo rutilare luminaria: cumque attonitæ starent, & secum quærerent, superueniens Presbyter interrogat, quid conferant: vidensq; cum ipsis luminaria, compertoq; quod Iudæus cum custo-

Siffrido presbyter l. 2. Epi. ann. Do. 1299.

de

de in ecclesia fuisset, & iuxta altare, caute vocat Iudicem ciuitatis, & quosdam de ciuibus, qui irruentes in domũ Iudæi ipsum & custodem ecclesiæ ceperunt. Qui statim coacti facinus perpetratum confessi sunt. Iam vero, vt dictum est, corpus idem Christi per diuersas Iudæorũ dispersum fuerat mãsiones, qui sæpe dictum corpus Christi sacratissimum acubus & subulis pungentes, & in mortariolis tundentes, & per illas puncturas & tunsiones sanguinem elici conspicientes, tandem in diuersis locis sub terra suffoderũt. Sed Deus Sacrum salutis multis miraculis prodētibus, suis fidelibus propalauit. Quapropter Christiani insurgentes cõtra Iudæos, eos per diuersas ciuitates & loca turmatim occiderunt. Cõtigit, vt multi Iudæi ad quoddam castrum confugerent, vt se ibi defensarent: cumq; Christiani ad castrum illud expugnandum forti manu cõuenissent, & illud iam vallassent, quædam virgo Iudęa de eodem castro importunis clamoribus rogabat Christianos, vt ipsã inde eriperent & baptizarent. Iudæis ipsam deorsum trahentibus, & increpantibus, illa de manibus eorum elapsa de altitudine castri se præcipitem dedit. Sed ecce mirum in modum ipsa, quasi manibus angelicis portaretur, illæsa descendit, & mox ad fidem Christi & baptisma confugit.

IIII. *De Eucharistia à muliere in flammas coniecta, ex qua cruor emanat.*

Th. Bozius de signis Ec. cl. l. 14 c 7 n 9. An. 1273

A Liud huic simile Aufidæ in Piceno contigit miraculum. Siquidē anno 1273. quędam mulier, cum sumpsisset ore Eucharistiam, nõ deglutit, sed seruatam secum detulit, vt illa vteretur ad amorem mariti conciliãdum sibi per veneficia. Quamobrem sic malis artibus edocta super prunas in tegula repositam proiecit: quo facto (mirabile dictu) cœpit Eucharistia apertissime in carnem conuersa sanguinem latè emittere, ita vt prunas extinxerit, neque cohiberi potuit cruoris eruptio, donec cāduerunt carbones, quãuis mulier nihil non egerit, inijciendo cinerem, puluerem, ceramque apponendo. Tum vero nouo euentu attonita, linteo tegulam cum carne diuina & sanguine inuoluens stabuli propinqui stercore infodit. Latuit res annos septem: quamuis aliquot mirabilia euenerint, quæ vndenam nascerentur, alios quidem latebat, mulierem non ita, facti ac sceleris sui consciam. Iis exactis illa tãdem aperuit rem gestam sacerdoti, qui cum se eo contulisset, reperit intactam carnem, sanguinemq; recentem, linteumq; illæsum. Miraculum patefactum, cunctisq; diuulgatum ex omnibus locis innumeros ad sui spectaculum commouit, & commouet adhuc post annos trecentos, & sexdecim. Visitur enim caro, visitur sanguis vitreis ampullis inclusus ad tantæ rei memoriam sempiternã, neque post tanta temporum spatia quidquam ex ijs est corruptum, aut labefactum. Potest eo quiuis accedere: & proprijs oculis rem contemplari, vt maioribus fidem constantius adhibere possumus, & innumeras Deo de tot beneficijs gratias agere & habere.

V. *Iudæus frustra adnisus hostiam sartagine assare, eam gladio pupugit, ex qua sangis effluxit.*

Baptista Fulg. l. 1 Factorũ memor. c. 6 an. 1290.

S Alutis anno 1290. in Parisiorum vrbe quidam Iudæus, per inopem muliérculam, cui vestem, quam ab ea oppignoratam habebat, se gratis restiturum promiserat, christianam hostiã in Paschate assecutus: cũ accenso igne in sartagine vellet assare, vt perspexit eam non mutare formam, nec colorem, gladio eam pupugit, ex qua confestim sanguis manauit. Re autem detecta, superuenientibus Christianis hostia in loco ei dicato restituta: Iudęi domus in templum conuersa est, quæ etiam nunc Saluatoris bullientis nomine compellatur, vbi hostia, gladiusque etiam nunc ostenduntur.

VI. *Ex pallis lineis seu corporalibus, super quibus positum fuit Christi corpus sanguis profluit.*

Simõ Maiolus Episc. Vulturarien. Colloq. 20 ex Bapt. Fulg. c. 6. li. 1

TEmporibus nostris eo bello, quod Carolus Octauus Gallorum Rex gessit aduersus Annã eius Galliæ partis, quæ Britannia dicitur, Ducem, quã postea in matrimonio coniunctam habuit, Britannus quidam cum ea militabat: qui Remensi vrbe egressus, cum alijs ex hostilli terra prædarũ, pagum ingressus, vbi templum erat, in quod meliorem rerum suarum partem agrestes detulerant, capsam confregit, arbitratus sæcularium hominum esse, repletoque sinu his rebus, quas auferre, secum poterat, posteaquam domum rediit, dum res raptas agnoscit, in eis particulas quasdam lineas vidit, haud absimiles his, quæ ad nasi purgationẽ conficiuntur: minimeque arbitratus ex eo genere esse, quibus sacerdotes pro mappa ad sustinendam Christi hostiam vtuntur: neq; enim Galli ira his, vt Itali, instruuntur: fœminæ in ea domo, in qua hospitio excipiebatur, eas dono dedit: cum autem sanguine infectas cerneret, neque inde sanguinem manasse ad fœdendam telam videret in sinum suum oculos deflexit, vbi integra pectoris cute, diploidem quoque interiore tunica illitam animaduertit: quanquam vehementer miraretur: tñ eius rei causam intelligere nõ poterat. Femina quoq;, quæ munus acceperat, cum ad amnem lotura hos pannos tulisset, non modo ex pãnis huius sanguinis maculæ non abibant, sed aqua quoque cruenta fluebat. Itaq; vehementer territa cum rem narrasset, suspicata sacram esse telã, eius sacrilegij error inuectus est, & pro comperto miraculum inuentum, & palam omnibus factum.

VII. *Bruxellę è venerabili Sacramento cultris à Iudæis transfixo copiosus sanguis profluxit.*

Ex li mi raculorũ

ANno Domini 1369. circa festum S. Banonis, perfidi Iudæi, qui tunc Bruxellæ morabantur, quadam nocte Capellam S. Catharinę sitam infra metas Parochiæ S. Ioannis de Molembeka prope Bruxellã, Cameracensis diœcesis, secretè intrarunt, & armarium, quo sacratissimum Sacramentum firmatũ existeret, subtiliter aperuerunt, & circiter sexdecim hostias consecratas, inter quas sola vna maioris formæ extiterat, furtiue ceperunt, & secum asportarunt, & easdem vsque ad diem parasceues, quo Saluator noster in cruce mortem subijt temporalem, huiusmodi hostias sacratas in suæ passionis blasphemiam & contumeliam suis cultellis & ferraturis diuersis contẽptuosè, ac ignominiosè crudeliter transfixerunt. Vnde signa miraculosa tanquã guttæ sanguinis apparuerunt, & videtur exiuisse, prout modernis tpibus cũctis intuentibus lucidius potest apparere. Quib. per Iudæos sic perpetratis, ipsi videntis huiusmodi signa miraculosa, nimio timore atque tremore prostrati, proni corruentes in terrã, quandam matronam nomine Catharinam, quæ iam diu renuntiauerat Iudaicæ perfidiæ, satis tamen notam Iudæis, & sæpius conuersantem cum eisdem, demãdarunt, sibi præmissa referentes, vt huiusmodi hostias sacratas pręfixas ad certum locum secrete asportaret attentius pretio appretiantes, supplicantes ne res gesta ad cognitionem Christianorum deueniret. Quæ tandem huiusmodi pretio deuicta onus huiusmodi hostiarum sacrarum asportandarũ in se suscepit: & acceptis hostijs reuersa ad cor & conscientiam propriam, ne tam enorme delictum in ipsam redundaret quoquo modo, accessit venerabilẽ virum Dominum Petrum de Heda pro tunc Curatum ecclesiæ B. Mariæ de Capella Bruxellensi: cui seriem huius facti declarauit, sibique huiusmodi hostias voluit deliberare. Qui põdus rei discrete considerans, nolens ex propria industria operari, & negotio tam insigni ex sola sua prudentia præbere assensum: accessit ad Dominum Mi-

de Euch. per Guil. à Gent. in fi'ia 'ij rũ Regis Hisp. Lu. Guicciard. in descriptione Belgij anno 1369. Io. Mola. in Indiculo SS. Belgij lit. S an. 1369.

Michaelem de Bnakeren Viceplebanum ecclesiæ beatæ Gudulæ Bruxellensis: & Dñm Ioannem de Voluere rectorem alterius portionis Capellæ S.Nicolai Bruxellensis: quos huiusmodi factum penitus latebat, secum duxit: & præmissis per præfatum Dñm Petrum seriose recitatis, ipsi tres in simul concluserunt adduci penes eos dictā Catharinam: qua adducta, & apud eos secreto veniente, huiusmodi sacratis hostijs à prædicta Catharina p prædictum Dominum Petrum receptis, easdem hostias idē Dominus Petrus, præscriptis duobus sibi adiunctis & associatis, ad præscriptam Ecclesiam de Capella reuerenter, secreto tamē, deportarunt, & sub tuta custodia reposuerunt: Et notitiam præmissorum, venerādo viro Domino Ioanni de Ilscha Scholastico & Canonico pro tunc ecclesiæ S.Gudulę Bruxellēsis, & postea Archidiacono & Canonico in ecclesia Cameracensi significarunt. Qui dominus Scholasticus dictam Catharinam demandauit: quę de præmissis examinata per eundem, præmissa omnia, vt supra, sponte fuit confessa. Quam in ecclesia S.Gudulę prędicta pro veritate rei latius indaganda detinuit * prisonię mancipatum: præmissa omnia referens vlterius Dominis de Capitulo prædictæ ecclesiæ sanctæ Gudulæ sine mora. Qui Domini de capitulo insimul accesserunt ad ecclesiam de Capella supradictam, vbi huiusmodi hostiæ sacratæ extiterant, nitentes huinsmodi sacratas ad eorum ecclesiam sanctæ Gudulæ prædictam, in augmentationem & venerationē potiorem eiusdem, deferre: quæ quidem hostiæ sub debita custodia repositæ extiterant in armariolo chori Ecclesię de Capella: sed prędicti Domini de Capitulo de impetuositate et clamore parochianorū, dictas hostias ex illo armariolo extrahere vel recipere non audebat. Sic Dominus Petrus Curatus loci, qui, ne indignationem partium incurreret, clauem dicti armarioli supra magnū altare proiecit, & inito tractatu inter partes de prēmissis fuit terminatum: quod Domini de capitulo maiorē partem huiusmodi sacratarum hostiarum cū hostia dictę maioris formę ad S. Gudulam secum reuerenter detulerunt; reliquę vero in ecclesia B.Marię de Capella Bruxellensis reponerentur. His peractis, & fama volante de prēmissis, deuenit factum ad notitiam illustriū Principum Dñi Vuenceslai de Bohemia, & D.Ioannę Ducum Brabant & Dominorū de Suuenuorstē & de Vuitham, et aliorum Baronum et nobiliū, de ipsorum cōsilio, ac plurium aliorū, vbi demandatis Dominis de Capitulo prędictis, et huiusmodi perfidis Iudęis per dictam Catharinā super furto & sacrilegio prescriptis vehementer accusatis, dicta Catharina, quæ sub cautione de restituendo eā in dicta ecclesia B.Gudulę, vbi * prisoniæ detinebatur mācipata, ibidem adducta fuerat. Vbi in præsentia præfatorum Principum, Baronum, & nobilium diligenter examinata præmissa omnia & singula, prout superius sūt scripta, in præsentia ēt dictorum Iudæorum clarius & perfectius affirmauit, eosdē Iudęos exinde constanter & incessanter accusando. Quibus siquidem Iudæis captis & super præmissis examinatis, & enormiter quæstionatis præmissa oīa, prout superius conscribuntur, penitus sunt confessi: & demum igni & vltimo traditi supplicio sententia æqua mediante in vigila Ascensionis Domini, 1370.

* i. carceri.

* i. carceri.

VIII. *Hostia sacra ludibrio à Iudæis exposita, & pugionibus confossa sanguinem copiose emittit.*

Pignus habebat malæ, & impuræ vitæ sacerdos quidam Petrus cognomento Danus, apud Iudæum, cui nomen Eleazarus: à quo Petrus sextantem aurei Rhenani acceperat. Cū satis locuples pignori redimendo non esset, & tamen omnino sibi illud restitui cuperet, alias atq; alias cogitationes fouebat, multumque angebatur.

P. Petr. Thyrau, tract. 2. de app. rit. sacramentali bus ann. 1492.

Obsti-

Obseruat hoc Iudæus, petit sibi duas hostias consecratas dari pro pignoris redemptione, offerens insuper dimidium aurei. Offert & affert sacrilegus hostias. Iudæus eas ad futurum filiæ suæ nuptiarum tempus asseruat: volēs his nuptias filiæ reddere festiuiores. Non latuit res hæc alios Iudæos. Ergo cum iam in nuptijs nuptiali conuiuio propemodū finis esset impositus, expetunt illi hostias. Ille pactus cum ijs fidem silentij easdē producit: in quas, quam olim in Christum, concluserant iam tyrannidem se exerciturос. Proijcit in mensam Eleazarus hostias, primus pugionē in illas stringit: sed mox sanguis vbertim effluens per triplicē pannum ad supernam assulam mensæ peruenit. Miraculo perculsi omnes vix sibi sunt præsentes, Eleazarus vero assumpto animo alios ad simile facinus inuitat: qui dum parent, manantem rursus ex hostijs sanguinem conspiciunt. Ad longum rem totam iusto libello prosecutus est Nicolaus Marescalcus Thurius. Accidit vero anno Do.1492.8.Id.Iul.in monte stellarum Ducatus Megapolensis.

IX. *Venerabile Sacramentum à Iudeis in Polonia pugionibus confossum sanguinem profundit.*

Ex Rescuers con tani cerum memorab. lib.5. & Comm. Laur. Sur. rer. in orbe gest. T. Bred. li. 1. Coll. sac. c.50 ann. Do. 1556

Accidit anno 1556. in Poloniæ regno res memorabilis. Mulier quædam vilis Dorothea Lazezha nomine, professione Christiana, in oppidulo quodam, cui nomen Sachazedo, Episcopatus posnaniæ, dissito ab arce Louitz spacio trium milliarium Polonicorum, cuidam Iudæo nomine Bisheim, vel Benedicto, aliquot annis seruierat. Hanc Iudæus ille sæpius interpellauit, vt sacrosanctum Christi corpus more Christianorum cum cæteris acceptum ipsi perferret: in eius flagitij præmiū promittit mulieri tres daleros, & crocotam rubro colore tinctā, ac sericis fimbrijs obductam, & ornatam se daturum: femina scelerata conditionem accipit, ac in ipso peruigilio Paschæ anno currenti abijt in pagum Catzo dictum Episcopo subiectum, vbi cum cæteris cōmunicantibus mensam Dominicam impœnitens & sine cōfessione accessit, ac instar Iudæ percipit Eucharistiam, ac paulo post extractam sudariolo inuoluit, ad tertiā feriæ Paschæ Sachazetum reuersa Iudæo hero suo illam tradidit. Quo facto, tres alij Iudæi huic oppidulo vicini, puta Michalerus, Sachaus, & Iosephus, ad memoratum Iudæū veniunt, ac sacrosanctam Eucharistiam in suā Synanogam deferunt, atque eam pugionibus & cultris confodiunt: & ecce cōfestim ex illa hostia multus emanat cruor, quem perfidi Iudæi in vitreum calicem colligunt. Non diu latere potuit tam atrox facinus: ante omnes mulier illa scelesta Sachazeti comprehenditur, inde Iudæus eius herus qui confitentur omnem rem gestā. Per id tempus Poloniæ Rex Sigismundus erat Vilnæ, quæ est Lituaniæ metropolis ac eius certior factus mandat eius oppiduli Præfecto secundario, vt rem eam diligenter inuestiget, ac si eā ita, vt denunciatum erat, se habere cōperiret, in omnes eius flagitij conscios extremo supplicio animaduertat. Itaque Dorothea & Iudæus habita quæstione, die veneris post Christi ascensionem publice flammis exusti sunt. Primarius ac generalis ille Præfectus D. Andreas Palatinus Rauensis, iurisdictioni prædictæ vrbis obnoxius, reliquos Iudæos Iosephum & Sachaum (nam Michalerus fuga iam erat elapsus) insuper & Iacobum benedicti Iudæi exusti filium (qui ex impia illa Dorothea prolem, sed sine Sacramento baptismi defunctam, & paterno inhumatam sepulcro sustulerat) a secundario Præfecto cæteris rationibus adducto Placentiam Poloniæ dimissos (vbi primarius ille Præfectus moram trahebat) intensa actione criminosa ad extremum edicto Regio, impietatis primum conuictos, mortis reos decernit, & productos in Plozio Calendis

Iunij

Iunij ignibus cōsumit. Nec vero quēquam lateat, quod cum dicta Dorothea abditam prædicto modo gereret viuificam hostiam, & Gorzlauia in villam Iatzam, iter domum versus confectura, venisset, à canibus Georgij cuiusdam Lazezhi patrisfamilias intercepta sit qui tanto fremitu vestes illius inuolabant, ac lacerabant, vt pœne ad terram posterneretur, diuino forte permissu: nec abiuisset illæsa nisi succurrissent famuli domus. Sane ipse Rex Poloniæ fertur hoc miraculo non mediocriter in Catholicæ Ecclesiæ retinenda cōmunione confirmatus esse.

X. *Ex pallis lineis sacratis siue corporalibus sanguis emittitur.*

Io. Diacon. l. 2. vita S. Greg. c. 42.

PEtentibus (inquit Ioannes Diaconus) quibusdā occidentalibus per legatos sacras reliquias Gregorius Pōtifex pallæ seu corporalis portionem dedit. Illi donum contemnentes, velut parui pretij lineam portiunculam accepissent, cum lineæ apud illos pallæ domi haberentur, apud S.R.E. Archidiaconum conquesti sunt: at Gregorius cum id accepisset, post sacrosancta mysteria coram astante populo reposita in altari palla, in orationē prostratus efflagitauit, vt quanta veneratione habendæ pallæ huiusmodi essent, præ cæteris reliquijs omnibus, miraculo diuino perspicuum faceret: intermissa demum oratione, gladio pallam pupugit imitatus Leonem primum Romanum Pontificem: moxq; inde sanguis effluxit: obstupescentes legati ac pudefacti, cum reliquo populo efflagitarunt, vt pallæ in pristinum statum restituerentur.

Palla linea sacra sanguinē emittunt.

XI. *Aliud simile miraculum in sacra Eucharistia Pragæ exhibitum.*

Michael ab Isselt de rebus in Belgia gestis l.

IVdæus quidam Leo nomine in omni genere linguarum exercitatus, Pragæ nuper in Boemia ad fidem conuersus, & Christianorum sacris initiatus, familiaritate cuiusdam Franciscani Petri Rodanij, cui cura infirmorum erat concredita, quique morientibus salutare viaticū administrabat, vtebatur. Diligenter obseruatat, vbi hostiæ consecratæ reponerentur, & asseruabantur. Initio itaque mensis Septemb. Iudæus hic Christianus factus (vt & ferme omnes huius farinæ recutiti) Iudaizans, huiusmodi hostias tres clā surripuit, chartæ inuoluit; & Presburgum in Vngariam profectus ad Iudæum in hospitium diuertit: cumque aliquot dies hic commoraretur, sæpe cum hospite de Incarnatione Christi deque Sacramento corporis & sanguinis eius disputauit. Interrogauit tandem hospes Leonem, an aliquando Sacramētum hoc percepisset? Respondit Leo, se percepisse. Tandem eo prouecta est oratio, vt Leo tres consecratas hostias Pragæ raptas è sinu deprompserit, & Iudæo spectādas dederit. Iudæus visis hostijs, obnixè Leonem orauit duas sibi donaret. Quod cum ille recusare non posset, Iudæus acceptas hostias in arculam reposuit, & accuratè custodiuit, donec Leo Presburgo Nikelsburgum proficisceretur. Eo absente Iudæus hic alios suæ sectæ homines conuocat, ijs hostias exhibet, ac quomodo eas adeptus esset, commemorat. Collatis hi consilijs plures Iudæos ad se vocāt, vt experiantur, sitne in Christianorum sacramentis dolus: an potius ea vera sint. Effundunt hostias in mensam, & pone eas cultrum. Hic vnus eorum arrepto cultro: Si, inquit, vere Christianorum Deus sis, hic virtutem tuam exere. Simul ac cultrū in hostiam adegit, extemplo copiosus sanguis effluxit. Territis hoc miraculo Iudæis, mox vindex Deus adfuit, & fulmine domum concussit, quę igne correpta, cum hospite, vxore, duabus filiabus, multisq; alijs Iudæis funditus exarsit. Tres tantummodo incolumes euaserunt. Mensa, & hostiæ in medio isto incendio saluę, intactęque remanserunt. Gubernator vrbis, qui extra muros habitabat, tam sęuum videns incendium, misit famulos suos in vrbem,

An. 1591 Fil. Bo. l. 7. Col. c. 60 ex scrip. Viennæ Austr. & Germanice typis expresso.

Miraculum.

Vindicta diuina in Iudæos fulmine tactos in Vngaria.

E 2

bem, vt causam incendij inquirant, & illud cum oppidanis restinguant. Qui cum in vrbem venissent, didicerunt Iudæos aliquot istis in ædibus congregatos fuisse: quid vero egerint, nemini constare: multis igne absumptis, tres euasisse. Re ad Gubernatorem relata tres illi Iudæi quæruntur, & inuenti in vincula conijciuntur. Habita quæstione, cum diu scelus occultarēt, tandem prodere coacti, rem gestam ordine narrarunt. Gubernator vt tantum scelus debitis pœnis expiaret, Iudæos istos exquisitissimis tormentis excarnificari, tertioque die adactis per corpora semiuiua palis in via regia collocari præcepit, an. Dom. 1591.

TIT. IV. De sacra Euchar. adoranda.

EXEMPL. I. *De Eucharistia honorificè deducta et adorata anno 1264. à Rudolpho Comite Hasburgico, primo Romanorum Imperatore ex illustri familia Austriaca designato, an. Dom. 1273.*

Io. Alb. Vidmā. l. Doct. in præf. ad Epis. D. Pauli Mat Ga le ad Dia acēs Cā ceil Ca techē. l. 51. ex Chron. omnia.

CVm Rudolphus Comes Hasburgicus, antequam Romanorum Imperator designatus esset, vna cum Regulo Kyburgensi propinquo suo, ad anum fatidicam in sacra Heluetiæ solitudinis cella abditam religionis causa proficisceretur, atque in via sacerdotem cum Iesu Christi sacrosancto corpore, vt exituro cuipiam ex hac vita in proxima casa viaticum præberet, iter pedibus ingredientem inuenisset, de quo descendit, sacerdotemque impositum vna cum propinquo suo (qui pietate ipsius commotus æditui quoque ardentem cereum & æris campani crotalum præferenti equum suum concesserat) vsque ad ægrotum tanquam à pedibus, frenisq; minister deduxit, inde que ad ędem sacram, cui sacerdos præsidebat, reduxit: a quo cū fausti ominis præfatione ad Rudolphum, eiusque posteritatem omnem pertinente dimissi, ad sacram cellam contenderunt, vbi adorato Deo, mox religiosam anum, magnæ propter vitæ sanctitatem apud omnes venerationis, salutant. Quæ veluti plena numine ad Rudolphum conuersa: Pro officio, inquit, & cultu, Deo, eiusq; sacerdoti, abs te nuper tributo, gratiam tibi, posterisq; tuis cumulatissime referet, omnipotens Deus, & ne te vana spe induci à me suspiceris: nouenariū temporis numerum, quo tibi meę huius prędictionis efficax signum ostendetur, diligēter obseruato. Rudolphus igitur nouenis & diebus, & mensibus elapsis è spe sua, ad nonum inde annum, quo Romanorum Imper. declaratus fuit, ętate processit: quibus Religionis sanctę initijs Romani Imperij amplitudo in Austriacam domum profecta certis pietatis rationibus conseruata hactenus fuit.

II. *Aliud de Alphonso eiusdem rei argumentum.*

Ant. Panormit. de gestis Alph. lib. 3 ca. 19.

ALphonsus Aragonię, ac Sicilię rex quodam die Panormi sacratissimæ Dominicę hostię obuiam factus similiter equo desilijt, corpusq; Dominicum comitatus, deductus est tandē ad domum mulieris è graui partu laborantis, atq; pœne iam mortuæ. Qua ex re valde sollicitus & anxius, Purio, qui dum aderat, mandat, vt illico diuę Serenę cingulum afferat: quo allato, & summa cum deuotione super iacentis corpus imposito, statim incolumis enixa est.

III. *Isabella de curru descendens Christum omnium Dominum in hostia agnoscit, comitatur & adorat.*

P. Ioan. Bonifa. de Insti. puerorū, lib. 3.

ISabella serenissimi Francorum Regis filia cum Mantuę curru per plateas & viam publicam veheretur, vidit ex carpento ipso sanctissimam Eucharistiam, quam sacerdos ad hominē ęgrotātem religiosa pompa & celebri piorū comitatu deferebat. Tum Christianissima Regina, aut impium, aut certe agreste, & rusticanum esse considerans, omnium Dominum à se præteriri,

tetiris, ex vehiculo deponi ſe iubet: deinde pectore anhelanti & veloci curſu ad viam properat, qua vitalis eſca trãſitura eſſet, atque ex eo loco, vbi mundi liberator occurrit, gemebunda comitatur. Vbi ad ædes ægroti ventum eſt, pro foribus rediturum Dominum flexis expectauit genibus, egredientemq; illum ad templum, vnde exierat, pie ac officioſe reduxit. Hæc poſt mortem, quæ breui conſecuta eſt, pietatis percepit præmia, tēpaliſque regni anguſtias cęli immẽſitate cõmutauit.

Iſabella pietas erga Euchariſt. ſacramẽtum.

IIII. *Quanto honore & reuerentia Hen. VIII. Anglorum Rex SS. Euchariſtiam ſit proſecutus.*

HEnricus VIII. Anglorum Rex, licet ab obedientia Sedis Apoſtolicę deſciuiſſet, ſummo tamen honore SS. Euchariſtiæ Sacramentũ eſt proſecutus. Eam non diu ante mortem ſub vnica ſpecie (quod ſemper obſeruauit) ſuſcepturus, cũ è cathedra, in qua ſedebat, aſſurgeret, genibus in terrã defixis Chriſti corpus adorauit. Et cum Zuuingliani, qui aſtabant poſſe Regẽ illa inualetudine ſedentem Euchariſtiam percipere dicerẽt: Si me, inquiebat, non modo vſque ad terram deijcerem, ſed & ſub ipſam terrã ſubmittetem, ne ſic quidem ſatis honoris ſanctiſſimo huic Sacro viderer delaturus. Vtinã in omnibus talis. Et fuiſſet indubie, niſi perditorum cõſilijs, ac proprijs conſcientijs, nimiũ acquieuiſſet.

Nicolaus Sãder li. de ſchiſ. Anglic.

Hẽricus Ang. rex adorat et recipit Euchar.

V. *Miles adorans Euchariſtiam proſtratus in luto, minimè fœdatur.*

MIles quidam in Francia fuit tantæ deuotionis, vt quotieſcunque Chriſti corpus eleuari, ſiue deferri videret, proſtratus illud adoraret. Contigit, vt die quadam veſtibus ſuis pretioſis indutus intraret ciuitatẽ: cumq; platea, in qua equitabat, nimis eſſet lutoſa, ex improuiſo obuium habuit corpus Domini: quo viſo modicum intra ſe deliberans, ait: Quid facies modo? Si in tanta profunditate te proſtraueris, perdita ſunt veſtimenta tua hæc delicata: ſi vero non deſcenderis, ſaluberrimæ cõſuetudinis tranſgreſſorem te ſemper accuſabit conſcientia. Quid plura? præualeſcente deuotione, equo proſiliens in lutum ſe miſit: in quo flexis genibus eleuatis manibus Chriſti corpus adorauit: Et quia dulciſſimus Dominus honorantes ſe non ſolum in futuro remunerat, imo etiam in præſenti nonnunquam rehonorat, hoc egit ſua potentia, vt totius luti nec vna quidem guttula veſtimentis eius adhæreret. Tunc equum cum multa admiratione reaſcendit, & amplius in fide confortatus Deum glorificauit.

Cæſar. ♯ Euch li. 9. c. 51.

S Euchariſtiam adorãtis veſtes lutonõ maculãtur.

VI. *Quanta animi demiſſione ſacram ſuſceperit ſynaxin Huniades Hungarorum Rex iam moriturus.*

IOannes Hunniades Hungarorum Rex cum ægrotaret, fertur noluiſſe ad ſe corpus Dominicum deferri, dicens: indignum eſſe ſerui domum intrare regem: iuſſiſſe ſe, quamuis deficientibus viribus, in templum vehi: ibique de more confeſſum diuinam Euchariſtiam ſuſcepiſſe, atque inter ſacerdotum manus Deo animam reddidiſſe.

Ex Ænea Sylu. in hi ſto. ♯ Europ. c. 1.

VII. *De templo in honorem corporis Chriſti à Vuladiſlao Poloniæ Rege erecto.*

ANno Domini 1402. tempore Vuladiſlai Regis apud Poſnauiam, cum diuinum Chriſti corpus in ſpecie panis, quemadmodum antiquiſſimo totius Eccleſiæ Chriſtianæ ritu, & ipſius Chriſti & Apoſtolorum eius inſtituto in templis publicè vulgo diſtribuitur, ab infelici quadam muliercula ore ſublatum, vt Iudæis ad ludibrium venderetur, mutataque ſententia in pratis ſuburbanis eius oppidi abiectũ eſſet, miraculis quibuſdam inſignibus proditum eſt & repertum. Itaque templum eo in loco Vuladiſlaus Rex condidit, & ſanctiſſimi corporis Chriſti titulo dedicauit.

Mart. Cromer. de rebus Polon. l 16 an. 1402.

Chriſti corpus templo ſtructura honoratur.

VIII. *De humili & profunda Dauidis Scotorum Regis erga sacram synaxin reuerentia.*

Lib. 12. hist. Hector. HVic simile est, quod scribit Hector Boethius de Dauide Scotorũ Rege. Is enim morbo correptus ei ad finẽ vsque vitæ adhærente, quum iam vitæ terminum adesse sentiret, quoad aliquid virium super erat, totum se pietati tradidit. Nam indignum se reputans, ad quem corpus Christi deferretur, dum ipse ad templum accedere adhuc posset, iter duos sacerdotes medius debilitatem eius sustinentes, subleuantesque, ad templum cum ingenti cordis humilitate processit: cumque iam in templum peruenisset, peracta re diuina, sermonẽ ad suos ac circumsistentes habuit de pietate in Deũ, quã beneficus & salutaris ipsum colentib. & illi conuiuentibus esset, vt non modo in præsẽti vita suis cultoribus præmia largiatur magnifica, sed etiã post hanc vitã certo sperare faciat, illa quæ omnem humanum captum excederẽt longissime. Quo peracto in genua procidens, & ardentibus aliquandiu precibus Christum Dominum inuocans, venerabile eius corpus integra fide, synceraq; deuotione suscepit. Inde in cubiculum reductus, conuocatis Primoribus, nepotes suos illis iam extremo commendauit, datoque singulis osculo, vt publicam semper vtilitatem tuerentur precatus est: deinde commendata Deo anima sua, mox obticuit, feliciterque migrauit. *Dauidis regis Scotor. erga Euchar. reuerentia.*

IX. *De miranda Laurentij Medicis erga Eucharistiæ Sacramentum reuerentia.*

Angelus Politia. nus Epi. l. 4. epi. 2. qui vi xit ann. 1487. CVm Laurentius Medices Florentinus laudatissimus studiorum patronus laborasset circiter menses duos è doloribus ijs, qui, quod viscerum cartilagini inhæreant, hypochondrij appellantur, pridie quam naturæ satisfaceret, ita repente concidit totus, nullam vt iam suæ salutis spem reliquam ostenderet. Quod homo, vt semper cautissimus, intelligens, nihil prius habuit, quam vt animæ medicum accerseret, cui de contractis tota vita noxijs Christiano ritu confiteretur. Nocte media quiescenti, meditantique sacerdos adesse cum Sacramento nuntiatur. Ibi vero excussus; Procul, inquit, à me hoc absit, patiar vt Iesum meum, qui me finxit, qui me redemit, ad vsq; cubiculum hoc venire; tollite hinc, obsecro, me quamprimum, tollite, vt Domino occurram: & cum dicto subleuãs ipse se quantum poterat, atque animo corporis imbecillitatem sustentãs, inter familiarium manus obuiam seniori ad aulam vsque procedit: cuius ad genua prorepens, supplexque ac lacrymans: Tu ne, inquit, mitissime Iesu, tu nequissimum hunc seruum tuũ dignaris inuisere? At, quid dixi seruum? imò vero hostem potius, & quidem ingratissimum, qui tantis abs te cumulatus beneficijs, nec tibi dicto vnquam audiens fuerim, & tuam toties maiestatem læserim. Quod ego te per illam, qua genus omne hominum complecteris, charitatem, quæque te cœlitus ad nos in terram deduxit, nostræq; humanitatis induit inuolucris, quæ famem, quæ sitim, quæ frigus, æstum, labores, risus, contumelias: flagella, & verbera: quæ postremo etiam mortem, crucemq; subire re compulit: per hanc ego te, salutifer Iesu, quæso obtestorque, auertas faciem à peccatis meis, vt cum ante tribunal tuum constitero, quo me iam dudum citari planè sentio, non mea fraus, non culpa plectatur, sed tuæ crucis meritis condonetur. Valeat, valeat in causa mea sanguis ille tuus, Iesu, pretiosissimus: quem pro asserendis in libertatem hominibus in ara illa sublimi nostræ redemptionis effudisti. Hæc atque alia cum diceret lacrymans ipse, lacrymantibusque, qui aderant, vniuersis, iubet eum tandem sacerdos attolli, atque in lectulum suum, quo Sacramentum commodius administraretur, referri.

Cõfessio generalis. *Ingens Laurẽtij Medices erga Eucharist. sacramẽtum reuerentia.* *Supplex eiusdem deli Iorũ deprecatio.*

Quod ille cum aliquamdiu facturum negaſſet, tamen ne ſeniori ſuo foret minus obſequens, exorari ſe paſſus, iteratis eiuſdem ferme ſententiæ verbis, corpus ac ſanguinem Dominicum plenus iam ſanctitatis, & diuina quadam maieſtate verendus accepit.

x. *Humilitas & reuerentia S. Guilhelmi Archiepiſ. Bituricenſis erga Euchariſtiam.*

In vita eiꝰ apud Sur. 10. Ia to 1.

SAnctus Guilhelmus Bituricẽſis Archiepiſcopus ordinis Ciſtercienſis, ſentiens adeſſe tempus migrationis ſuæ ab hoc exilio ad patriam diu concupitam, extremæ vnctionis ſacramento humiliter ac deuote percepto, ſacroſanctum Euchariſtiam ſibi quoque porrigi inſtantiſſimè poſtulauit, vt tanto itineris duce munitus poſſet ſecurus hoſtium cuneos penetrare. Vt autẽ Dominum & Creatorem ſuum ad ſe veniſſe cognouit, illico reſumptis viribus, de ſtrato proſiliens, tanquam iam febris omnis abſceſſiſſet, non ſine ſtupore circumſtãtium, maxime quod iam fere in ſupremo ſpiritu poſitus videretur, & vix aliquid liquoris poſſet in os admittere, concito gradu procedit obuiam ſuo Saluatori, vires certe ſubminiſtrante charitate, flexiſque genibus totus lacrymis diffluens illum adorat: vtque ſæpius genua poſſit flectere, crebro proſtratus erigitur, illiq; ſuum agonem tota deuotione commendat, orans, vt quicquid purgandum ſupereſt, ipſe purgare dignetur, ne quid funeſtum in eo poſſit inueniri inimicus.

No'a reuerentiã S. Guil erga Eucharíſt.

xi. *Mauritius Pariſienſis Epiſc. hoſtiam non conſecratam pro conſecrata reſpuit adorare.*

Iac. Vitriacẽſis Card. in hiſt Occid. c.38

PAriſijs cum bonæ memoriæ Mauritius Epiſcopus iam quaſi ſenio deficiens nihil prorſus ſumere valeret, & imminente morte viaticum ſibi dari peteret: Canonici ſancti Victoris Pariſienſis hoſtiam non conſecratam ei attulerunt, non audentes Euchariſtiã ſibi miniſtrare, eo quod nihil poſſet guſtare. Ille vero diuina virtute, quod illi pia intentione fecerant, percipiẽs: Nõ eſt, inquit, hic Saluator meus, quẽ ego cum ſummo deſiderio poſtulaueram. Illi autem vehementer admirantes Chriſti corpus illi attulerunt. Epiſcopus vero Chriſti præſentiam percipiens, cum lacrymis & deuotione ore tantum oſculando tetigit, & ſic ſpiritum in pace Domino reddidit.

x i i. *De pio affectu S. Dominici erga ſanctam Euchariſtiam.*

Ex vita S. Dominici.

DIuus Dominicus Ordinis Fratrũ Prædicatorum facile princeps, & coryphæus, erga Dominici corporis venerabile Sacramentum eximia deuotione feruebat, & crucifixi Saluatoris excellentiſſimam in nos commemorãs charitatem, & immenſam dulcedinẽ, quaſi totus in eius amorem præ nimia deuotione abſorptus videbatur. Nec raro, dum in Miſſa Chriſti corpus eleuabat, mentis eſt paſſus exceſſum, maieſtatis Diuinæ præſentia delectatus.

x i i i. *Erga Euchariſtiam ingens amor & ſtudium D. Franciſci.*

In vita eiꝰ apud Sur. t. 4. die 4 ꝗ. Octob. c. 9 ex D. Bonau. & Aloy. Veron. Epi. S. Franciſci amor erga Euchar.

BEatus Franciſcus Ordinis Fratrum Minorum anteſignanus, flagrabat erga Dominici corporis ſacramentum feruore omnium medullarum, ſtupore admirans per maximo illam chariſſimam dignationem, & dignãtiſſimã charitatem. Sæpe communicabat, & tam deuote, vt alios deuotos efficeret, dum ad immaculati agni deguſtationem ſuauẽ, quaſi ſpiritu ebrius, in mẽtis vt plurimum rapiebatur exceſſum.

x i i i i. *P. Franciſcus Xauerius flexis genibus Euchariſtiam miniſtrat.*

P. Horatius Turſelli. lib. 6 de vita F Xauerij. c. 6

PRoprium P. Franciſci Xauerij Societatis Ieſu ſacerdotis erat, vbi cõmode id fieri poſſet, ſacroſanctam Euchariſtiã ſubmiſſis genibus miniſtrare populo. Et euentus docuit eam rem Deo cordi fuiſſe. Coſmus quidem Saraina medicus nobilis, alijq; cõplures

Submissis genibus Eucharistiam ministrat Xauerius.

viri honesti & graues liquido affirmarunt, Xauerium in Goano templo positis genibus sacratissimũ Christi corpus præbentem populo sæpe ab se esse conspectum, cum amplius cubito sustineretur diuina vi sublimis à terra. Submissioné eius efferri à Deo sētires.

XV. *De Coletæ virginis religiosæ erga sacram Eucharistiam deuotione & reuerentia.*

In vita eius ca. 40 & Stephan. Iuliacum eius contemporaneũ, apud Sur. 6 Mart. to 2.

Mira sane deuotione & ingēti, reuerentia afficiebatur Coleta virgo erga præstantissimum Eucharistiæ Sacramentum: neque id mirum: inde enim hauritur omnis cōtemplatio, in illo reperitur spiritualis consolatio, ibi suauiter sapit feruens meditatio, per illud donatur æterna beatitudo. Itaque vbicunque esset, quotidie Missam sanctissimam, in qua Christi corpus consecratur, cum multis lacrymis deuotissime audiebat: et vt eam maiori animi deuotione audiret, sæpenumero conscientiam suam humili cōfessione expurgabat. Cum aũt ob res necessarias conficiendas extra monasterium degeret, cum cæteris quidem publice eam audiebat: alias priuatim & secrete, neminem tum admittens præter sacrificantem & ministrum eius, qui sacrificio interesset, ne diuinitus ei collata dona specialia alijs forte innotescerēt. Etsi autem publice cum multa pietate interesset sacrificio, maiori tamē affecta videbatur, cum priuatim ei adesset. Cùm autem ventum fuit ad sacræ hostiæ eleuationem, profundissima humilitate, ingentiq; tremore adorabat eā, seipsam deprimens & vilipendens, plorans & gemens adeo, vt prorsus in lacrymas resoluta videretur: in eiusmodi quoq; clamores erumpēs ab intimis cordis angoribus expressos, vt omnes mirabili cōmiseratione simul & admiratione afficeret. De ipsius autem Sacramenti excellentia virtute, sublimitate & magnitudine, de Christi in eo præsentia, & de mysterijs eius tam perspicuam habuit notionem, vt qui aderant, certo existimarent, Christum ei reuera apparere forma aliqua ipsi soli nota. Post hanc autem adorationem Eucharistiæ, sæpissime permāsit diuini amoris accēsa flammis, sublata sublimius in spiritu, Deoque perfecte coniuncta, ita vt sibi videretur tota transformata in Deum, & supra naturam rapta, sensibus corporis plane cessantibus ab officijs suis.

Hostia sacra eleuatione in Missa.

Ea sublimis ad orat Coleta.

XVI. *Quanta animi demissione et feruore Christum in Missa adorabat Coleta virgo.*

Non raro etiam sub Eucharistiæ eleuatione perspicue cernebat S. Coleta virgo religiosa eius, qui faciebat sacrificium, cōscientiam, & quo in statu ille esset. Attamen, ne proderentur alijs dona Dei ipsi specialiter collata, clam & prudenter indicabat sacrificanti vitia eius, vt ea corrigeret, prorsus reticens modum, quo ea ipsi innotuerant. Habuit autem hoc ex speciali Dei gratia, vt quantumuis breui spatio Eucharistia ei ostenderetur, nūquam hæsitare potuerit, quin illic verum esset corpus Christi, planeque cognosceret eius magnitudinē, præstantiam, & veram præsentiam: statimque illud cum multis lacrymis & gemitib. adoraret. Fuit aliquando in monasterio sito in ea regione, qua solent vsitatius album, quam rubrum vinum sacrificio adhibere. Ibi tum sacrificanti sacerdoti obtulit minister aquam, putans esse vinum. Quando autem ventum est ad eleuationem, corpus quidē Christi adorauit Coleta, ea, qua solebat, humilitate, reuerentia, lacrymarum, & suspiriorum copia. Cū autem calix eleuaretur, noluit adorare, sentiens in spiritu non esse ibi verũ Christi sanguinem. Porro complures cum Religiosi, tũ seculares summopere conati sunt, aut saltem expetierunt esse iuxta, vel intra oratorium, vbi Missam illa audiebat, vt re ipsa cōperirent feruentem eius, & humillimam Eucharistiæ adorationem, audirentq; suspiria

Ibi. c. 41

Nota.

Coleta reuerentia erga hostiam sacram.

ria & clamores, quos Chriſto illic præſente edebat. Sed illa id permittere haudquaquam voluit, niſi vel admodum religioſi eſſent, vel ipſi valde familiares. Quod ſi aliqui clam latitaſſent in locis occultis oratorio propinquis, non latebat ſpiritum eius, Chriſto id ei reuelante. Itaque de talibus mærenti animo conquerebatur patribus & fratribus ſuis, quod non permitteretur pro ſui conſolatione adorare Dominum Deum ſuum, propter homines inſidioſe ipſius arcana ſcrutari volentes. Interrogata vero, cur tam alta ederet ſuſpiria & eiulatus ſub eleuatione, blanditer reſpondebat, ſe plerumque aliter facere non poſſe, etiãſi totus adeſſet mundus. Sentiebat enim immenſam maieſtatem, & potentiam Regis Regum, cuius comparatione nihil eſt mundus vniuerſus. Attamen ſi intereſſet ſacrificio publico domi, vel foris: licet eodem modo affecta eſſet, Deo mirabiliter in hoc diſpenſante, non eam foris oſtendebat deuotioné, quam ſolebat in priuatis ſacrificijs.

TIT. V. De contemptorum venerabilis Euchariſtiæ pœnis.

EXEMP. I. *De duobus hæreticis, qui canibus ſacram proiecerant hoſtiã, ab iiſdem in partes diſcerptis.*

Ex Op. Mileuit. Epiſt. l. 2. contra Donatiſ. Baed. l. 1 cap. 15 Bar. t. 4 ad ann. 362.

INter alia nefanda Donatiſtarũ flagitia, de ſubuerſis altaribus, de ſtupratis teſtimonialibus, &c. narrat Optatus Mileuitanus li. 2. de Schiſmate Donatiſtarũ, Vrbanũ Formenſé, & Felicé Idicerſé Donatiſtarum Epõs iuſſiſſe Euchariſt. canibus fundi, nõ ſine ſigno diuini iudicij. Nam ijdem canes accẽſi rabie ipſos dominos ſuos quaſi latrones ſancti corporis reos dente vindice, tanq̃ ignotos & inimicos laniauerunt.

Euchar. canib. mandatur nõ ſine diuina vltione.

II. *De ſartore blaſphemo, in cuius os horrida viſa aranea de alto tecti culmine directo filo deſcendere.*

Th. Walſ. in d.

HIſtoriam refero, quã ego præſens vidi oculis carnis meæ, in cathedrali Eccleſia S. Pauli Londini, vbi venerandus Cãtuarienſis antiſtes felicis recordationis Thomas Arundelius filius & frater Comitũ pro loco iudicij (aſſiſtentibus ſibi Noruicenſis Eccleſię tunc Præſule Alexandro & alijs) reſidens Epiſcopali ſede, verba quædã & interrogationes proponebat de fide Euchariſtiæ ad quendam ſartorem de partibus Vuigorniæ deprehenſum in hæreſi. Cumq. flecti omnino nõ poſſet, nec aliud quam benedictũ panem ſacratiſſimam hoſtiam volebat appellare, vel credere tãdem iuſſus facere reuerentiam hoſtiæ: reſpondit blaſphemus: Vere, inquit dignior eſt aranea reuerentia. At ilico de alto culmine tecti deſcendens ingens, & horrida viſa aranea ad os blaſphemi directo filo peruenit. Et dum ſartor loqueretur, vt intraret per polluta labia aranea, ſollicite laborabat. Adſtitit illuſtris princeps Thomas Oxonienſis Dux, tunc regni Cancellarius, & vidit prodigium. At prædictus Archiepiſcopus ſtatim ſurgens cum alijs exponit omni illic collecto populo, quid vltrix manus Domini faceret in blaſphemum. Nec mora, qui precioſiſſimæ carni Agni prælegit araneam, peccatricem carnem ſuam flammis deuorandam amiſit: vt eſſet fauilla peior aranea. Ecce doctrinam fœdam, & amaram errantium, qui Sacramentum optimum ſic in figuram attenuant, vt idolum faciant.

cõtra Ioan. Vuicleph lo. Garc. l:. veri. cor. Chriſti i Euchar. Cõt. 14. & Bro. l. 1. col ſacr. c. 30. ann. Do. 1384.

Euchar. contem. ptã vltio.

Hæretic. comburitur.

III. *Venerabile Sacramentum in fornacem ignis mittunt Iudæi, et in incude poſtea malleis percutiunt, integrum tamen ac illæſum permanet.*

Ex Chr. Traiect. l. il Brũdẽ. li. 5. Col. ſac. c. 51. an. 1337.

CAlamitoſa gens Hebręorũ in oppido Bauariæ noíe Der:endorf, ſito ĩ littore Danubij, maieſtaté Ieſu Chriſti in diuiniſſimo Sacro mirum in modum contempſit, & religionem noſtrã illuſit: id poſt varias punctiones in fornace ignis poſuerunt, illæſum tamen ab igni manſit: in incude quoque malleis pcuſſerunt. Qua re diuino nutu cognita, pręfectus oppidi Hartmãnus de Degen-

Degenberg cum ciuibus oppidi Iudęorum domus inuaserunt, non sexui, non ætati parcentes, veritate cognita, debitis pœnis afflixerunt, & neci dederunt, Sacramentum obseruatum in ecclesia Sepulchri Domini miraculis varijs in eo oppido honoratur.

IV. *Memorabile exemplum de triginta Iudæis in diuiniss. Eucharistiam sæuientibus grauiter punitis.*

Ex Ioa. Naucle. in Chro. gene. 50. T. Bred. li. 7. Co. sacr. ca. 59 circa an. 1492.

Genus hominum calamitosissimum Iudęi, nouissimè anno salutis 1492. die 22. mensis Octobris in oppido Sternebach, sub dominio Principum Magnopolensium, auxilio Petri sacerdotis. Eleazar Iudæus & complices sui, sacrum Eucharistię diuinissimum per hostias maiorem & minorem obtinentes, has perforarunt, & cruor illico pro siliji, quo linteum præcinctum ruborē accepit. Quo miraculo territi ad Petrū id deferunt. Principes autem illustres Balthazar & Magnus fratres, re comperta, cum vestigia vulnerum, quæ remanserant, cernerent, Iudæos cremari fecerunt 30. numero. Petrus vero prædictus sacerdos se illis vendidisse confessus est, & quomodo post puncturas Iudæi Sacramentum cruentum, & pāno inuolutū sibi restituerint, & quod suffoderit in terram: vbi, eo indicante, inuentum est cruore conspersum. Sacerdos degradatus & incineratus fertur. In eodem autem loco hodie multa fiunt miracula.

V. *Emptam Eucharistiam pupugit Iudęus, ex qua sanguinis guttæ emanarunt.*

Nic. Basi. 1º ad ditio. ad Chro. to. Naucl. Ribera Ponta. l. 5. rerum memora bili. Et L. Sur. in

Anno 1510. mēsis Februarij die sexto, imtempestæ noctis hora, circiter vigiliam noctis secundam, homo quidam sacrilegus nomine Paulus Forin, patria Pomeranus, ecclesiam furtiue intrauit, atque ciborium perfringens, capsellam, in qua venerabile Sacramentum Eucharistiæ reconditum seruabatur, deauratum cum hostijs & particolis duabus consecratis furatus est. Sequenti autem die furti pretium existimans, monstratile cum particula vna Iudęo cuidam emendum obtulit. Nam antea particulam alteram indignus furcifer deglutiuerat. Iudæus vero capsulam, siue monstratile considerans: Maius, ait, & multo esset carius, quod his inclusum fuit vasculis: quod si portasses, digno pretio redemissem. At sacrilegus ille excæcatus malitia, de sinu alteram extrahens hostiam Iudæo appretiandam tradidit. Verum Iudæus appenso vili pretio, nouē grossis; quorum duo & triginta florenum Rhenensem faciunt, Domini & Saluatoris nostri corpus sub sacramentalibus speciebus velatum ab iniquo venditore emit. Vtcumque actum sit, mordet reum scelus commissum, timetque semper sæua & perturbata conscientia: fugit mercator iniquissimus ad Vuendos, vbi fama peruolante factum innotuit. Reuersus tandem ad propria sacrilegus captus, atque in tortura positus crimen confitetur, ac rei gestæ ordinem recitat. Iudæus vero, qui Dominicum corpus emerat, ad nudā superpositū mensam pugione sæpius vibrato transforare tentabat: sed Deo volēte inter tot pūctiones hostia permāsit integra. Quod videns malitia excæcatus Iudæus, in furiam actus dixit: Si tu es Christianorum Deus, manifesta te nomine mille dæmoniorum. Quo dicto citius in tres scissa partes particula sanguineo per circunferentiam immaduit rubore. Territus Iudæus particulas panno inuolutas mensem vnum apud se retinet, & deinde duobus alijs Brandeburgi & Stendelij morantibus singulas particulas mittit: tertia sibi reseruata, quam rursum mensæ impositam pugione conficit, vnde sanguinis guttulæ dimanarunt. Consternatus illa, & veritus se proditum iri, particulā absūmere nititur, sed non valet: dein mittit in aquam, at illa enatat: tertio in ignē proijcit, sed nihil id hostiæ nocet. Ad extremum sub Paschatis solem nitatem azymos coxit panes, particulamque

Com. rer. in orbe gestariū, an. 1510. Boz. lib. 14. de signa. ca. 7. nu 6. Pauli Forin sacramentarij nefandū facinus.

Insigne miraculum.

Eucharistia a Iudęo confissa cruorē mittit.

Alia stupēda miracula.

Iamque massulæ azymi panis immixtam in furnum iactauit, moxque furnus alioqui obscurus resplenduit, & massula illa in Iudæi faciem insiluit. Nouo ille terrore correptus massulam illam cum particula alteri cuidam Iudæo transmisit. Iam res erat prolata in publicum, & Marchio Iudæos omnes in ipsius ditione morantes Berlinū acciri, & in vinculis teneri iussit. Habita autem ex illis qōne, præter alia flagitia non parum multa, fassi sunt se intra paucos admodum annos septem Christianorum infantes acubus & pūctionibus peremisse. Igitur lata in illos sentētia 40. flammis traditi sunt. Tres alij Iudæi baptisma perceperunt quidem, sed postera die duo capite plexi sunt: tertius pluribus pro eo rogantibus vita donatus diui Francisci institutum Berlini cōplexus est. Porro ter exsecrandus ille sacræ hostiæ proditor Paulus Forin, candentibus discerptus ferris in cinerem voracibus flammis redactus est. Denique Iudæi omnes è tota Marchionis ditione ita proscripti sunt & extrusi, vt sub pœna capitis omni eis reditu interdictum sit.

Christianorum infantes Iudæi perimunt.

Diro supplicio interficitur sacrileg⁹

VI. *Frisia fluctibus marinis fere submersa ob irreuerentiam SS. Eucharistiæ præstitam.*

Refert Michael Buchingerus Colmariensis in suo Tyrocinio de sacro altaris mysterio, ex Cornelio Cornipolitano in sua Chronographia, anno salutis humanę 1273. Frisiam fere totam submersam fuisse fluctibus marinis, ac isthic perijsse plus quam centum millia hominum, idque propter conuitia & irreuerentiam factam Sacramento Eucharistiæ.

Mich. Buchinger. ex Cor. Cornipolitano. Brid. li. 1. Coll. sacr. c. 2. 57 1273.

VII. *Memorabilis historia de quodam hæretico in SS. Eucharistiam blasphemo, eiusque horrendo interritu.*

Anno Dñicæ Incarnationis 1561. antequam Geusicus furor effrenatius erumperet non minus horrendum, quam memorabile signum circa venerabilem Eucharistiā edidit Deus Opti. Max. Nouiomagi ad Vuahalim fluuium, quæ ciuitas in ducatu Geldriæ, & antiquitate, & populi frequentia, & mercimonijs, priuilegijsque celebertima est. Accidit ibi feria secunda Paschæ (quæ tum incidit in septimum diem Aprilis) circiter horam diei nonam, vt sermone in ecclesia Parochiali simul & collegiata, quæ Protomartyri Stephano sacra est, absoluto, alter parochorum nomine Antonius Vorstius vna cum æditu o seu custode templi Ioanne Haeps accerseretur ad ægrotantem mulierculam, quæ in solemni die Dominicæ Resurrectionis ob corporis imbecillitatem in templo non communicarat. Decumbebat autem mulier in platea Regularium, sic dicta, quod via illa per fundum Canonicorum Regularium in ea vrbe cōmorantium iam olim sit munita. Porro in altiore vici parte prope vallum oppidi taberna erat meritoria, in qua parum honeste tunc temporis diuersabantur viri duo iuuenes: vni Nouiomagū patria erat, alteri Traiectum superius ad Mosam: vtroque ibidem tum ouum Paschale, quod vocant, solito more elixum manibus tenente, periculo hauriendi poculi cereuisiarij, vter suum prius ouum glutire queat. Interim adueniat pastor prædictus, cum venerabili Sacramento ouiculam suam infirmam in vicinia commorantem refecturus. Audita per plateam nola, quæ præferebatur Eucharistiæ, alter ille, qui Traiectensis erat, in contemptum tremēdi mysterij audacter dixit ad sodalem suum: Ego ouū istud, quod manu teneo, citius deglutiuero, quam ægrotans muliercula Deastrum illum (teutonice das Goed-en) dixit, & protinus hians ouum in os immisit, volens traijcere illud pēr gulam. Sed ecce pręsentissimam Dei vindictam, qua præpeditus nullo modo ouum transmittere potuit. Hęrente autem illo in faucibus, cum miser homo se statim suffocatum iri, nec spem vitæ reliquam videret,

Til Breden. in Col. sac. et Bella. l. 3. de sa cr. Euch. c. 8. an. Domini 1561.

ret, oculis horribiliter contortis conspicit candelam sebaceam ex clauo pẽdentem. Arripit celerrime sebaceum, & absque mora inijcit ori cupiens conansque candela tali protrudere ouũ, sed frustra. Nihil enim aliud effecit, q̃ qd sebo candelæ in gutture apud ouũ relicto, ellychnium seu fila nuda tetra xerit. Hic spe frustratus humi procumbit instar bouis mactari, memoria, loquendiq; facultate oĩno priuatus; Et supinus iacens, fuliginosum & velut Æthiopicum induit vultũ, & gutture diuina vltione confracto tristissimã efflat aĩam, Parocho memorato cũ sacro sancto illo pane cæli adstante. Is.n. simulatq; infirmam communionis participẽ fecisset, ex illa domo rediens audit miserabiles voces ex taberna resonantes: horrore perculsus introcurrit cum venerabili Sacramento: rogat, q̃d illuc sit negotij: audit ex ore præsentiũ rei gestę seriem: hominẽ diuinitus percussum videt humi palpitantem: & cũ morte certantem, & paulo post exspirantis guttur fractum: ouo nunc instar tuberis intercutanei in altero colli latere, & nõ in faucibus residẽtis. Hæc ego ad verbum scribo ex ore ipsius Parochi Dñi Antonij Vorstẽsis, qui apud Nouiomagenses curam gessit animarum annis 26. & amplius, magna cum laude, vsq; ad extremos furores Goeusiorum, Parochus pariter & Canonicus ibidem: in præsens autem ob verbi diuini gratiã & bonitatẽ suã, Catholico Resensiũ gregi gratissimus pastor. Miraculũ istud nulla vnquam obliuione oblitterandũ, non sermone tm̃ omnium fere Belgij habitatorum, verum ẽt publico carmine celebratur, quod ab omnipotente misericordia Dei profectum creditur, ad constabiliendam Catholicæ fidei veritatem, quo tempore grauissima imminebat persecutio.

VIII. *De sacra Eucharistia splendorem emittente in lutum proiecta.*

Ex Soph. prat. spir. DAde Cypri emporiũ est. In eo monasterium est, quod dicitur Philoxeme. Ad id cum venissemus, inuenimus ibi monachum genere Melitinẽsem Isidorum nomine, hunc vidimus sine vlla intermissione cũ eiulatu flentem. Cum autem rogaretur ab omnibus, vt aliquantulum quiesceret, & à fletu temperaret, nulli penitus acquiescebat, dicens omnibus: Nimium peccator sum vltra omnes, qui ab initio sęculi fuerunt. Cum autem illi diceremus: Nullus certe sine peccato est, nisi vnus Deus: respondebat dicens: Veraciter fratres, nullum inueni inter homines similem mihi peccatorem, nullumque maius delictum, quam meũ. Et vt cognoscatis, me vera prosequi, audite peccatum meum, vt & vos oretis pro me. Ego cum essem in sæculo, vxorem habui. Eramus autem ambo Seueriani dogmatis. Cum ego die quadã venissem domum non inueni vxorem meam. Audiui autem quod abijsset ad vicinam mulierem, vt illic communicaret (erat aũt illa Catholicæ religionis & fidei) cucurriq; protinus volens prohibere. Profectus aũt domum inueni iam communicasse. Quare indignatione concitatus apprehendi guttur eius, feciq; illam euomere sacram communionem. Sumptam deinde particulam sanctam huc illucque iactabam, donec in lutum cecidit. Mox aũt vidi corusca tionem in eodem loco sanctam assumpsisse cõionem. *Magnũ miraculũ de cõmunione.* Post biduum vero aspicio virum quasi Æthiopẽ semicinctijs vestitum, dicentemque mihi: Ego, & tu simul in vnum supplicium condemnati sumus: Et ego ad eum: Tu, inquam, quis es: Respondit: Ego sum, qui conditorem omnium Dominum Iesum Christũ in maxilla percussi passionis tempore, atque de hac causa à fletu temperare non possum.

c. 30 Bar. to. 6. Ann.

IX. *Submergitur Frisia ob irreuerentiam venerabili Sacramento factã.*

FRiso quidam arte pugil in prouincia Frisiæ extitit, qui quoties de taberna ebrius redijt, toties vxorem verberibus & plagis satis tribulauit. Tem *Io. Nau. cle. vol. 2 gen. 41 an. 1220*

pore

pore quodam timore mariti infirmitatem simulans, ne simulatio eadem posset notari, corpus Domini sibi dari postulauit. Venienti sacerdoti pugil cum scypho cereuisiæ ebrius occurrens bibere monuit: & cum ille responderet: Corpus Domini porto, non modo bibam: iratus Friso cum scypho pixidem percussit, & omnes hostias de illa excussit, ita vt per pauimentum dispergerentur. Matronæ vero, quæ consolationis gratia conuenerant, super singulas hostias tanquam stellas radiantes viderunt: quas sacerdos gemens ac dolens in pixidem recollegit & abijt. Friso vero à Decano prouinciæ citatus, excommunicatus est, sed non curauit. Qui tandem ad hoc compulsus est, vt cruce pro tanto sacrilegio signatus, cū iam dicto sacerdote etiam cruce signato veniret Romam. Cui Dominus Honorius Papa culpam confitenti pro pœnitentia iniūxit, vt mare transiret, ibique tribus annis in armis Christo seruiret. Quid plura? Mare transierunt ambo, & ante Damiatam mortui sunt ambo. Quibus defunctis cum anno eodem Dominus prouinciam terribiliter plagasset, & causa plagæ populum lateret matronæ cuidam valde religiosę, Domino in ieiunijs, orationibus, vigilijs & eleemosynis seruienti, materterę videlicet Domini Vuiniboldi Abbatis sācti Bernardi beata Dei genitrix Maria lacrymis eius mota, populique miserta, apparens sic ait: Propter iniuriā filij mei in Sacramentum corporis eius factam submersa est Frisia, & adhuc amplius plagabitur, si condigna pœnitentia non fuerit subsecuta.

Irreuerētia in sacramentum.

Pœnitentia ab Honorio iniuncta.

Frisia cum aquis obruta.

Maria virginis apparitio.

X. *Lutheranus sacram irridens Eucharistiam in processione delatam mox diuinam sentit vindictam.*

ANno 1563. cum Erphordiæ D. Sigillifer Theodoricus Baumeier venerabile Sacramentum festo corporis Christi in processione portaret, ac Lutheranus nobilis blasphemo ore diceret: Ecce, quem cuculum hic senex portat; statim dat pœnas blasphemiæ: procidens enim in terram fit epilepticus, portatur in ambitu in sacellum, accersitur medicus D. Ioannes Hebenstreit, qui continuo asserit esse casum desperatum. Post paucos dies in magna impatientia moritur.

Vvilhel. a Gel. in libello de Euch edito Colon. ann 1584.

XI. *Impiorum manibus non sinit se tractari sacratissimum corpus Domini.*

CVm Romæ via Appia sāctus Tharsitius acolythus & martyr quodā die deferret Christi corporis Sacramēta, nec vellet ea discutientibus prodere Paganis, indignum iudicans porcis margaritas prodere, tam diu ab eis fustibus ac lapidibus est mactatus, quousque spiritum exhalaret: Et reuoluto eius corpore, sacrilegij discussores nihil Sacramentorum Christi in eius manibus ac vestibus īuenire potuerūt.

Martyr. Vsuardi monachi 15. Aug. an 812.

XII. *Eucharistia irreuerenter in cœnum proiecta splendore ex ea emisso detegitur.*

NEc illud sane silentio prætereundum est, quod anno Christi 1345. apud Cracouiam accidit. Nam consceleratì quidam homines sacrilega cupiditate adducti sanctissimum corpus Christi sub forma panis reconditum, cum ferculo suo è templo omniū Sanctorum memoriæ dicato suffurati essent, atque id ferculum non aureum, vt crediderunt, sed æneum inauratum esse comperissent, apud Bubalum siue Bauolum pagum suburbanū, qui erat in ditione Collegij Basilicę Cracouiensis, in cęnosam paludem id irreuerēter abiecerunt. Mox locus crebris ignibus atq; faculis dies noctesq; aliquot perpetes collustratus est. Id miraculum cū ad Episcopum perlatū esset: neq; causa tamen eius pateret, post triduanum ieiunium Episcopus eo cum solemni pompa Sacerdotum & supplicationib. profectus est: repertamque sanctissimam Eucharistiam ingenti cum veneratione eo, vnde sublata erat, retulit. In eo vero loco vbi ea reperta est, Cazimirus

Martin. Crom de rebus Polonorum l. 12 anno 1435.

Euchar. irreuerēter a tractata splēdorē edit.

Templū ex voto in honorē corporis Christi.

mitus in sequēti anno augustum templum titulo corporis Christi decoctis lateribus ædificauit.

XIII. *Eucharistiæ Sacramentum fur tiue cum repositorio sublatum miraculose se prodit mirifico splendore coruscans.*

Seraphi Racius D. Dom. in hortulo exēp tit. 32.

ANno 1453. quadam feria quinta & sexto die Iunij circa horā decimam, grande virtute sacratissimæ hostiæ Turrini visum est miraculū, prout videre est in littera quadam authentica: quæ in hunc vsque diem extat impressa, & adhuc in prædicta ciuitate imprimitur, in tanti ac tam stupendi miraculi memoriam perpetuam. Historia autem talis est. Existente discordia quadam inter Francos, Sabaudos & Pedemontanos, ratione quorumdā mercatorum, qui vna cum mercibus suis retenti, & intercepti fuerant Isuillæ, accidit locum istū euersum, ac plane deuastatum fuisse. Inter alia autem accidit & hoc quendam scilicet ex ecclesia sustulisse tabernaculum argenteum, in quo requiescebat sancta hostia consecrata, quam & in fasce quodam occultauit. Ille vero prædictam sarcinam mulo super imponens, recta cum illo processit per Susam Viglianā, & Riuoli Susinam, & vbi Turrinū deuenit per portam templo S. Syluestri proximum, mulus sese in terram pronus deiecit, & absque humano vllo interueniente medio & cooperatione, sarcinula mulo superiniecta se ipsam miraculose reserauit: & simul taberna culum ex eodem prosiluit in aera se sublevans, permagno splendescens lumine, ita vt ad instar solis cuiusdam so lares radios emittere videretur. Hoc primo vidit venerabilis quidam vir nomine Bartholomæus Cocone, qui confestim adijt Reuerendiss. Ludouicum Romagnan pro eo tempore Episcopū Turrinensem, qui crucis vexillo comitatus, necnon, & omnibus Ecclesiasticis personis circumcinctus, solemni pōpa locum petijt. Quo vbi peruenit, statim in genua proruit, idem omnibus facientibus, qui tam insolito aderant spectaculo, & tunc, mirabile dictu, ipsum repositorium in terram decidit, ipsa sola hostia in aere suspensa, & hærente, & summe splendescente. Propter quam causam Episcopus calicem deferri mandauit, & stans deuotè hostiæ eum imposuit: tum ipsa hostia in eum protinus descendit, & tunc magna cum solemnitate & reuerentia eā in cathedralem ecclesiam detulit: in qua postea fabricatum est tabernaculum admodum nobile, & speciosum, quod perdurauit vsque in tempus quo innouata est cathedralis ecclesia. In cuius facti piam sanctamque memoriam extructum fuit in prędicta ecclesia sancti Syluestri sacellum sacratissimi Sacramenti, in quo depictum conspicitur prædictum miraculum: & insuper ibidē deuotissima cōfraternitas erecta est.

TIT. VI. De reuerentia à brutis sacrosanctæ Eucharistiæ exhibita.

EXEMP. I. *Tolosæ ad Bonouilli hæresiarchæ confusionem & conuersionem Eucharistiæ Sacramentum adorat iumentum.*

IN partibus Tolosanis quandoq; incidit Antonius Paduanus Franciscanus in disputationem acerrimam cum perfidissimo quodam hæresis architecto de salutifero Sacramento Eucharistiæ. Iam pæne vicerat hominem, parumque aberat, qui n ille catholicæ veritati accederet, cum post multa & varia, per quæ elabi nitebatur argumenta, in hæc ille verba prorupit: Missa faciamus verba & ad res veniamus. Si tu miraculo testatum efficere potueris, in Eucharistia verum haberi corpus Christi, omni perfidia abiurata mox ceruices meas Catholicæ fidei iugo submittam. Respondit vir Dei cum multa fiducia: Confido in Christo Saluatore, me pro tui & aliorum conuersione id, quod postulas, ab eius misericordia impetraturum. Tum surgens hæreticus,

In vita S. Anto. Padu c. 18 à quodā P. Frā ciscano fideliter scripta apud Sur. 13 Iunij to 3 & Tho. Bozium to. 2. lib. 14. c 3 n. 3.

cus, & manu ſilentium indicens, ait: Ego iumentum quoddam triduana inedia macerabo: poſt triduum vero producam illud conſpectum populi, & paratas eſcas oſtendam illi: tuque ſtabis ex aduerſo cum tuo illo, vt dicis, corpore Domini: ſi iumentum, poſthabito ſuo, properarit ad adorandum Deum ſuum, Eccleſiaſticæ fidei totus accedã. Aſſenſit ijs vir Dei abſque mora. Iam dies præfixus aderat, & in plateam latiſſimam vndique fiebat hominum cõcurſus. Adeſt etiam vir Dei Antonius ingenti Catholicorum frequentia ſtipatus: nec abeſt hæreticus cum nequiſſima ſuorum caterua. Prope aderat ſacellum, in quod vir ſanctus ingreſſus cum multa deuotione obtulit Miſſæ ſacrificiũ. Eo peracto, egreditur ad populũ cũ ſumma reuerentia geſtãs corpus Dñi. Producitur è cõclaui mulus bene famelicus, congruũq; illi pabulũ offertur. Tũ imperato ſilentio, vir Dei cum multa fiducia bruto illi animãti dixit: In virtute & nomine Creatoris tui quẽ in manibus, licet indignus reuera teneo, tibi præcipio, vt cõfeſtim humiliter huc accedas, & eã q̃ par eſt. illi præſtes reuerentiã, vt hinc perſpicue intelligit peruerſitas hæreticorũ, oẽm creaturã ſuo ſubdi Creatori, quẽ dignitas ſacerdotalis in altari cõtrectat. Nec dũ Chriſti ſeruus dicendi finem fecerat, & ecce iumẽtũ illud, neglecto pabulo, vſq; ad poplites ſubmiſſo capite acceſſit, & corã illo viuifico corporis Chriſti Sacr̃o genu curuauit. Mox immenſo gaudio exultãt Catholici, hæretici dolore animi cõtrahũtur. Laudatur & benedicitur prepotens Deus, fides Catholica extollitur, hæretica prauitas pudore afficitur, & opprobrio ſempiterno. Hæreſiarcha autem ille coram omnibus abiurata perfidia ſanctæ Eccleſiæ mandatis deinceps paruit.

S. Antonij Patauini miraculum erſga ... ad probã dam Euchariſt. veritate.

Iumẽtũ adorat Euchariſtiam.

II. *Ouis b. Franciſci ſacroſanctam diſcit venerari Euchariſtiam.*

D. Bona. in vita eius c. 8. § 7.

CVm aliquando beatiſſimus P. Franciſcus Ordinis Fratrum Minorum inſtitutor, apud ſanctam Mariam de Portiuncula eſſet, quædã viro Dei fuit ouis oblata, quam propter innocentiæ & ſimplicitatis amorem, quas ouis natura prętendit, gratanter ſuſcepit. Monebat pius vir ouiculam, vt & laudibus diuinis intenderet, & ab omni fratrum offenſa caueret. Ouis autem, qua ſi viri Dei pietatem aduerteret, informationem ipſius ſolicite obſeruabat. Nam audiens fratres in choro cantare, & ipſa eccleſiam ingrediens ſine alicuius informatione flectebat genua vocẽ balatus emittens, ante altare Virginis Matris, ac ſi eam ſalutare geſtiret. Inſuper & cum eleuaretur ſacratiſſimũ Chriſti corpus inter Miſſarũ ſolẽnia, flexis curuabatur poplitibus, tanq̃ ſi reuerens pecus de irreuerentia indeuotos argueret: Chriſtoq; deuotos ad Sacramenti reuerentiam inuitaret.

Diſcant heretici à pecude Euchariſtiam venerari, et adorare.

III. *De reuerentia ſacratiſſimæ Euchariſtiæ ab agnello exhibita.*

In vita eius apud Sur.

DElectabatur mirum in modum agnellis, turturibus, & id genus alijs caſtis animalibus Coleta virgo religioſa. Oblatus ei quandoque ex deuotione fuit agnellus, quidam, quem illa tam ob munditiam, quam ob Agnum illum ſine macula libenter accepit. Erat verò is illi multis modis non paruo ſolatio, maxime quod ſoleret, à nullo prorſus vel edoctus, vel compulſus, cum Chriſti corpus in Miſſa eleuabatur, ſe ſubmittere in genua, nec ſurgere, donec eleuatio illa peracta eſſet.

Sacrũ Euchariſtiam adorat agnellus.

IV. *Iumenta ruſtici Euchariſtiam venerantur.*

P. Iacob. ... in eſt ... Lerum.

IN Bauaria non lõge ab Ingolſtadio, ruſticus quidam ſimplex, ſed pius, cum ob curam, quam gerebat beſtiarum, non poſſet omnibus feſtis adorare Chriſtum in ſacrificio Miſſę, ſecreto particulam ſacræ hoſtiæ aſſeruatam in foramine baculi ſui in hunc finem facti depoſuit. Quem baculum, feſtis omnibus, quibus illi non dabatur aditus ad eccleſiam, humi defigebat, & in eo geni-

genibus nixus, recitato Rosario, alijsq; precibus, venerabile Sacramentū adorabat. Cum autem quodam tempore bestiæ ob aeris incommoditatem, vel alia de causa hac illacq; discurrerent, ille alium baculum, quo ordinarie vti fueuerat, in illas abiecit, & forte baculum, in quo erat Sacrum, deiecit. Vnde dolens flexis genibus conatus est illum attollere, sed terra, in qua erat baculus, se demittebat: & eo magis, quo plus ille manū admouebat: erigensq; se animo toto perturbato, ecce videt omnia iumenta circum fossam genib. flexis Dominum adorare. Itaq; bonus homo ex miraculo attonitus continenter lachrymas accurrit ad Parochum: Parochus adit Episcopum, qui cū processione vt ad locum peruenit, cū magna reuerentia & humilitate baculū, in quo erat sanctum Sacrum, excepit. In memoriam autem huius miraculi constructa est ibi ecclesia, quæ dicitur Saluatoris, ad quam magnus est populi concursus, qui solet ex fossæ illius terra capere. Hoc miraculū ignoro à quonam scriptum sit. Ego in loco fui, fossā vidi, & ecclesiā visitaui, in qua puto ēt huius miraculi historiam depictam.

Miraculū de iumentis Sacramentum adorantib.

V. *Boues agnoscunt & reuerentur corporis Christi præsentiam & maiestatem in Eucharistia.*

Cæs. li. 9. cap. 7.

IN villa, quæ Komele dr, nocte fures ecclesiam infringentes, inter cætera etiam scrinium cum corpore Dñi inde tulerunt: qui cū nihil aliud in eo præter reliquias, & pyxidem cum Sacramento reperissent, nil prorsus de eis curantes, eandem pyxidem super fulcrum agri villæ proximi ponentes confusi recesserunt. Mane cum rusticus cū aratro & bobus in eodem agro araret, venissentq; animalia iuxta pyxidem, stupentia steterunt, quos cum arator stimularet, nec procederent, nunc recalcitrando, nunc exorbitando, iratus ait; Quis diabolus est in bobus istis? non enim clare videre poterat, quia in ortu diei arabat: diligētius tñ circumspiciens deprehendit ante pedes boū pyxidem, & scrinium ecclesiæ suæ iuxta illam. Tunc causam rebellionis non ignorans, omnibus in agro dimissis, in villam recurrit, tam sacerdoti, quam cæteris quæ acta sunt, referens. Tunc omnes simul in agrum descendentes, cum cruce, thuribulo, & cereis corpus Dominicum in ecclesiam reportauerunt: huic processioni interfuit Godefridus Prior de Houene: qui mihi ista recitauit. Similē honorem ei asini exhibuerūt, de platea in lutū descendendo, sicut me dixisse recolo dist. 4. c. 98.

VI. *Apes suo Creatori honorem deferunt sacrariolum illi construentes.*

IOannes Ægidius, qui vir 1506. in libro, qui dicitur Scala cæli, sic refert: Corpus Christi esse in Sacramento altaris ostendunt creaturæ irrationales. Cum enim sacerdos quidam ferret corpus Christi, & ipse in terram cadens illud amisisset cum pyxide, qua portabatur, ecce apes de suis alueolis agminatim exeuntes, suoque Creatori honorē deferentes, eidē sacrariolū ex sua cera miro artificio composuerunt. Quod cū perdidicisset, illuc cum fidelium multitudine procedens, & pyxidem cū corpore Dnico inde eleuās, ipsum magna cū reuerentia ad ecclesiam reportauit.

Io. Gart. Cent. 15. ex Ioan. Ægidio. an. 1506

Apes sacra Eucharist. sacrariū cōstruūt.

VII. *De apibus, quæ venerabili Eucharist. sacramento in alueum coniecto sacellum et altare construxerūt.*

ALiud refert Cæsarius de muliere quadā, quæ cum apes multas nutriret, & illæ non proficerent, imo passim morerentur, cum cōtra hoc remedium circumquaq; quæreret, dictum est ei, quia si corpus Dñi inter illas locaret, mox lues ipsa cessaret: quæ ecclesiam adiens, & se communicare velle simulās, corpus Dñi sumpsit: quod statim à sacerdote recedēs extraxit: & in vno ex alueolis illud locauit. Mirā Dei potentia: vermiculi Creatorem agnoscentes de fauis suis dulcissimis hospiti dulcissimo capellulā miræ structuræ fece-

Cæs. l. 9. c. 8. et ex eo Tho. B. z. to. 2 li. 14 c. 3 1.

S. Eucharist. mirificum sacellū ab apib. constructū.

fecerunt, in qua altare eiusdem materiæ erigentes sacratissimum corpus super illud posuerunt: & benedixit Dominus operibus eorum. Processu temporis, cum fœmina idem vasculum aperuisset, expauit, currensque ad sacerdotem confessa est ei omnia, & quę egit, & quæ vidit. Tunc ille assumptis parochianis ad vasculū venerunt, apes circumuolantes, & in laudes Creatoris bombisantes abegerunt, capellulæ parietes, fenestras, tectum, campanile, ostium & altare admirantes, corpus Domini cum laude retulerunt. Licet autem admirabilis sit Deus in sanctis suis, mirabilior tamen in his minimis prædicatur.

VIII. *De mellifluo apum in venerabilis Sacramenti laudem concentu.*

Ex Thoma Cantiprat. li. 2. apū. c. 4. par 1. Th Bez. lib. 14 de sign. &c. c. 2. to. 2.

HVic non absimile est quod auctor libri apum refert. Quidam fures, inquit, vt argenteum vasculum, in quo condita erat Eucharistia, auferrent, & illam secum rapuerunt, sanctissimum vero Christi corpus sub alueari proiecerunt. Post aliquot dies Dominus aluearis videt apes certis horis sexies dimissis operibus ad cibos conuehendos, totas esse in quodam mellifluo concētu edendo. Cumque forte de media nocte exsurrexisset, conspicatur suprà alueare illustrissimam lucem, suauissimeq; pręter omnem modū modulantes apes. Rei nouitate inusitata, & prorsus admiranda perculsus, Deique monitu intimo agitatus rem defert ad Episcopum. Is plurimis secum assumptis eo se conferens, aperto alueari videt vasculum elegantissimè effectum è candidissima cera prope aluearis fastigium: in eo reposita erat Eucharistia, circa illud choros apum circumsonantes, & excubias agentes. Acceptum igitur Episcopus Sacamentum maximo cum honore in templum reportauit: quo multi accedentes ab innumeris sunt morbis curati.

Suauis apum modulatio corpori Christi exhibita

IX. *Ab apibus sacrosanctæ Eucharistiæ Sacramēto reuerētia exhibetur.*

Petr Cluniacens. li. 1. miraculorū ca. 1 & Petr. Canis. de Commun. sub altera specie q 8. n. 6.

HVic simile exēplū refert Petrus Venerabilis Abbas Cluniacēsis. Erat in Aruernico territorio rusticus quidā habens aluearia, in quibus examina apū melleā fauorū dulcedinem cōficere solent. Quas iā dictus rusticus euolare, aut emori, aut aliquo casu sibi deperire pertimescēs: vsus prauo sortilegorū consilio, qui diabolica operatione etiā de beneficijs Dei maleficia facere cōsueuerunt, & (quod est dictu intolerabile) ipsis quoq; diuinis Sacris per artes magicas abutuntur: accessit ad ecclesiam, & sumpto à sacerdote (vt mos est fidelium) corpore Dominico, illudque ore retinens, nec glutire volens, vt iā doctus fuerat, ad vnū de iam dictis aluearibus, in quo apes continebātur, accessit, atque foramini, quod in eo erat, ore aptato sufflare cœpit. Nā dictū sibi fuerat, quod si corpore Dñi ore retento, apibus in vase constitutis insufflaret, nulla deinceps moreretur, nulla recederet, nulla deperiret: sed omnib. integre conseruatis, de augmento fructus multo amplius, quam ante gauderet. Fecit igitur vt dictum est, & ore applicito flatū ad interiora toto conatu mittebat. Cūque auidus lucri anhelitū protrahens vehementer sufflaret, ipso linguæ & aeris impulsu iactū Dominicum corpus iuxta vas illud ad terram corruit. Tum ecce omnis illa apū multitudo de itimis egressa ad corpus Domini sui reuerenter accurrit, atque in morem rationabiliū creaturarū de terra subleuatum, habitaculis suis cū multa veneratione, homine illo conspiciente, induxit. Quod cernēs homo, aut negligens, aut parui pēdens quod acciderat, ad alia agenda, ad quæ domestica cura eū vocabat, gressum conuertit. Sed dum iter ageret, repentino, & (vt ipse post narrabat) intollerabili timore turbatus, se nequiter egisse, tandem mente sanior cogitare cœpit. Vnde compunctus, imo vi interna cō-

Apes reuerentur Euch. in confusione institoris eā indigne tractantis.

pulsus, mox retro pedem tulit: atq; in vindictam sceleris sui apes, quarum vitam operi nefario conseruare volebat, superiniecta multa aquę violentia enecauit. Quibus extinctis, dum intima fauorum, quos sibi recondere & conseruare volebat, rimaretur: ecce (mirabile dictu) conspicit corpus Dominicum, quod ex eius ore lapsum fuerat, in formam speciosissimi pueri, veluti cum recens nascitur, immutatum, inter fauos & mella iacere. Ad quod miraculum, vt dignū erat, stupefactus intremuit: sed quid inde agere deberet aliquamdiu hæsitans, hoc apud se inuenit consilium: vt eum in manibus accipiens ad ecclesiam deferret, & quia sibi exanimis videbatur, nullo sciente, solus Deum puerulum tumularet. Quod dū aggressus esset, eumque in manibus sumens ad ecclesiam quasi secreto tumulandum portaret, subito ab indigne ferentis manibus inuisibiliter ereptus disparuit. Quæ nuper gesta ipse quidē ita per ordinem proprio presbytero, presbyter autem suo Claromōtensi Episcopo, ille vero mihi, ego quoq; omnibus istud legentibus scribendo intimare curaui. Nec vero tanti piaculi ex toto in posterum dilata vltio fuit: sed in breui locus ante populosus, vario casu habitatore pereūte, in solitudinem redactus est.

Iniuria corpori Dominico facta à Deo punitur.

x. *De reuerentia ab asellis sacrosanctæ Eucharistiæ Sacramento exhibita.*

Ex Annal. Soc. to.1. li.2. an.15.6.

NOn alienū erit huc etiam afferre, quid in Veneta ditione, non multis annis antequā Venetias Patres Societatis appellerent, ad excitandam iacētem illorum temporum fidem erga sacrosanctum Eucharistiæ mysterium mirabiliter euenerit. Narrabant cum illic essent, pro concione commemorare solitum Laurentiū sacerdotem in Villa Salzan, cum cæleste Eucharistiæ panem ad ægrotū sine pompa comitatuq; deferret asellos quosdā extra oppidum offendisse: qui cum Presbytero occurrissent, veluti sentirent, quod ille deferret, ex vtroque viæ latere repente discreti procubuerunt in genua. Sacerdotem vero ipsum vno puero comitatum rei nouitate attonitum, medium inter mites ambulasse quadrupedes: eas vero, quasi pompam ducerent præeuntē, fuisse sequutas: & Presbytero in ædes ingresso constitisse pro foribus, nec inde prius abijsse, quam is ab ægro reuersus eas ad sua pascua cum benedictione dimitteret. Id multis testibus diligenter interrogatis in publicas relatū est tabulas, & inde ortam in honorem tanti mysterij Sodalitatem ferunt. Quoniam autem Simon Rodericus, q̄ fuit vnus è decem, in eo se pago fuisse testatur, & pro indaganda veritate, q̄ suis literis traderet, non mediocriter fuisse solicitum, placuit & nobis rem nostris literis eo mandare libentius, quo grauiore ab auctore testeque manauit. Nec nouum diuinæ sapientiæ videri debet, voluisse Deum per animantes rationis expertes ipsos interdū homines erudire, cum his affinia nō ignoremus per Antonium Olysiponensem, & alios insigni sanctitate viros fuisse patrata: vt quam recusant homines ab hominibus disciplinam, eam accipere cogantur à bestijs, & qui fidei magisterio nolunt esse subiecti, subijciantur in discendo iumentis.

TIT. VII. De sacra Communione in genere.

EXEMP. I. *Hostia quomodo non consecrata in Communione dignoscitur.*

Auctor vitæ S. Odiliæ lib. 1. c. 25 vixit circa an. 1219 apud Io. Garetd.

REs est mira, quæ sequitur, & in laudem meritumq; fidei ad Eucharistiæ præconiū iugiter commēdāda. Cū a sua matre vir beatus auditu multa perciperet, vera quidē omnia, sed difficilia ad credendum, quia rationis scrutinium videbantur excedere: ipse idē nec omnino volebat credere, nec è diuerso matris suæ penitus sermonibus derogare, Domini memor potentiæ, q̄ quondam asinam Prophetę preferens, in ea q̄ voluit, os ipsius docuit, & aperuit

nuit ad loquendum. Vacillans itaque horum sub medio, magisque tamen claudicans in credendo, ne ex verbis matris de cætero moueretur in dubiũ, certus de illius gratia subsequenti miraculo meruit confirmari. Cum igitur die quadam summo diluculo adhuc essent tenebræ, intra quandam cellulam in maiori existentem ecclesia, quæ sanctæ Crucis dicebatur Basilica, indutus sacris vir Domini paruulo sibi ad ministrandum astante puero celebrare intenderet, plures hostias, quibus suos aliquando communicaturus erat, illic super altare benedictum & portaticũ, quod tunc ibi erat ante pedes calicis deposuit ex patena. Dicta vero oratione. Suscipe sancta Trinitas, & cætera, quæ sequuntur, hostiarum vna, tenebris visum arcentibus, ab altari benedicto intra corporale & pallã impro uise lapsa est. Cumque peracto mysterio consecratas hostias in solemni vase & ad hoc singulariter deputato reconderet, illam, quæ corruerat, inter pallam & corpora reperit, ignoransque vtrum corpus Dominicum esset, eamque reponens secretius a consecratis paululum sequestrauit. Cuius mater exinde iam elapsa hebdomada ipsum accersens: Volo, ait, fili, vt me cõmunices, debilis enim sum. Qui scire cupiens præfatæ hostiæ veritatem, & de matris gratia plenius confirmari, attulit eam matri, & postulanti corpus Domini tribuit, ista dicens: [Corpus Domini nostri Iesu Christi proficiat tibi in remissionem, & vitam æternam.] Qua percepta, statim sine mora respondit mulier: Cur hanc, fili, hostiã corpus dixisti Dominicũ? Neque enim hæc hostia à virtute spiritus fuerat penetrata, sed nec in corpus Christi mutata, suscepta tamen a Domino: Nam tu illam solum sanctæ obtuleras Trinitati. Tunc ille, tantis à simplici fœmina auditis mirabilibus, Dominum magnificabat, verbisque matris in reliquum fidem adhibuit firmiorem: in crastinumque mulier & manu filij sacram sumens hostiam, suum in hostia gauisa est suscepisse Creatorem. At cũ verba matris eadem de supradicta hostia aliquibus postea filius retulisset, mirabantur dicentes: Quomodo hæc talia scire potuit, cum ab homine non didicit? Nam etsi multis edocta magistris ex longo iam fuisset tempore, mirabile tamen esset, si audita ab alijs potuisset talia retinere.

II. *Eucharistiæ Sacramentum sumit ægra, quæ prius panis horrebat odorem.*

Maria Oegniacensis in ea infirmitate, qua sub mortem conflictabatur, tametsi nihil penitus edere posset, imo nec modici quidem panis odorem perferre facile tamẽ & crebro Christi corpus sumebat: quod statim quasi liquescens, & in animã eius transiens, non solum illam confirmabat, sed etiam ægritudinem sine mora releuabat. Quandoque sumente illa tum Eucharistiam, facies eius quosdam ex se luminis radios vibrare & diffundere videbatur. Tentabatur aliquando num hostiam non consecratam sumere posset, sed illa mox à panis odore abhorrebat, & cum exiguam solum eius particulam dentibus attigisset, cœpit clamare, expuere, & perinde ac si pectus rumperetur, anhelare & cum ingenti anxietate singultire. Cumque diu præ dolore clamasset, & sæpius os aqua abluisset, magna noctis parte exacta, vix potuit quiescere.

Iacob. à Vitriaco l. 2. vitæ eius cap. 12. apud Sur. 23. Iunij.

III. *Per sacrosanctæ Eucharistiæ sumptionem probat Gregorius Papa innocentiam suam, & legitimam ad Pontificatum assumptionem.*

Henricus Germanorum Rex à Romano pontifice olim excommunicatus, vere pœnitentis hominis speciem præseferens, a Gregorio VII. Papa Canusij in Longobardia ritu solemni absolutus est. Absolutione facta Papa Missarum solemnia celebrauit: confectaque sacra oblatione, Regem cum cæte-

Ex Lamberto Schafnaburg Baro. to. 11. Ann. ad an. 1077 13. 14 et Io. Garet.

Cent. 11 ex eraute ne quam habuit Greg ipse ad Henric. 4 Regem German.

cætera, quæ frequens aderat multitudine, ad altare euocauit, præferensque manu corpus Dominicū: Ego, inquit, iampridem à te tuisque fautoribus literas accepi, quibus me insimulabas sedem Apostolicā per simoniacam hęresim occupasse, & alijs, quibusdam tam ante Episcopatum, quam post acceptū Episcopatum criminibus vitam maculasse, quæ mihi secundum scita canonum omnem ad sacros ordines accessum obstruxerunt. Et licet multorum idoneorum certā testium a stipulatione crimen refellere queam, eorum scilicet, qui omnem vitæ meæ ab ineunte ætate institutionem integerrime nouerunt, & eorum, qui meæ ad Episcopatum promotionis auctores fuerunt: ego tamen ne humano potius, quam diuino niti videar testimonio, vt satisfactionis compendio omnibus scandali scrupulum de medio auferam, ecce corpus Dominicum, quod sumpturus ero, in experimentum mihi hodie fiat innocentiæ meæ, vt omnipotens Deus suo me hodie iudicio vel absoluat obiecti criminis suspicione, si innocens sū, vel subitanea interimat morte, si reus. Hæc & alia, vt solemne est, præfatus verba terribilia, quibus Deū causæ suæ æquissimum iudicem & innocētiæ assertorem adesse precabatur, partē Dominici corporis accepit, & comedit: Qua liberrime absumpta, cum populus in laudes Dei innocentiæ eius congratulatus aliquandiu acclamasset, tādem impetrato silentio conuersus ad Regem: Fac ergo, inquit, fili, si placet, quod me facere vidisti, &c. Si te innocētem nosti, & existimationem tuā ab æmulis tuis per calumniā falsis criminationibus impeti, libera compendiose & Ecclesiam Dei scandalo & teipsū longæ concertationis ambiguo, & sume hanc residuam partem Dominici corporis, vt comprobata Deo teste innocentia tua obstruatur omne os aduersum te iniqua garrientiū, & me deinceps causæ tuæ aduocato, & innocentiæ tuæ vehementissimo assertore,

SS. Eucharistię sumtione innocentiam suā probat Gre. VII.

Her. IV. eandem purgatio nē defert Greg.

Principes tibi reconcilientur, regnum restituatur, omnes quibus diu Respublica vexatur, bellorum ciuilium tempestates in perpetuum sopiantur, &c. Verum Gregorius eum absque aliqua de sua innocentia per eum facto contestatione sacra Eucharistia communicauit (vt testatur Domnizo in Mathilda) eum benedixit, pacem tribuit: & ad prandium inuitauit, benignissimeque refectum, & de omnibus, quæ facere oporteret, diligenter instructum cum pace ad suos dimisit.

IV. *Communio corporis & sanguinis Domini Henrico IV. Imp. datur à Paschali II. in confirmationem pacis inter se initæ.*

ANno Christi 1111. corona Imperatorio decoratur idem Henricus IV. Rex Teutonicorum, portis omnibus Romanæ vrbis, ne quis ciuium eo aduenire, obseratis. Cuque in Missa ad hostiæ contractionem venisset Papa, partem ipse sumens, reliquā Imperatori tradidit: dicens: Sicut pars ista viuifici corporis diuisa est, ita diuisus sit à regno Christi & Domini, qui pactum istud rumpere ac violare tētauerit: vel sic, vt Massonus ad Iuonis epistolas annotauit: Domine Imperator Henrice, corpus Dñi natum ex Maria virgine, passum in cruce pro nobis, sicut sancta Catholica tenet Ecclesia, damus tibi in confirmationē veræ pacis & concordiæ inter me & te. Amē. Anno Verbi 1111. hoc confirmatum in Basilica sancti Petri decimo sexto Kalendas Martij regnante in cælis Domino nostro Iesu Christo cum Patre æterno & Spiritu sancto, Amen.

Ex Petro Diacon. li. 4 cap. 42 Bar. to. 2. an. 1111. 24.

Communio ad firmādam pacē data.

V. *Reges Galliæ strumis medicinam adhibituri sacram synaxin prius sumunt.*

MIraculum oībus notum prætrire nolumus, qd à Regibus Galliæ in sanando morbo, qui struma dicitur, & contagij species est incurabilis, perpetratur. Ille enim Dominus, ad cuius pro-

Idem li. 2 c 27.

prouidentiam spectat suæ creaturæ remedium prouidere, inter innumerabiles herbarum medicinalium species, quas ad morborum nostrorum corporum curationem creauit: vt huic incurabili morbo hoc in tãtis viris & Christianissimis, & Galliæ Reges, & illorũ successores sunt, non solum regni herедes verum etiam fidei sancti Ludouici eiusdem gloriosissimi Regis, remediũ esse voluit. Quod autem id miraculum sit ex eo conspicitur, quod sine emplastro, sine purgatione, sine sanguinis missione, nullaque alia medicina hũc morbum curant, ægrotos solum tangẽdo, & dicendo: Rex Galliæ te tangit, Deus te sanet. Huius aũt miraculi die dicti Reges sacram sumunt hostiã, seq; omni deuotione parantes, vt Deus per eos hanc miram operetur sanitatem.

VI. *De Comite, qui ex iustitia filium occidit, ad cuius os per se hostia sacra accessit à Pastore negata.*

Th. Cantiprat li. 2. Apũ, c. 35 nu 6. S. mi. le, si non idem recitat Cæsar. li 9. c. 38.

COmes quidam iustissimus, iudex, vt certa relatione didicimus, in ꝓprium filium & vnicum tale iudicium fecit. Decubuerat ipse Comes annis duobus aut tribus languens: & vna die rum filio eius virginem opprimente, clamor populi per ciuitatem validus excitatur. Quo clamore pater attonitus inquirit, quæ causa sit. Negant Primates, qui astabant, sed tandem minis territi intimant veritatem. Qua detecta, vultu dissimulante, cum lacrymis petijt ab astante seruo cultrũ exacutũ & longum, quasi vellet sibi vnguium excrementa rescindi. Nec diu immoratus, cũ vix sex horarum spatio interiecto filium præcepit aduocari. Quo veniente, & propius accedente, dixit pater: Nunquid nosti, ꝓ sim Dominus terræ, & tu me superstite & viuẽte, in cõfusionem mei & tui oprimere virginẽ voluisti? Absit vt te talem hæredẽ habeam, & te talem post me terræ dñm derelinquã. Hæc dicens, subito eum in corde cum cultro percussit. Nec quatuor dierũ post hæc spatiũ intercessit, cum ecce Comes sibi mortem imminere prospiciens, quendam secreti sui cõscium mandauit Abbatem, cui cum cõfessus esset, & peteret corpus Christi, & nihil in confessione de filij sui occisione tetigisset, Abbas nolens eum absoluere vel cõmunicare, quæsiuit, quare tantum scelus filicidij omisisset? Cui Comes mira constantia respondens, dixit: Absit, vt illum reputem paterni principatus hæredem, licet carne mea genitum, qui contra fas ausu nefario iuris violator existens, se dignum fecit mortis iudicio, & omni iure successionis indignum. Nec vere ego filium, sed legum & patriæ iudex, legis & patriæ violatorem occidi. Tu autem Abbas vicarius iudicis Dei contra legem me iudicas, quæ Deuteronomij libro teste, in necem protetui filij primas parẽtũ manus esse præcepit. Vnde ad Christi iudicis tribunal appello, vbi sine tua absolutione facti huius astare volo, & certus eius iudicium expectare: hoc solum peto, vt pyxidẽ aperias Dominici Sacramenti, & me salutare Dei oculis tantum videre permittas. Quod vbi annuit Abbas, hostia salutaris mox se ori Comitis patẽter infudit, & eum iustum prerogatiui examinis iudicem, & rectissimum vindicem sceleruma comprobauit.

Deut. 21.

VII. *De Eucharistia mox sumpta ab adultis, qui sunt baptizati.*

Ex antiquis codicib. Bar. & a An. an. Christi 255. Cornelij P. P. nu. 10.

CErealis consularis custos Cornelij Papæ II. rogauit beatum Pontificem, vt dignaretur venire in domum suã, atq; visitare vxorem suam, quę annis quindecim iacebat paralytica: erat illi nomen Salustia. Ingressus est igitur Cornelius domũ Cerealis cum duobus presbyteris, & vno clerico lectore. Dedit autem hãc orationem beatissimus Papa, dicens: Dñe Deus, creator oium visibilium & inuisibilium, qui dignatus es ad nos peccatores venire, vt nos saluos faceres; tu erige allisam hanc famulã tuam, & dona ei misericordiam tuam, sicut cœco nato donasti lumen,

ad cognoscendam gloriam tuam. Et tenēs manum Sallustiæ erexit eam, dicens: In nomine Iesu Christi Nazareni surge, & sta supra pedes tuos. Quæ protinus surrexit clamans, & dicens: Vere Christus est Deus, & Dei filius. Et dixit tunc Cornelio: Per Christum te coniuro, baptiza me. Et curens impleuit vas aqua, & attulit ei. Viso tanto miraculo, milites quoque, qui erant cum Cereali, omnes se ad Cornelij pedes posuerunt, timentes, atque petentes se quoq; baptizari velle. Cornelius vidēs Dei manum in his omnibus, baptizauit eos, & obtulit pro eis sacrificium laudis: & sic participati sunt omnes corpore & sanguine Domini nostri Iesu Christi.

Miraculum.

Cerealis cum tota familia baptizatur & cōmunic.

TIT. VIII. Exempla, quibus docetur Christi corpus posse simul ac semel esse in diuersis locis & hostijs, similitudine exemplorum quibus constat idem corpus fuisse simul in diuersis locis.

EXEMP. I. *Apta similitudine docetur Iudæus Christi Domini corpus uarijs in locis esse.*

REfert F. Marcus de Lisbona in Chronicis. Fr. Minorum, Troilum quendam inter Germanos virum prænobilem, affinem quandam habuisse ab impuro spiritu possessam: q̄ priusquam dæmonis subesset imperio vitæ fuerat exemplaris, cunctisque pietatis ac Christianæ disciplinæ ornamentis exculta; quas virtutes ei dæmon eripere conabatur, nunquam tamen ipsi ingressum ecclesiæ, quoties vellet, aut cū marito commercium prohibebat. Dū hæc mulier consummato Missæ sacrificio, templo cum frequenti populi turba, in qua etiam erat Iudæus, aliquando egrederetur, accidit vt sacerdos illac pertransiret, sacrosanctum Christi corpus, quod manibus præferebat, ægro ministraturus. Quod vbi aduerterunt omnes, in genua prouoluti Dominū adorauerunt, Iudæo excepto. Quod

Annales Fr. Min. p. 2 li 2 c. 20 § 1

Iudai irreuerentia erga Sacramētum.

cum obseruasset mulier, mox exurgit, dictoque citius colaphum ei impingit. hęc prolocuta: Infelix? Quidni supplex Deum omnium creatorem vna pariter venerari s? Cui ille: O mulier multos huic similes Deos est reperire: singulis etenim singulos altaribus, dū sacra mysteria peraguntur, adesse pro comperto est, & tamen vnum solum ac verum Deum esse asseritis. Hæc vbi dixisset, mox à maligno spiritu, qui mulierem inuaserat, cribrum Iudæi manibus impositum est, cum mandato, vt soli opponeret, & singulos solis radios per singula foramina perlucentes obseruaret. Quod vt fecit, ait illi mulier: Dic, agendum, an quod plures hic radios intueris, plures propterea soles esse dixeris, an vero vnicum? Ne quaquam, inquit, quia omnes istos radios ab vno sole procedere nemo ambigit. Sic, inquit mulier, in hoc altaris Sacramento agi scias: vnicus. n. est Deus indiuisibilis, & immutabilis seipsum licet pluribus in locis sacrosancto Eucharistiæ Sacramento prętentem exhibeat. Sic denique factum vt à dæmone obstinata pertinacis Iudæi conuinceretur incredulitas.

Mulieris Christianæ egregium factum.

II. *Gregorius Thaumaturgus licet absens adstitit Troadio pro fidei confessione pugnanti.*

CVm tempore Gregorij Thaumaturgi maxime sæuiret Gentilium rabies in viros, mulieres, & pueros, qui bus Christi nomen erat venerabile, & ipse se per fugam, non sine Dei numine, populo conseruasset animæ oculo intuens ea quæ fiebant, diuinum auxiliū ijs, qui sic decertabant pro fidei cōfessione inuocabat. Cumque aliquando vna cum ijs, qui cum eo erant, Deū oraret, repente angore & animi perturbatione plenus aperte præ se tulit ijs qui aderant, à se spectaculum videri alienum, seque id ægre ferre, auresque obstruere tanquam sono aliquo ad eā perueniente. Et non exiguo interiecto interuallo, cum toto tempore, quod inter-

Ex Gre. Nyssen i vita eius Baro. to. 2. anna. an. 253. nu 133. 134.

Greg. ab sens pra. fto est cer tamib. e profiac. intercessit, inflexibilis mansisset & immobilis, tanq. propositum spectaculũ bonũ esset exitũ assecutũ ad suã rediji consuetudinem, & clara voce Deũ laudauit, hymnũ victoriæ & gratijs agendis appositum pronuncians: quẽ sæpe audiuimus Dauid dicentẽ in Psalmodia: [Benedictus Deus, qui non dedit eos in captionẽ dentibus eorum.] *Ps. 125.* Ijs aũt admirãtibus, quodnam fuerit hoc spectaculũ, qđ eius oculis subiectũ est, fertur dixisse: Se illo tpe magnum vidisse casum, prostrato diabolo à quodã adolescente in certamine pro pietate. *Troadij Christia ni certamen pro fide.* Ijs aũt quod dicebatur adhuc ignorantibus narrat illis apertius, quod illa hora quidã nobilis adolescens maiori fretus auxilio magnis sudoribus pro fide decertauit, à lictoribus productus ad Præsidem: nomẽ quoque adiecit eum nominans Troadiũ: & quod post multa, q̃ fortiter tulit, tormenta, fuit martyrij corona redimitus. Hæcque ita facta esse, vt ipse dixerat, ab eius Diacono exploratum atque inuentum est.

III. *Augustinus adhuc viuens Eulogio amico suo procul distãti ad exponẽdum locũ obscurũ in somnis apparet.*

D. Aug. li. de Cu ra gerẽ pro mor tuis gerẽ da, c. 11. NObis apud Mediolanum constitutis Carthaginis Rhetor Eulogius, qui meus in eadẽ arte discipulus fuit, sicut mihi ipse, posteaquam in Africã remeauimus, retulit, cum Rhetoricos Ciceronis libros discipulis suis traderet, recensens lectionem quam postridie fuerat traditurus, quendam locum offendit obscurum: quo nõ intellecto, vix potuit dormire solicitus. Qua nocte somnianti ego illi, quod non intelligebat, ex posui. Imo non ego, sed imago mea, nesciẽte me, & tam longe trãs mare aliquid aliud siue agente, siue somniante, & nihil de illius rebus omnino curãte. Quomodo fiant ista nescio.

IV. *De Archid. qui Ducis mandato iniuste captus ei in somnis viuus apparet.*

Gre Tur. lib. de QVod vni ex Ducibus Theodorici Regis Italiæ ciuitatis Arelatensis custodiam agenti acciderit anno 508. *Glo. mar tyr. c. 78. apud Ba ro. to. 6. an. 508.* hoc loco non est prætereundum, quod Gregor. Turonensis narrat his verbis: Aran, inquit, Theodorici Regis Italiæ Dux, dum in Arelatẽsi vrbe resideret, extitit ei quidam Archipresbyter Parochiæ Nemansensis inuisus. Tunc feruens felle contra eum misit pueros dicens? Ite quanto citius, & ligatis pedibus ac manibus adducite eum cum vi, vt cognoscat quod sim Dominus regionis huius. At illi non intellexerunt Archipresbyterum, putauerunt quod Archidiaconum iussisset adduci. Et ascensis equitibus venerunt ad vrbẽ: interrogantesq; de Archidiacono, digito eis ostensus est. Erat enim hic Ioannes nomine vir religiosus, & in Archidiaconato suo studium docẽdi puerulos habens: apprehensumque pueri Ducis, ligatis manibus ac pedib. sub aluo equi adduxerunt eum. Sed non desijt virtus martyris Bãdelij alumno proprio subuenire. Pueri vero iuxta portam, Arelatensis scilicet ciuitatis, cum eo mãsionem habuerunt, quia iam obseratis pro nocte portarum valuis ingredi nõ potuerunt. In ipsa vero nocte, Duce dormiente, adest ei Archidiaconus per visum dicens: Quid tibi, ò homo, culpabilis extiti, quod me in hanc humilitatem redactum cum tali iussisti iniuria accersiri? *Archidiacon' Duci viuus in sõnis apparet.* Vere dicã tibi, quia non effugies iudicium Dei. At ille expergefactus consternatusq; metu, exclamat suis: Inquirite, si pueri, quos Nemansium direximus, iam venerunt. Interrogantesque de muro vrbis, responderunt se adesse cum homine. Renunciant nuncij quæ audierant: confestim que Dux ait: Exhibere ad me hominem, quem adduxistis. Quod cum factũ fuisset, aspiciens eum Dux, timore perterritus ait: Archipresbyterum ego adduci præcepi, non Archidiaconum. *Dux cul pã agnoscit, veniamq; petit.* Et prostratus ad pedes eius ait: Indulge, quæso, iniuriam delicti huius, quia non est in conscientia mea, vt hæc passus fuisses: & statim dignis honoratum muneribus remisit ad vrbem, quem in

tanto honore pro ipsa martyris reuerentia dilexit in posterum, vt deceden te vrbis illius sacerdote, ipsum sacerdotem mandarit institui. Sed nec Archipresbyterum amplius inquiri iussit. Hæc ille.

TIT. IX. De effectibus spiritalibus Sacramenti Eucharistiæ, siue sumptæ, siue non sumptæ.

EXEMPL. I. *Caluinista ad populum concionaturus, præsente muliere Catholica, quæ eo die communicauerat, diuinitus obmutuit.*

Til. Bre. ls 7 Col. Jac. c. 47

VIr quidam Caluinianæ factionis habuit vxorem Catholicam, quā multis verbis inducere satagebat, vt accederet concionem Caluinisticam. Illa cū diu reluctaretur, tandem asperioribus verbis & minis perculsa confessario suo rem aperuit, qui cōsensit, vt facta prius exomologesi, & percepta SS. Eucharistia, viro pareret, & vna saltē vice concionem adiret. Obsecuta est illa consilio cōfessarij, & Sacramentorum participatione munita ad concionem sese contulit. Mirabile dictu. Mox vt mulier concionem ingressa est, obmutuit concionator, nec verbum quidem effari porro potuit. Itaq; subsistens ait: Oportet interesse hic hominem aliquē, qui comedit panem à Papistis benedictum. Equidem hac vice vlterius concionando nō progrediar, alias officio meo plenio satisfacturus. Maritus concioni eidem intererat, & videns concionatorem ob præsentiam hominis, qui percepisset Eucharistiam, diuinitus obmutescere, domum reuersus quæsiuit ex vxore, num eo mane sumpsisset Eucharistiā, quo conciōnem adijsset: illa factū non diffitente, mox agnouit fallaciam & imposturas istius doctrinæ, quippe q̄ adhibita ad lucem Sacramentorū Ecclesiæ catholicæ sic euanesceret, & seipsam vanitatis coargueret. Nec mora, mandauit luculentum extari ignem.

Libri hæretici comburūtur.

Vxor ignara quid vellet maritus, metuebat ne quid atrocius in ipsam moliretur. Igne porro iam accenso, ille protinus vniuersos suos istius nocentissime farinæ libros collegit, in ignem coniecit, & combussit, & ad Catholicæ Ecclesiæ gremium reuersus est.

II. *Sacramentum Eucharistiæ valet ad expungendas dæmonum artes.*

CÆsarius in historia sua refert, magnum quendam hęreticum morti addictum, cum ad supplicium deduceretur, risisse proximumq; igni, quo erat exurēdus inuocato per artes magicas dęmonis auxilio, ignem subito extinxisse effusiusque, quam ante, risisse. Certior ea de re factus Episcopus, allato sanctissimo Sacro iterum accendi ignem iussit: cumque hęreticus rursum implorare nomen dęmonis, ille respondit: Iam nō possum te adiuuare, quia pręsto est, qui plus me potest.

P. Luc. Pinel. in medi. de Cōm. n. 24. ex Cæsario.

III. *Eucharistiæ præsentia dæmonum præstigiæ dissipatæ.*

REfert Ioannes Franciscus Mirandulæ Comes sacram Eucharistiā prodesse ad dęmonum machinationes & artificia dissoluenda. Fuit inquit ille in apibus Rhetijs sacerdos quidam probus ante annos duodecim cui cū foret opus ad ęgrotum quendam graui oppressum morbo Eucharistiam deferre, cum longius ille abesset, videretque se non ita, vt oportebat, celeriter ad eum pedibus posse peruenire, ascendit equum, colloque sanctissimū Christi corpus pixide inclusū satis honorifice alligauit iter suum quanto ocyus accelerans: cū nonnihil processisset, obuiū habuit quendā, quę vt equo descendens secū pergeret ad spectaculum quoddā mirabilissimū, inuitauit. Imprudens homo, & cupiditate rei tā stupendæ ductus paruit: vix equo se demiserat, cum sensit se per aera vna cum comite deferri, & breui tempore in altissimo montis cacumine statui; ibi amplissima & amœnissima planities erat arboribus vndiq; excelsissimis obsepta rupibusq; horrendis circumcincta.

Th. Boz. n. 15. de sig. Ecc. lo. 2. c. 2. ex Io. Mirādu. h ꝛ strigi. 6º P. Pe. Thyr. p. 3 de dæ. c. 46.

cincta. In medio choros innumeros, ac varios ludos cuiusuis generis, mensas lautis ac diuersis ferculis istructas erat videre. Audiebantur etiam concentus quilibet omni suauitate affluentes. Denique aderant quæcumq; animos hominum iucundissimis delinimentis tenere possent, & dulcedine perfusos intima demulcere solent. Obstupefactus improuisa re simplex bonusq; sacerdos, neq; eloqui præ admiratione, aut hiscere audens, pæne extra se positus, attonitusq; hærebat. Tum socius, qui illum adduxerat, petijt ab eo, vellet ne Reginā quæ ibi aderat, supplex venerari, & munus illi aliquod offerre. In alto quodam solio Regina adsidebat effigie formosissima, regio cultu, & ornamentis mirificis ornata. Accedebant ad eam prosternentes se humi cuncti, qui aderant, bini, quaterni ue ordine pulcherrimo, & humi se prosternentes eam colebant, varia munera offerentes. Ad mentionem Reginæ homo, cum videret eam sic fulgentē, & ministris plurimis cinctam, putauit esse Matrem Christi, cælique & terræ Reginam: neq; enim suspicabatur vllas præstigias, dæmonumque spectra: alioquin eo non appropinquasset. Reputans igitur secum, quid illi dono daret, existimauit nihil ei gratius aut incundius futurum munus quam filij corpus. Accessit, & ad pedes accidens in modum supplicis, arculam, in qua erat augustissimum Sacramentum, è collo detractam in gremio mulieris illius posuit. Mira res. Omnia continuo euanuere. Perculsus huiusmodi nouitate homo rudis, & præstigijs irretitū se videns, et in horroribus densissimis, & lustris destitutum conspiciens, opē diuinam tremens implorare vt è tantis ipsum anfractibus expediret. Cumque diu per loca inuia syluasq; vastissimas errasset, vix tandem pastorem reperit, à quo in viam ductus didicit se millia centum à loco abesse, quo Eucharistiam deferre cupiebat: ad suas tandem sedes reuersus totam rem detulit ad magistratum. Contigit hoc imperante Maximiliano primo. Hæc Ioannes Franciscus. E quibus colligimus admirandos honorifice à quouis habitæ Eucharistiæ fructus, per eam nimirum mala omnia & spectra fugari, ac singulas dæmonum machinationes & artificia dissolui: quæ hæreticis in bonum nullo vnquam tempore contigerunt, quippe qui à fructuosa & gratiosa hac cum Christi corpore cōicatione longissime arceantur ac distent.

Sacramē à Eucharistiæ profligatum munus dæmonis.

IIII. *Corporis Christi præsentia in venerab. Sacram. fugat confessum dæmonum.*

EAdem prope alteri contigisse refert Thomas Cantipratanus. Anno, inquit, ab incarnatione Dñi 1231. prædicāte in Theutonia Magistro Cōrado cōtra hæreticos, & ab eisdem felici morte perempto: hæreticus quidā (vt per fratrem Conradum Prouincialem Fratrū Prædicatorū per Theutoniam ante multos annos accepi) seductus à dæmonibus fratrem quendā Ordinis Prædicatorum ad hęresim inuitabat. Quem cum videret instantissime renitentem, dixit fratri: Pertinax es valde in fide tua, nec tamen de hac, nisi per scripta quędam, aliquid certius inspexisti. Credere autem si velles dictis meis Christum tibi & matrem eius, & sanctos occulta fide monstrarem. Mox ille illusionem dęmonum suspicatus, volens tñ probare quid esset: Non immerito, inquit, tibi tūc crederem, si promissa duceres ad effectū. Gauisus hæreticus diem fratri statuit. Frater verò pyxidem cum Sacramento corporis Christi clam secū sub cappa portauit. Duxit ergo fratrem hæreticus in specu, cuiusdam montis in amplum valde palatium, quod claritate mirabili relucebat. Nec mora, vbi in inferiorem partē palatij peruenerūt, viderunt thronos positos quasi ex auro purissimo, in quibus sedebat Rex fulgore corusco circumdatus, & iuxta eum Regina sereno vultu pulcherrima,

Tho. Bozius. to. 2. li. 14. de sig. Ecc. c. 3 Tho. Cantip. l. 2. c. 57 p 23.

ma,& ex vtraque parte sedilia,in quibus seniores quasi Patriarchæ, vel velut Apostoli, astante per maxima multitudine Angelorum,& hi omnes luce syderea coruscantes, vt nihil minus, quam dæmones putarentur. Hos mox vt vidit hæreticus cadens in faciē adorauit. Dictus autē frater immotus stetit: sed tanto spectaculo vehementer obstupuit, & mox ad eum conuersus hæreticus: Quare,inquit, Dei filiū intuens non adoras? Pronus accedens adora,quem vides, & ab ore eius fidei nostræ secreta suscipies. Tunc frater accedēs propius, extraxit pyxidem, & obtulit Reginæ in solio sedenti, dicēs: Si regina es mater Christi, ecce filius tuus, quem si susceperis, te velut matrem Dei recognoscam.Cum hac protinus voce totum illud phantasticum euanescit,& adnihilato fulgore tantæ tenebræ densuerunt, vt vix frater cū ductore suo ad montis exidum regredi potuerint. Conuersus ergo hæreticus ad fidem rediјt, & miram dæmonis astutiam stupefactus expauit.

V. *De præstigioso Albigensium hæreticorum miraculo ad præsentiam corporis Christi dissipato.*

Cæsar.l. 9.c.12. NArrat Cæsarius, eo tempore, quo Albigenses hæretici Eucharistiæ inesse verum Christi corpus negabāt, hoc contigisse: Illi namque,vt fidē sibi conciliarent, arte dæmonum freti, super vndas pedibus illotis, vt oēs admirarentur,ambulabant. Id sciens presbyter quidam,cum quadam die ad huiusmodi spectaculum maxima multitudo conuenisset: accedit deferens in pyxide Eucharistiam: cumq; hæretici illi iam flumē ingressi super aquas incederent, cunctis audientibus dixit: Adiuro te,diabole,per eū,quem mecū gesto, ne fallacijs huiusmodi imponas huic populo.His dictis,cum nihilominus illæsi illi persisterent, presbyter Christi corpus pixide inclusum iactat in flumē, ac protinus machinæ impiorum subuersæ:infelices illi demersi,& flumine absorpti perierūt.Arcula porro Sacramenti ab angelis sublata cum nusquā videretur,in lachrymis insomnem noctē traducens ob id presbyter, mane vidit illā sup altari repositam.

VI. *S.Bernardus virum maleficijs dæmoniacis vexatum superposito eius capiti vasculo S.Euchar. continente,perfectæ reddidit sanitati.*

VIrum pauperem non longe à monasterio habitantem vxor adultera maleficijs cruciabat. Sicut enim ei in ira,ac furore fuerat comminata, ita egerat per malignas incantationes, vt miser homo consumptis carnibus, nec posset mori,nec viuere permitteretur. Sæpius denique, & vocis vsum,& sensum oēm corporis amittebat,iterūque redibat, non ad vitam sed ad mortem prolixiorem crudeliter reuocatus. Adducitur tandem homo ad virum Dei in monasterio demorantem,& ei Tragœdia miserabilis explicatur, qui vehementer indignatus antiqui hostis malitiam tm̄ sibi in Christianum vsur passe, vocans duos ex fratribus, ante sanctum altare hominem deportari, ibique superposito capiti eius vasculo Eucharistiam continente,in ipsius Sacramenti virtute à læsione Christiani iubet dæmonem prohiberi. Factum est vt præcepit, & miserum hominem post tantos cruciatus fides perfecta perfectæ reddidit sanitati. Vuilhel. Abb. S. Theodorici Remensis li 1. cap. 10 vita S. Bern. Bread.1. c.4.

VII. *Matronam nobilem Eucharistiæ virtute inspectante omni populo à dæmone liberat D. Bernardus.*

INter eos,qui vexabantur Mediolani ab hoste maligno, mulier grandeua ciuis Mediolanensis, & honorata quondam matrona, vsq; ad ecclesiā B.Ambrosij, & post beatum virum à multis tracta est,in cuius pectore quāplurimis annis diabolus sederat, & iā ita suffocauerat eam, vt visu, auditu, & verbo priuata, frendens dentibus, & linguam in promuscidis elephantinæ protendens,monstrum,non fœmi- In vita eiusdem Ber.l. 2. & Tho. Bz. t 3. li 14 c. 4 ann. 1144.

na

na videretur. Sordida ei facies vultus terribiis flatus, fœtidus inhabitatoris satanæ colluuia testabantur: hâc cum aspexisset vir Dei nouit inhærentem ei, & inuiscatum diabolum, nec facile egressurum de domo, quam tanto possederat tempore. Conuersus ad populum, (cuius innumera erat multitudo) orare iubet attẽtius, & Clericis, & Monachis secum iuxta altare consistentibus, mulierem ibidem iubet constitui, & teneri illa, vero reluctans, & vi diabolica, non naturali recalcitrans, non sine aliorum iniuria Abbatem pede pcussit, quem diaboli ausum mansuere ille contempsit, ad expulsionem, nõ indignatione iræ, sed pacifica & humili supplicatione Deum inuocat adiutorem, & ad immolationem hostiæ salutaris accedit: quoties tamen eandem sacram hostiam signat, toties ad mulierem quoque conuersus, eodem crucis signo edito, spiritum nequam athleta fortis impugnat. Nam & ille malignus, quoties aduersus eum signum crucis intenditur percussum, se indicãs acrius sæuit, & recalcitrans contra stimulum, quidnam toleret prodit inuitus: Expleta autem oratione Dominica, efficacius hostẽ aggreditur vir beatus, patenæ siquidem calicis corpus Domini imponens, & mulieris capiti superponẽs, talia loquebatur: Adest, inique spiritus, iudex tuus, adest summa potestas, iam resiste, si potes, adest ille, qui pro nostra salute passus; Nunc, inquit, [princeps mundi eiicietur foras.] Hoc illud corpus est, quod de corpore Virginis sumptum est, quod in tumulo iacuit, quod de morte surrexit, quod videntibus discipulis ascendit in cœlũ: in huius ergo maiestatis terribili potestate, tibi, spiritus maligne, pręcipio, vt ab hac ancilla eius egrediens contingere eam deinceps non præsumas. Cumque eam inuitus deserens, & manere vltra nõ valẽs, atrocius affligeret malignus, tam magnam iram, quam modicum tempus habens, rediens Pater sanctus ad altare fractionem hostiæ salutaris rite compleuit, diffundendamq; in populum pacem ministro dedit, & confestim pax, & salus integra reddit est mulieri. Sic ille nequam, diuina mysteria quantæ sint efficaciæ, & virtutis, non confessione, sed fuga coactus ostẽdit: fugato diabolo, mulier, quam in tantorum sartagine tormentorum carnifex pestilens tanto tempore frixerat, mentis suæ compos effecta, reddidit sensibus, & ratione, reuoluta intra fauces lingua, Deum confessa gratias egit, & intuita curatorem suum, pedibus eius aduoluta est: ingens per ecclesiã attollitur clamor, omnis ætas iubilat Deo, personant æramenta, benedicitur ab omnibus Deus.

Missa est immolatio hostiæ salutaris

Nota.

Ioa 12.

Corpus Christi Missæ sacrificio offertur.

VIII. *De dæmone è corpore Energumenæ præsentia corporis Christi deturbato.*

IOãnes Molinetus in Chronicis, Belgicis anni 1490. describens molestissimam multorum annorum vexationem, quam propter vnius (quæ diu dæmonis succuba fuerat) Nonnæ peccatum, in innocentes virgines socias eius Quercetenses Deus satanę permiserat: narrat multos ex illa legione, quæ religiosas inuaserat, & se hierarchiæ Serapinorum fuisse gloriabatur, hoc remedio pulsos ex energumenis. Cum enim Decanus Cameracensis, vir probus & doctus, vna cum alijs exorcistis accederet, peracta sacra communione: viuificam hostiam non ferens subito dœmõ exclamabat: Ah, satis probe armati acceditis: panéne illum sumpsistis? Quẽ panem ais, improbe inferebat Decanus. Si nihil est aliud, quam panis: maneto in hoc corpore obsesso: sin autem, vt nos credimus, verum est corpus Iesu Christi Saluatoris nostri, iubeo, confestim fugere ex hoc corpore, nec vllã ei amplius molestiã aude exhibere. Quo dicto (rẽ mirã) energumena, vt magno leuata fasce molestiæ, confestim respirare, & alta voce Iesum vocare cœpit. Quod idem omnes faciebat ceteræ, quando, dęmone expulso, liberabãtur.

Ioa. Molinet. in chronic. Bel an. 1490.

IX. Ad

IX. *Ad molestas dæmonum propellendas insidias valet communio.*

Ex Sim. Metaph. ĩ vita S. Auxentij apud Sur. to. 1. 14 Feb.

BEatus Auxentius Abbas discipulũ habebat nomine Basilium: hunc dæmones adeo male multarũt, vt pro exanimi, corpore toto saucius & confractus, ad Auxentium curru delatus fuerit. Abbas iussit eum surgere & venerandum corpus & viuicũ sanguinẽ Dñi nostri Iesu Christi sumere, & statim reuerti in locum suum: abijt, nec amplius eum tentator aggressus est.

X. *Gratiam Dei habentibus antidotum est Eucharistiæ perceptio aduersus dæmones.*

Amphi. ĩ vita S. Basilij.

CVm Maximus Episcopus Hierosolymitanus Basilium Cæsariensem vna cum Eubulo Magistro suo in Iordane baptizasset tradidit illis viuificã cõionem, rogauitq; Basiliũ idem Dei sacerdos, vt orãs cibum caperet. Quod & fecit, dicens: Domine Iesu Christe, Deus noster, credo verba Euãgelij tui, speroq; in benignitate tua cibum potumque percipiens aduersus diabolũ nobiscum confligentẽ, ad futurã nobis S. spiritus tui cooperationem. Stupens vero Dei sacerdos ad illius fidem, repetijt vna cum illis sanctam ciuitatem. Vbi cum annum vnum fecissent, de cõmuni sententia venerunt Antiochiã.

Recens baptizatis Euch. data.

Antidotum contra dæmones.

XI. *De virgine quæ porrecta Eucharistia, etiam à malo, quod dæmon afferebat, est liberata.*

Ex D. Prospero li. 3 Promissio et Præd. dem dij të por. c. 6. apud Baron. to. 5 Annal. Do. 434 Virgo simulacro impudi. et cõspe-cta a dæmone obsidetur.

D. Prosper Aquitanicus, agens de signis Antichristi, & eius præcursoribus pseudo prophetis, & impostoribus, quid Carthagine acciderit admiratione dignum de Eucharistia, narrat his verbis: Nostris, inquit, temporibus Aspare V. C. consule Carthagini constituto, hoc signum diabolicum, monstruosumque, quod illic accidit, quis illius patriæ ciuis ignorat? Quedã iuuencula Araba natione, ancillæ Dei habitum gestans, cum in balneo lauãs simulacrum quoddam veneris impudice respiceret, & seipsam, eiq; consimilãs, domicilium se diabolo præbuit. Statim ille leo, qui rugiẽs circuit, quẽ quærebat, inuenit. Meatus igitur gutturis ipsius occupatus, nullum cibum, nullumq; potum traijciẽs per septuaginta ferme dies, totidemq; noctes ieiunium sibi diabolus, ex capto possessoq; vase exhibuit: hoc monstrum parentes puellæ per tot dierum spatia auferri posse sperãtes, dum iuge malum vlterius tolerare non possunt, simul cũ filia sese ingesserunt sacerdoti, q̃ acta erant, fideliter indicantes. Hoc tãtum puella fatebatur, auem quandam noctis medio apparere quæ sibi ore nescio quid infunderet: stupor tũc inerat cunctis, videre puellam nullis indicijs diuturni ieiunij fœdatam, nullo pallore seu tabe vel debilitate confectam quin potius robustam succo viscerum, mole membrorum. Cumque incredibilia viderentur, quæ dicebantur, habito cõsilio, in monasterio puellarum in quo reliquiæ S. Stephani sitæ sunt, sacerdos puellam simul & præposito commendauit. Illic prima tantum die apparuisse illam auem asseruit, & sibi increpasse, quod neque fame, neq; siti compulsa illum appeteret locum, quo sibi accedere non liceret. Per duas sane hebdomadas nihil cibi vel poculi sumens in monasterio mansit. Accidit autem vt dicimus quintus Dominicus illucesceret dies, ascendente nobiscum sacerdote, vt matutinum illic sacrificium solito offerretur: puellam Præpositus ad altare perduxit, eo habitu & incessu quo solent rubore perfusæ ex epulis poculisq; mulieres aduenire. Sed vt se illa prostrauit altari, clamore fletus sui cunctis astantibus gemitus lacrymasq; induxit, quibus tm̃ malum auferendum præsens plebs Dñm exorabat: erat enim iam indecẽs murmur in populo. Peracto itaque sacrificio, cum eadem inter cæteras breuem particulam corporis Dñi tinctam à sacerdote perciperet, semihora mandẽs traijcere non valuit, nondum illo fugato,

gato, de quo dicit Apost. [Qua consonantia Christi ad Belial:] Et iterum: [Nō potestis calicem Domini bibere, & calicem dæmoniorum.] Manu igitur faciem eius sustentante sacerdote, ne sanctum proijceret: à quodam Diacono suggestum est, vt calicem salutarem gutturi eius Pontifex applicaret. Quod factum est: statim vt locum illum, quem diabolus obsederat, Saluatoris imperio reliquit. Sacramentū quod ore gestabat, cum laude Redēptoris transglutijsse puella clamauit. Hinc lætitia, hinc voces in gloriā Dei, quod post octoginta & duos dies diabolo expulso, puella de potestate fuerat eruta inimici. Oblatio igitur rursum gratiarum actionis pro ea fit, sacrificijq; percipiens certam partē prisco est reddita vsui. Tunc ēt dum hæc aguntur, spiritu diuino actus Diacon⁹ eiusdem tituli, statuam illam sublatā cōfregit in puluerem, oēmq; insidiantis astutiā superauit diuina maiestas.

2. Cor. 6 *1. Cor. 10* *Virgo obsessa vi sacramēti liberata.*

XII. *Ad remissionem peccatorum & consolationem magnam corpus Domini sumit Theoctistes.*

Ex Metaph. in vita S. Theoctiste Io. Gare. Centu 7.

CVm Euboicus venator aliquando nauigaturus esset ad venationem, accepta in pyxide de parte diuinæ carnis Domini, eam tulit ad beatā Theoctistem Lesbiam. Cum autem venisset ad insulā, & declinasset in ædem Dei Matris, eam non offendit: an aūt adesset & lateret, qn̄ cum eo ascenderant quidam ex socijs: an vero abesset, nescit. Hoc autem sciebat, se eam non offendisse. Atq; alij quidē profecti sunt in syluam venaturi: ipse vero clam reuersus est in templum, & protinus sacrosancta mulier, Theoctistes scilicet, apparuit, induta tunica, quam ab eo prius acceperat. Cum autem Euboic⁹ se in terram proiecisset, accurrit illa, & cū lacrymis dixit eminus: Nequaq̄ hoc facias, ò homo, nequaquam facias diuinum donum afferens, ne vras me, diuino dedecore afficiens. Eum itaque tunica apprehensum erexit. Ille autē eduxit è sinū suo pyxidem cum carne Domini. Et cum illa in terram cecidisset, diuinum donum accepit, & lamentationibus & lacrymis terram rigans dixit: [Nunc dimittis ancillam tuam Domine, quoniam viderunt oculi mei salutare tuum.] Quoniam remissionem peccatorum meorū accepit: nunc abibo, quo tua me iubet potentia.

Luc. 2.

XIII. *Miram dulcedinem in sumptione Eucharistiæ percipit Boarus eques.*

NOui (inquit Ioannes Nider in suo Formicario) aliquem militē Boarum nomine, generosum multum, & etiam apud sæculum prudentem virū in Herbipolensi diœcesi, qui mihi satis familiaris fuit & notus, & quæ sequūtur, vt sibi consulerem, patefecit. Cum enim fuisset aliqn̄ iuuenis cum filijs procerum, satis male in quibusdā educatus est, non verbum Dei, sed fistulatores audire consueuit, prudentum & grauium virorum societates fugit, & verba blasphemiam Dei notantia vix aut nullatenus in ore cōtinere potuit. Venit interea tempus, quo pro acquirenda militia ire debuit ad terram, q̄ Dei filius suis cruore & pedibus consecrauit: vbi cum alijs peregrinis per loca varia, in quibus Christus passus est, deductus est, & ab alto tunc per Dei gratiam visitari cœpit. Nam quasdam orationes crebro ob Dei reuerentiā dicere proposuit, & miles effectus in terram propriam redijt vbi in virū alterum est mutatus. Ex prædicationū enim auditione discere cepit, quod lōge deuiasset à Deo, & in militando antea diuersis guerris proximis nocuisset in mundo: confessionem sacramentalem omnium facinorum suorum fecit, & pro loco & tempore læsis secundum prudentum consilia satis fecit. Deinde nō modo, vt antea semel, sed bis in anni spatio Eucharistiæ Sacrum suscepit. Quo facto in secūda communicatione etiam deglutita iam sacrata hostia, quendam insolitum percepit saporem, dulcē quidē, & prout conie-

Ioan. Nider li. 1. Formicarij. c. 12. *Boarus miles miram percipit in Euchar. sumptione dulcedinem.*

ctare

ctare potuit, similem habentem odorem panis frumẽti nouiter & optime depisti; sed cum de hoc miraretur, & cogitaret cibo sumpto materiali talẽ saporem & odorem debere recedere, illud nõ statim euenit, sed longo temporis tractu postea continuauit præfata perceptio, quæ tamen postremo desijt. Cœpit interea sequenti anno trina vice Eucharistiam sumere, in festiuitatibus videlicet maioribus, & in qualibet cõmunione se sapor & odor prædicti augmentauerũt in perceptibilitate, & continuatione, quousque deuenerũt ad tantam suauitatem, quod nulli rei dulci, & suaui ea comparare poterat. Verberatus est interim Dei miles in sua conscientia, vnde hęc sentimenta prouenirent, anne à Dei munere, vel ab hostis antiqui versutia. In vitijs enim se habituatum esse sciuit, licet contritum iam se esse crederet de peccatis, quæ omnia animo reliquit: vnde testimonium conscientiæ se habere non vidit de tam insolita percepta dulcedine, quod à Deo esset. E diuerso vero, operationem dæmonis adeo appropinquare Eucharistiæ effectui vix animo concepit: cumque diu in hac maneret ambiguitate, euenit, Deo disponente, tempus, quo sermonem à quodam litterato audiuit, distinguentem inter virtuosam dulcedinem, quę aliquando non sentitur in gustu, sed percipitur solum in vitiorũ, quam facit, fuga, & inter sensibilem dulcedinem, quæ perceptibiliter animum iocundat, nonnunquam & corpus, qua dotantur, & cibantur ideo aliquando debiles, & infirmi à Christo, ne à cœptis desistant sanctis pœnitentiæ operibus. Quo audito miles se esse de secundo genere hominum cõiecit, & deinceps acrioribus virtutum operibus operam dedit. Prius enim à multis quæsiuerat secreto prudentibus, quid de sentimento prædicto tenere deberet, sed tantummodo, vt tactum est, viro plene responsum fuit in prædicatione publica.

XIIII. *Alteri prodest, pro quo sumitur Eucharistia.*

Accidit aliquando, quod quidam monachus tantum zelum acquirendæ, seu conseruandæ innocentiæ haberet: quod primos sẽsualitatis motus non solum reprimere, sed etiã fine veniali peccato vitam suam imperfecta puritate custodire studeret. Cum autem instigante diabolo aspiraret ad impossibile, in tam profundam desperationis foueam lapsus est, vt nec corpus Christi accipere vellet: pro cuius salute dũ ancilla Dei Maria lacrymosis suspirijs Dño supplicare inter missarum solemnia non destitisset: ille, quasi de lõginqua regione ad se reuersus, corpus Chr̃i deuotè recepit, & sũpta salutari medicina, pfectè cõualuit.

Ex Iacobo Aco. Epis. in vita Mariæ Ogniacensis. Io. Gar. cent. 13.

XV. *Virtute sumpta Eucharistia conciliantur inimici.*

Iurisconsultus à fratris filio sucul entam acceperat plagam in facie. Nec vt ei parceret, cuiusquam oratione, vel auctoritate adduci poterat, nisi ille veniam suppliciter peteret, & sibi satis faceret. Contra, adolescens ad ea descendere recusabat. Noster cum versato in omnes partes vti iusque aĩo nihil proficeret, ad extremum rogat vt ambo pariter ante sacrosanctam Eucharistiam paulisper supplicarent Deo. Haud ægre impetratum. Mira res dictu: vix ibi Deum parumper orarant, cum repẽte eorum animos diuina vis flexit. Ecce tibi dum adolescẽs patruũ adire petendæ veniæ & satisfaciendĩ grã parat, repente occurrit ei patruus, negans aliter sibi ab eo satisfieri velle, q̃ vt Christianè in posterum viueret.

Ex litteris Sicil. an. 1593 ĩ P cum cia Mediola. & Coll. 5. Genuense & Taurinense. Vis Eucharist.

XVI. *De vnione Christi & hominis Christiani inter se per sacræ Eucharistiæ perceptionem.*

Cum instaret tempus nobilissimi conuiuij, quo Mechtildis virgo dilectum animæ suæ Iesum percepisset in Sacramento corporis, & sangui-

Ex li 1. Reuela. S. Mechtild c. 4. Io. Gar. cent. 13.

nis

nis sui communione, audiuit eum sibi dicentem: Tu in me, & ego in te, & in æternum non derelinquam te.

XVII. *De anima è purgatorio erepta per Eucharistiam ab alio sumptam.*

Lud. Blos. in c. 6 Monilis spirit.

LVdouicus Blosius refert, quod anima cuiusdam defuncti cuidã Dei amico, in flamma ardoris immensi apparens, dixit: ea sola de causa tam diris cruciatibus torqueri, quod circa Dominici corporis perceptionẽ fuisset negligentior: addiditque, si vel semel venerabile Sacramentum deuote pro ipsa accipere dignaretur, se mox liberandam. Quod cum ille Dei amicus fecisset, sequenti die anima eidem sole fulgentior, atque micantior apparuit, vnica illa dignissimi sacramenti huius perceptione ab intolerabilibus pœnis liberata, atque ad cœlum & æternam beatitudinem euecta.

Euchar. sumptione aia è purgatorio liberata.

XVIII. *Eucharistia sumpta mire compungitur initio suæ conuersionis Lyduuina virgo admiranda.*

Ex Ioã. Brugmano Laur. Sur. 14. April. p. 1 vita S. Lyduui. c. 4.

CVm quidam vir Dei Ioannes Por, tanquam à Deo missus venisset ad Lyduuinam virginem graui infirmitate cruciatam, cœpit eam hortari ad patientiam, commemorare ei Christi passionem, humilitatem, labores, & sudores: inuitare, vt nocte ac die, quoad posset, in ijs meditandis versaretur. Promisit illa se sic facturam: & tentabat quidem sensim animo versare vitã & passionem Saluatoris, sed quod necdum in ollulam suam missa esset farinula Elisæi viri Dei, qui Christus est, amara & insipida erat omnis eiusmodi cogitatio. Reditur igitur ad lamenta & querimonias, quippe mors erat in olla. Redit etiam ad illam Christi sacerdos Ioãnes Por: percunctaẽ quantum in libro charitatis pro legerit. Respondet illa: Tu quidem, mi pater, ad optimum me studium hortatus es, sed mihi incompertum, nec finit dolorum acerbitas sapere, quidquid de Domino Iesu cogitãdum suscipio. Ille vero cernens eius bonam animi voluntatem, gratulabundus ait: Labor improbus, charissima filia, vincit omnia. Oportet aliquam tibi vim adhibeas: frãgas testam, & peruenies ad nucleum: persèuera, & vinces. Illa autem dicente, immodicos corporis & animi cruciatus id non sine re; vir Domini eam egregiè animabat, multis modis eam confirmans, hortansque, vt contemneret inepta gaudia & oblectamenta breui peritura, formam corporis pro nihilo putaret, rediret in memoriam eorum, quæ passi sunt sancti Martyres, quam multi iocis, diuitijs & voluptatibus sponte sua caruerint, solo Christo contenti, apud quẽ nunc summis opibus, honoribus, gaudijs & delitijs sine fine perfruantur. Sed quia nihil, inquit, poterit viribus tuis. Christum adspice pendentem in cruce, & veritatem doceberis. Christum audi, & sapiẽs eris. Christum tolera, & requiẽ inuenies. Christum imitare, & refectione suauissima perfrueris. His auditis, cœpit sancta virgo manum mittere ad fortia, cœpit intellectu, & affectu sitire passionis torrentem. Porro autem tertio ad eam venit sacerdos Ioannes Por afferens sacrosanctam Eucharistiam, vt solet ad ægrotos, qualis illa tunc erat: cumque eam ei præbuisset, sic locutus est: Hactenus ego te incitare conatus sum ad commemorandam passionem Domini tui: iam vero ille tibi loqueẽ. Quod si fortiter & constanter ei obtẽperaueris, erit merces tua magna nimis. Vix ille verba finierat, & in tantas virgo prorupit lacrymas, vt diebus quindecim vix eas potuerit cohibere. Ab eo die, crescente morbo, confirmabatur spiritu, amarum omne ei dulcescebat, nec quicquã iam sapiebat, nisi solus Iesus, & hic crucifixus. Itaq; passionẽ Christi in septem distinguebat partes, nec vllum temporis punctum sine eius commemoratione abscedere patiebatur, adeoq; in hac sese exercebat, vt crebro nocte ac die vigilans, horologium exactum animo circumferre

4. Re. 4.

Lyduuinam instruit sacerdos.

re videretur. Ex ardenti autem passionis Christi meditatione adeo inflammata fuit, vt non se, sed Christum Dominũ in se pati diceret. His igitur exercitijs edocta creuit in vtroq; homine, donec octauum suæ ægrotationis attingeret annum. Magis autem, magisque corporis putredo & vermium scaturigo aucta est, corporis etiã viscera magis ac magis marcescebant; & doloribus innumeris virgo afficiebatur. Sed hæc omnia ferebat patientissime, & in summis doloribus non solum agebat gratias Deo, sed eos ipsos cruciatus augeri potius, quam minui peroptabat.

XIX. *Manducans Christum in Eucharistia transformatur in ipsum.*

Ex dial. eiu. to. Garet. cent. 14. qui vixit an. 1370

AD Catharinam Senensem ita Dominus ait: Vt autem plenius intelligas, quam ardenti desiderio cupiam vobiscum esse, vtq; magis accendaris ad subigendã mihi copulãdamq; meæ voluntatem tuam: vide, & altamente considera, voluisse me, vt Vnigenitus meus incarnaretur, &c. Parasse insuper mensam maximi, & parum agniti sacramẽti, corporis ipsius & sanguinis, vt in cibum sumentes transformemini, muteminique in me: ac sicut panis & vinum, quibus vescimini, in substantiam transeunt corporalem: ita & vos manducantes ipsum, qui mecũ est, sub panis & vini specie in substantiam spiritualem, & in meipsum conuertamini. Et hoc illud est, quod *August.* Augustino seruo meo his verbis dixi: Cibus sum grandium, cresce, & manducabis me: nec tu me mutabis in te, sed tu mutaberis in me.

XX. *Vt sacra Eucharistiæ virtute animentur fideles adfortiter tolerandam tyrannorum rabiem.*

Lud. Gr. li. 4. cat d. alo 8 Cant. 8

CVm amor, vt scribitur in Canticis, fortis sit vt mors, quæ omnia vincit, ex suauissimo amore, qui nobis per panis cœlestis virtutem communicatur, tantum in animabus nostris robur efficitur, vt propterea S. martyr Cyprianus, cum tyranni Ecclesiã persequebãtur, hoc vnum curarit, vt anathematizati absoluerentur, & illis sacra cõmunio administraretur: ijs enim armis induti robustiores fiebant. Dicebat autem eos in prælio non posse fortiter pugnare, qui his armis induti non essent.

XXI. *De mira cuiusdam patientia frequenti Eucharistiæ sumptione comparata.*

Bonsign. Caccia. lib. 3 de Com. e c. 26.

BOnsignorius Cacciaguerra tractatu de sacra Communione scribit, quendam ad eum virtutis gradum virtute Eucharistiæ peruenisse, vt incredibili quadam patientia filij sui decimum quintum annum agentis, iniustissime & nulla prorsus data occasione occisi, mortem pertulerit. Cũ enim mulio quidam mulum onustum deduceret, cõtigit adolescentem illum obuium fieri, qui, ne à mulo comprimeretur, & eius pedibus conculcaretur, mulionem præmonuit, vt mulum aliquantum remoueret: quod ille prætiare contẽpsit, ideo adolescens muli sarcinam à se repulit. Vnde mulio ira cõmotus sic adolescentem percussit, vt biduo post è viuis excesserit. Postridie autem obitus, pater adolescentis Cacciaguerram adiuit, cui exomologesi facta, ac sacra synaxi accepta dixit: Pr, maiore dolore afficior ob crimẽ istius homicidæ, quam propter proprij filij mortem: quod ille homicidium per periurando Deum grauissimè offenderit: at filius diligenter expurgatus & sancta communione refectus ad felicem, vt speramus, vitam emigrauerit. Egregium sane facinus, nullo eum persequi odio, qui filium morte affecerat, quem vnicè amabat. Quod non aliunde, quam ab ipsa Eucharistiæ virtute, vt credibile est, proficiscitur.

XXII. *De alio admirabili eiusdem Sacramenti in muliere effectu.*

Idem ibid.

LIbet & aliud mulieris Christianæ factum subiungere. Hæc crebro à marito

marito cęſa, quod eum moneret, rogaretq; ne impudicas mulieres ad ædes (quod ſolebat) adduceret, his rationibus productis: primum, quod Deus offenderetur: deinde, multa bona eo vitæ genere dilapidarētur: & ipſa, quod ſua intereſſet, parui admodum facere: tandem ille ſic commotus fuit, vt graue vulnus capiti vxoris inflixerit, adeo vt eā occiſam crederet: & audito vicinorū accurſu, ne à Magiſtratu cōprehenderetur, fugam meditans chlamydem arripit: ſed pia illa dn̄a, vere Chriſto plena, dixit: Ne fugam, mi marite, capias, nec timeas, Deus ignoſcit tibi, vt & ego ex animo ignoſco: omnino in Domino confido, nihil tibi male euenturum. Si opus fuerit, te pro meo modulo excuſabo. Credo hoc Sacramentum ſemel & iterum hebdomadatim acceptum plus in hac muliere effeciſſe, quam quiuis alius ſibi ipſi efficere poſſet.

XXIII. *Qui ex hac vita migrant ſacra ſynaxi pure muniti, ab Angelis deducuntur, propter reuerentiam ſacramenti.*

Lib. 6 de Sacerdotio. QVidam mihi narrauit (inquit Ioannes Chryſoſtomus) nō ille quidem ab alio edoctus, ſed dignus habitus, qui id & vidiſſet ipſe, & audiſſet, quod qui de hac vita emigraturi ſunt, ſi myſteriorum huiuſmodi cum pura ac munda conſcientia fuerint participes, ſpiritum efflaturi ab Angelis illorum animas ſatellitum more ſtipantibus propter aſſumptum illud ſacrum, hinc recta in cœlum abducuntur.

TIT. X. De miris effectibus corporalibus Euchariſtiæ ſumptæ.

EXEMP. I. *Liberalis corporis & ſanguinis Chriſti Domini alimenta, ſuſtentabatur.*

Ex Petr. de Nat. l. 4. Cat. Sāctorū S. Liberalis Attinēſis Epiſcopus, Heliodori diſcipulus, cuius oſſa Taruiſij poſita honorant, vitæ merito conceſſum fuit (omne enim donum perfectū deſurſum eſt) vti Dn̄ico quoq; die ſpiritali alimonia corporis & ſanguinis Chriſti, & ſine vllo alio cibo reliquum tempus peragere. Itaque quod ad animæ ſalutē ſumptum erat, illius virtute ēt caro ſuſtentabatur. In fortitudine ergo cibi huius puenit vſq; ad montē, qui Chriſtus eſt, ſublatus in cęlū, cū ſe de terris trāsferri poſtulaſſet. *cap. 93. Marc. Maru. l. 4. c. 1. & 12.*

II. *Seuerus Abbas Dominico die ſpirituali & corporali cibo refectus per integrā hebdomadā nihil ſumebat.*

SEuerus Abbas natione Syrus, apud vrbem Agathenſem, Dominico die mane ſacrā percipiebat cōionem: veſperi vero panem cruce ſignatum ab amico deſtinatum ſumebat, altero cibo aīam alens, altero corpus ſuſtentās: reliquis autem hebdomadæ diebus cibo pariter ac potu vacuus perdurabat. *Petr. de Natal. lib. 7. c. 113 Maru. lib. 4. c 1.*

III. *Ludouicus Pius Imper. 40. dies abſque alio cibo ſacra communione nutritus.*

LVdouicus Pius Imperator in ſupremo morbo, quo obijt, totos quadraginta dies ieiunus trāſegit, Euchariſtiam ſolam quotidie ſumens, vt qui adfuit ei rei ſcriptor teſtatur. *Th. Boz. to. 1. l. 15 de ſig. c. 2.*

IIII. *Euchariſtia ſola annos quindecim ſuſtentatus eſt quidam Eremita.*

CIrca annum Domini 1465. quidam Eremita valde pius, Nicolaus nomine, Suitenſis, ſola Euchariſtia apud Heluetios prope Vnderualdem ſingulis mēſibus ſumpta, annos quindecim, nullo prorſus alio ſumpto cibo, vixiſſe traditur. Pietatis cauſa ſeceſſerat ab vxore ita conſentiente, ac liberis: facie ipſa præferebat inediam perpetuā homo macilentiſſimus; quin cum ea res delata fuiſſet ad Conſtantienſem Epiſcopum, neq; fidē adhiberet, iuſſiſſetque tria panis obola ab eo ſumi, paruit quidem ille, ſed ægre deglutire valuit. Tādem obijt opinione ſanctitatis per prouinciam relicta, an. Domini 1478. vt Naucler. memorat gener. 50. *Sim. Maiei⁹ Epiſ. Vulturn. dier. Canicu. col lat. 4 ex Vuerne. in Faſc. an. 1465.*

v. *De puella quæ à sumptu Eucharistiæ ad biennium ieiunauit.*

Abb. Vrspergēsis & Chron. Sigebert. an 823. Aimon. lib. 4. c. 113.

IN territorio Tullensi iuxta villam Commerciacum, puella quædam annorum circiter duodecim post sacram communionem, quam in Pascha de manu sacerdotis accepit, sine omni victus desiderio plenum biennium vsque in tertium annum dimidium compleuit, nulla penitus corporis alimenta percipiens. Cœpit autem ieiunare anno Dominicæ incarnationis 823. à Pascha, & in anno 825. circa initium Nouembris, peracta ieiunio cibum sumere, ac cæterorum hominum more manducando viuere cœpit.

VI. *Eucharistia sola diu sustentatur S. Ebrulphus.*

In vita eius apud Sur. to. 6.

Sola Eucharist. vixit Ebrulphus 47. d. eb.

S. Ebrulphus Abbas octogenarius in grauem morbum lapsus, dies quadraginta septem vixit nihil prorsus esculenti aut poculenti sumes, præter aquam solam, & corpus & sanguinem Christi: qui nihilominus tanquam bene satur non cessabat prædicare fratribus verbum Dei. Rogantibus eum fratribus, vt saltem aliquid cibi caperet, respondit ille: Quæso, fratres, ne huius rei mentio fiat, mihi enim fastidium parit.

VII. *Eucharistia sola aliquamdiu vixit Maria Ogniacensis.*

Iac. à Vitriaco in hist. Occid. c. 36 & in vita eius apud Sur. 23 Iunij.

MAria Ogniacensis tametsi in sua infirmitate nihil penitus edere posset, imo nec modici panis odorem perferre, facile tamen, & quidem crebro Christi corpus sumebat, quod statim quasi liquescens, & in animā eius transiens, non solum illam confirmabat, sed etiam corporis infirmitatem sine mora reseruabat: quandoque sumente illa tum Eucharistiam facies eius quosdam ex se luminis radios vibrare & diffundere videbatur, nos qui dem tentabamus aliquando, an hostiam non consecratam sumere posset, sed illa à panis odore mox abhorruit, & cum nisi exiguam particulam dentibus attigisset, cœpit clamare, expuere, & perinde ac si pectus rumperetur, anhelare, & cum ingenti anxietate singultire.

VIII. *Sola Eucharistia diutissime sustentata est Catharina Senensis.*

Ex vita eius apud Sur. 29. April. Th. B. z. li. 5. de sig. Ecc.

CAtharina Senensis virgo sanctissima, nonnullas quadragesimas nihil comedens, aut bibens præter aquā frigidam, Eucharistiam solam sumens traduxit: cuius efficacia non solum anima, sed etiam corpus vegetabatur, ita vt prorsus nulla ei iam inesset cibi corporei appetentia. Vnde non modo vitam diuini Spiritus gratia, sed & vires robustas & incredibiles hauriebat.

IX. *Felix virgo Itala diu sacra Eucharistia sine alio cibo nutrita.*

Ex Bonsignorio Cacciaguerra, in vita Felicis, T h. Boz. to. 2 l. 15. c. 2

VIrgo quædam Felix nomine ex oppido Barbarani Romæ ætate nostra vixit. Hæc quinque totas quadragesimas sola Eucharistia transegit, eius vitam sanctissimam scripsit Bosignorius Cacciaguerra.

X. *Aliud eiusdem argumenti exemplū.*

Lud. Gr. lib. 2. in symbolū cap 27.

ALiud de eadem subscribam, quod satis notum fuit, & à Pio Papa II. in diplomate canonizationis illius approbatum. Fuit autem illud, quod, præter altaris Sacramentum, a primo die cinerum vsque ad Pentecosten, quod tempus est trium mensium, sine cibo fuit; & ab illo tempore vsque ad mortem eodem modo perseuerauit, licet propter scandalum, & magnas persecutiones, nonnullas manderet herbas: quarum succum tantummodo deglutiebat: & vbi comederat, penna ori imposita vomitum excitabat, & eundem eijciebat, quod dum in ventriculo eum contineret, maxima molestia afficeretur. Hoc autem erat martyrij genus, quod hanc suam sponsam, dum vixit, sufferre æ perperi voluit.

A L-

ALTERA PARS.

TIT. X. De varijs alijs effectibus corporalibus Eucharistiæ.

EXEMP. I. *De patre S. Gregorij Nazianzeni, qui in die sancto Paschæ ab incurabili morbo sanctæ Euch. sumptione fuit liberatus.*

Ex Greg. Naziã. Onuphr. Paenin. Veronẽs. GRegorius Nazianzenus in Oratione de funere patris refert, patrem suum sacerdotem ardentissima & diuturna febri exhaustum ab ancilla aliquã synaxis tpe manu deductum in conuentum ecclesiasticum: in quo pro more Eucharistiam, sed paucissimis, & quibus tum per morbum potuit verbis consecratam, alijs & distribuerit, & ex ea participarit ipse quoque: reuersum vero ad lectum, ciboque parum ac somno refectum, melius statim habuisse, ac pristinæ tandẽ sanitati ex integro fuisse restitutum.

II. *Mater Gregorij Nazianzeni panibus benedictis, & consignatis à filio sacrificante spiritualiter nutrita conualescit.*

Idẽ Gre. i Orat. de funere patris IDem miraculum circa matrem aliquanto post contigit: quod ipsum etiam commemorare operęprętiũ est: hãc quoq; morbus inuadit, fortè alioqui fœminam & generosam, atq; omni vitæ tpe commoda valetudine vsã. In multis autem doloribus, ne sermonem longius producam, nihil eã perin de discruciabat atq; inedia, qua multos iam dies periculose affligebatur, neq; huius mali remedium vllum inueniebat. Qm̃ igitur modo eam Deus Exo. 17 3 R. 17 Dan. 14 aluit? Nõ mãna pluens, vt olim Israelitis, aut petram frangens, vt sitienti populo fontem aperiret: aut per coruos pascens, vt illum Heliam: aut per Prophetam in sublime captum satians, vt Danielem, cum fame in lacu vexaret. Quonam ergo modo? Visum est ipsi, me, quem charissimum habebat (neq; enim quẽquam nostrum alium, nec in somnis quidem præferebat noctu) repente superuenientem cum canistro, cãdidissimisq; panibus pro meo more benedictis atq. signatis eã aluisse, sicq; conualuisse, viresq; collegisse. Ac nocturnæ visioni veritas respondebat. Ab eo enim tpe ad se redijt, spemq; meliorem cõcepit, quemadmodũ & perspicuo argumento declaratum est. Nã cum postero die ad eam matutino ingressus primo solito hilariorem vidissem, deinde hæc consueta: Vt se noctu habuisset, ecqua re opus haberet, percunctatus essem: Tu me respondit illa, sane incunctanter ac tranquillo vultu, nate, nutriuisti, ac postea rogas, ecquid valeo? Simulq; nutu mihi ancillæ significabant, ne cõtradicerem, sed prompte respõsum hoc acciperẽ, ne patefacta rei veritate mœrore frãgeretur.

III. *De Gorgonia ad S. Eucharistiam orante, à membrorum omnium dissolutione ac grauissimis cruciatibus, quibus angebatur, sanata.*

AD omnes huius miraculi fama permanauit, atq; hæc historia cũ admirandis alijs Dei operibus, et viribus in omnium linguis, auribusq; versat. Ægro erat soror mea Gorgonia corpore pessimeq; affecto, ac morbus insolens erat ac prodigiosus, & velut ebullitio quædã & feruor sanguinis, ac deinde eiusdem concretio, & torpor pallorq; incredibilis, ac mentis, membrorumq; dissolutio, idq; non per loca interualla, sed nonnunquam ẽt admodũ continue, nec malum hoc humanum esse iudicabatur. Nec vero tum separatim, tum etiã inter se de morbi ratione consultantium ars & industria depellẽdo dolori par esse poterat, nec parentum lacrymæ, quæ multum sæpe valuerant, nec publicæ preces & supplicationes, quas vt pro sua quisq; salute, vniuersus populus faciebat: omnes enim eo animo erant, vt illius salutem, suam esse salutem ducerent; quemadmodum contra, communem illius morbum, communem omnium morbum & calamitatem. Quid igitur Gregor. Naz. Oratio. i laude sororis suæ Gorgon.

magna illa anima, maximisque digna facit, & quam dolori medicinam adhibet? hic enim iam arcanum situ est: Desperatis aliorum omnium auxilijs, ad mortalium omnium medicum confugit, noctisque intempesta caligine obseruata, cum leuius aliquando morbus vrgeret, ad altare cum fide procubit, eumque, qui super illud colitur, cum magno clamore obtestans, omnibusque nominibus appellans, atque omnium rerum, quas vnquam mirifice gesserat, commonefaciens (nam vtriusque testamenti historias callebat) tandem pia ac praeclara quadam impudentia effertur: eam, quae Christi fimbriam tangens sanguinis profluuium compresserat, imitatur, quidquid fecerit, audite: caput cum pari clamore vberrimisque lachrymis mulierculę illius instar, quae olim Christi pedes irrigarat, altari admoueas, nec se ante ab eo discessuram minitans, quam sanitatem consecuta sit: ac deinde hoc suo pharmaco totum corpus perungens, et sicubi quippiam Sacramenti pretiosi corporis & sanguinis manus condiderat, id lachrymis admiscenres rem admirandam? protinus se liberatam morbo sentit; atq; & corpore, & animo, & mente leuis abscedit, hanc spei mercedem cõsecuta, vt quod sperauerat, obtineret, animaeque firmitate corpori firmitatem compararet.

Matt. 9

IIII. *Ter sacram synaxim impetrat Catharina Senensis adolescenti sanitatem corporis.*

Lu. Grena. conc. 4. de S. Cath. Senens. §. 3.

Aderant beatae Catharinae Senensi virgini duo pijssimi adolescentes patria Senenses, ambo amanuenses eius; quorum alter Nerius, alter Stephanus vocabatur. Ex ijs Nerius postea solitariam & prope anachoreticam duxit vitam: Stephanus iubẽte post mortem sancta virgine, cum nihil minus cogitaret (vt ipse de se scribit) quam de monastico suscipiendo habitu Carthusianus factus est celebris, & valde religiosus. Cum autem esset sancta virgo Genuae, Nerius horribili correptus est aegritudine & prae nimio dolore viscerum miserabiles edebat voces & eiulatus, reptabatque manibus & pedib. de lectulo in lectulum, tanquam aliqđ leuamẽtum perpetuis illis cruciatibus reperturus. Indicantur haec sanctae virgini: illa iubet acciri medicos. Veniunt duo medici, fiunt omnia, quae illi praescribunt: sed miser ille non modo nihilo melius, sed peius etiam habere coepit, ita vt medici eius vitae spem omnẽ abijcerent. Quod cum Stephanus audiuisset, ad virginẽ sanctã se confert, eius pedibus lachrymabundus aduoluitur, orat ne sinat socium suum in peregrino solo miserabiliter ex hac vita migrare. At illa; Cur sic, inquit, doles fili, si Deo visum est fratrem tuũ ad suum regnum euocare? Stephanus perseuerat in precibus suis, dicit se nihil ambigere, quin, si velit, possit Nerio salutem obtinere. Vbi cras, inquit, me ad sacrã cõionem abire conspexeris, reduc mihi isthuc in memoriam, & ego offerã Deo preces: tu vero rogabis Dominũ, vt illas admittat. Abit Stephanus fiducia plenus, & altera luce virgini ad Missam eũti inculcat preces suas. Percepit sacram Eucharistiam, & more solito extra se rapta est: vbi autem ad se redijt, Stephanum illic expectãtem subridens ita alloquitur: Dominus nobis restituit Nerium. Stephanus celeriter abijt ad Neriũ, eũque in Domino consolatur. Deinde paulatim remittitũ morbi acerbitas, & Nerius totus reualescit. Ecce autẽ Stephanus, qui ei ministrauerat ęgrotanti, ex multis corporis & animi molestijs, quas eius causa pertulerat, febres acres cũ vomitu & intolerabili capitis dolore patitur: qa omnibus praecipuè charus erat, omnes sanctae virginis socij decumbenti assistunt. Sed virgo sacra non ferens eius afflictionem, ad decumbentẽ accedẽs; Praecipio, inquit tibi in virtute sanctae obedientiae, vt has febres deinceps minime patiaris. Abcessit febris, & Stephanus totus surrexit incolumis.

V. Cor-

V. *Corpus Dominicum ori muti impoſitum linguæ vſum illi reſtituit.*

Ex Gre. Mag. li 3. Dial. c. Contin get ann. D 560. Io. Gare. cent. 6.

POſt non multum tpis exigente cauſa Gothorum, vir quoq; B. Agapeti huius S. Romanæ Eccleſiæ Pontifex, cui Deo diſpenſante deſeruio, ad Iuſtinianum Principem acceſſit. Cui adhuc proficiſcenti quadam die in Græciarum iam partibus curidus oblatus eſt mutus & claudus, qui nulla verba edere, neq; ex terra vnquam ſurgere valebat. Cumq; hunc propinqui illius flentes obtuliſſent, vir Dñi ſolicite requiſiuit, an curationis illius haberent fidem. Cui dum in virtute Dei ex auctoritate Petri fixã ſalutis illius ſpem habere ſe dicerent, protinus venerandus vir orationi incubuit, & Miſſarum ſolemnia exorſus ſacrificium in cõſpectu Dei oĩpotentis immolauit. Quo pacto ab altari exiẽs claudi manum tenuit, atq; aſſiſtente & aſpiciente populo, eum mox à terra in proprijs greſſibus erexit. Cumq; ei Dominicum corpus in os mitteret, illa diu muta, ad loquẽdum lingua eſt ſoluta. Mirati oẽs, flere præ gaudio cœperunt: eorũq; mẽtes illico metus & reuerentia inuaſit.

Muti Euchariſt. ſumpta lingua vſum reſtituitur.

VI. *Georgius Cappadox ligatus ſumptione Euchariſtiæ à catenis ſoluitur.*

Th. Boz. to. 2 de ſig. Ecc. li. 15. c. 2. ex Sur. to. 2.

HVc refertur, quod ſcribitur in vita Theodori Archimãdritæ, qui imperante Phoca vixit, Georgium Cappadocem, virum nobiliſſimum, ductũ fuiſſe catenis vndiq; circumligatũ iuſſu Imperatoris, cumq; Theodorus petijſſet, vt ab ijs ſolueretur, donec illi daret Euchariſtiam, militeſque id ſancto pernegaſſent diu multumque hoc petenti, accidit, vt eo ſumente Euchariſtiam ſubito mirabiliter vincula ſoluta ſponte conciderent ad terram.

Cõione vincula ſoluta.

VII. *Satyrus S. Ambroſii frater Euchariſtiam collo appenſam habens incolumis in naufragio ſeruatur.*

Ex D. Ambroſ.

QVid igitur obſeruantiam eius erga Dei cultum prædicem? Qui prius quam perfectoribus eſſet initiatus myſterijs, in naufragio cõſtitutus, cum ea, quæ veheretur, nauis ſcopuloſo illiſa vado, & vrgentibus hinc atq; inde fluctibus ſolueretur, nõ mortem metuens, ſed ne vacuus myſterio exiret è vita, quos initiatos eſſe cognouerat, ab his diuinum illud fidelium ſacramentum popoſcit, non vt curioſos oculos inſereret arcanis, ſed vt fidei ſuæ conſequeretur auxilium: etenim ligari fecit in orario; & orarium inuoluit collo, atque ita ſe deiecit in mare, non requirens de nauis compage reſoluta tabulam, cui ſupernatans, iuuaretur, quia fidei ſolius arma quęſierat. Itaq; his ſe tectum atq; munitum ſatis credens alia auxilia non deſiderauit: ſimul & formitudinem eius ſpectare licet, qui fatiſcente remigio, non quaſi naufragus tabulam ſumpſerit, ſed quaſi fortis ex ſeipſo adminiculũ ſuæ virtutis aſſumpſerit. Nec deſeruit ſpes, nec fefellit opinio deniq; primus ſeruatus ex vndis, & in portum terrenæ ſtationis euectus, Præſulem ſuum, cui ſe crediderat, recognouit, ſtatimq; vbi etiam cæteros ſeruulos ſuos vel ipſe liberauit, vel liberatos cõperit, negligens facultatum, nec amiſſa deſiderans, Dei eccleſiam requiſiuit, vt ageret gratias liberatus, & myſteria æterna cognoſceret, pronuncians nullum referendæ gratiæ maius eſſe officium. Quod ſi homini non referre ſimile homicidio iudicatum eſt, quantum crimen eſt, non referre Deo?

Epiſ. Mediol. 1 or. funeb. 1. de obitu frat. ſui Sat. to. 3 operum. Bar. t. 4. an. 383.

Euchariſtiam in itinere deferendi vſus.

Euchar. à naufragio liberat.

VIII. *Vt Maximianus Epiſc. Syracuſanus à periculo maris ſacræ Euchariſt. ſumptione ſit præſeruatus.*

D. Greg. Mag. li. 3 Dial. c. 36 apud Baron. to. 7. an. 534.

NEque hoc ſilendum puto, quod omnipotens Deus ſuper Maximianum famulum ſuum, nũc Syracuſanum Epiſcopum, tunc aũt mei Monaſterij patrem, dignatus eſt monſtrare miraculum. Nã dum iuſſione Pontificis mei in Conſtantinopolitanæ vrbis palatio reſponſis eccleſiaſticis de-

seruitem: illuc ad me idem venerabilis Maximianus charitate exigente cũ fratribus venit. Qui cum ad monasterium meum Romam rediret, in mari Adriatico nimia tempestate deprehẽsus, inæstimabili ordine atque inusitato miraculo erga se, cunctosque qui cum eo aderant, omnipotentis Dei & iram cognouit & gratiam. Nam cum in eorum mortem ventorum nimietatibus eleuati fluctus sæuirent, ex naui clauis, perditis arbor abscissa est: vela in vndis proiecta: totumque vas nauis cassatum nimijs fluctibus ab omni fuerat sua compage dissolutum. Rimis itaque patentibus intrare mare, atque vsque ad superiores tabulas impleuit nauem, ita vt non tam nauis intra vndas, quam vndæ iam intra nauem esse viderentur: Tunc in eadem naui residentes, non iam ex morte vicina, sed ex ipsa eius præsentia ac visione turbati omnes, sibimet pacem dederunt, corpus & sanguinem Redẽptoris acceperunt, Deo se singuli commendantes: vt eorum animas benigne susciperet, quorũ corpora in tam pauida morte tradiderat. Sed omnipotens Deus, qui eorum mentes mirabiliter terruit, eorum quoque vitam mirabilius seruauit: nam diebus octo nauis eadem vsque ad superiores tabulas aquis plena iter proprium peragens enatauit: nono autem die in Cothronensis Castri portum deducta est, ex qua exierunt omnes incolumes, qui cum prædicto venerabili viro Maximiano nauigabant. Cumque post eos ipse quoque fuisset egressus, mox in eiusdem portus profundum nauis demersa est: ac si illis egredientibus præpondere subleuatione caruisset, & plena hominibus in Pelago aquas portauerat, atque natauerat: Maximiano cum suis fratribus recedente, aquas sine hominibus in portu non valuit portare, vt hinc omnipotens Deus ostenderet, quia hanc onustam sua manu tenuerat, quæ ab hominibus vacua & derelicta super aquas non potuit manere.

Maximiani Epi. miraculum.

Hostia sacra à periculo nauis liberat.

Nauis aqua plena ad portũ deducta.

Euchar. portabãt secũ nauigãtes.

IX. *Ad sedandam maris tempestatem Eucharistiam ad collum ferre solebat S. Byrinus.*

IN Actis S. Byrini viri Apostolici, quibus & prædicationis eius tempora consignantur, nimirum anno trigesimo octauo ab ingressu Augustini in Angliam, ab aduentu vero Domini anno sexcentesimoquinto ingens miraculum describitur: Ad littus Britannici freti arrepto itinere perueniens, ascensurus nauem diuina celebrat mysteria, sibi, suisq; viaticum parans, salutaris hostiæ pia libamina Deo obtulit. Vrgente vero nauigationis articulo, ad nauem festinans introducitur: & insurgente vento, dum alta sulcarent pelagi, reminiscitur Byrinus, se rẽ præcipue caram amisisse, & nautis vrgentibus impeditum, in littore, vnde abscesserat, reliquisse. Dederat enim ei Honorius Papa pallam super quã corpus Christi consecrabat, & in qua corpus Dominicum inuolutum & ad collum suspẽsum semper secum ferebat, atque inter sacranda sacrosancta mysteria super sanctum altare ponere cõsueuit. Fide igitur armatus, in mare descendit Deum auctorem habẽs, per mare securus incedit, & recepto quod reliquerat, ad nauem regreditur: offendit autem illam quasi immobilem stãtem, cum paulo ante per vndas maris velociter currentem reliquisset. Vt autem in eam ingressus est, nec vna quidem in vestimento eius aquæ gutta deprehensa est. Id nautæ videntes, flexis genibus, tanquam Deum eum adorauerunt, & complures ex eis ad fidem Christi, prædicante illo verbum Dei, conuersi sunt. Vides, inquit Baronius, perseuerasse hactenus apud fideles valde pios pristinum illum morẽ, qui à S. Ambrosio describitur in funere Satyri fratris, portandi. s. in itinere, terra marique sacrosanctũ Eucharistiã sudario inuolutam: quam piam consuetudinem sicut setuẽs religio introduxit, ita & religio æque sancta subduxit:

Apud Sur. 3. Decẽbr. & Bar. to. 8. an. 635.

Eucharistiam nauigã tes secũ ferre solebant.

Ingens miraculũ Byrini viri Apostoli ci Episc. Dorcestrien.

duxit:

duxit: suadebat illud tunc fides, quod postea reuerentia dissuasit. Vtrobique commendandi fideles, sicut in vtroq; apparet Apostolorum prædicata fiducia, & commendata modestia; siue cum nolunt ad momentum carere Christi præsentia, siue, vt fecit Petrus, repellēdo eū à se, cum dixit: Exi à me, quia homo peccator sum, Domine.

Ioan. 6 Luc. 5.

X. *De puero Iudæo ab incendio virtute Eucharist. seruato.*

Euag li. 4. Eccle. hist. ca. 24 Eus. 4. c. 36. Gr. Tur. li 1 Mirac. ca. 10 Ioan. Naucle. t. 2 gen. 19 Bar. to. 7 an. 552 Niceph. li. 17. c. 25.

MEmoriæ prodidit post Euagriū Nicephorus Callistus rem prorsus admirabilem, ac scitu dignissimā, i hæc verba: Anthimo, inquit ille, è sede Episcopi deiecto in vrbe Imperatoria, & Mena loco ipsius ab Agatone Papa electo, ac cōsecrato, miraculum quoddam Constantinopoli dignum quod memoretur, accidit. Consuetudo à multo tempore Imperatoriæ vrbi fuit, vt cum plusculum de partibus immaculati, diuinique corporis Christi reliquum foret, pueros incorruptos ex ijs, qui ad præceptores eunt in ludum literarium, accerserent, qui ieiuni reliquias illas ederent; quod quidē mihi quoq; sæpenumero, quum puer admodū essem, & maximè prima ętate in sacris ædibus versari studio haberem, contigit. Tale quiddam sub Mena quoque Patriarcha accidit. Cum pueris ad hoc delectis puer quoq; viri religione Iudæi viro conficiendo vitā tuentis adiunctus est. Puer is vbi diutius vltra solitam horam moratus domum venit, & causam tardioris reditus parentibus ipsum diligentius inquirentibus, quod. s. cum pueris alijs diuinas partes edisset, renunciauit. Pater, audita renoua, furore percitus, fornacem, vbi vitrum conformabat, succendit, & arreptum puerum in illam prunis, flamma suffocata, candentem coniecit, ob huiusmodi factum iratus; quamuis filius sciens nihil admisisset. Porro mater, vbi puerum diutius non comparentem quæsijsset, neque inuenisset, vrbem omnem circumijt, perquam acerbe plorans, ac lugens: & die tertio ad officinam mariti consistens, ingenti planctu, seipsam lanians, prolixiusq; ingemiscens, filium vocauit: materna ille voce agnita rñsum dedit è camino. Tum mater ostio furni fracto, cum miraculo maximo in medijs prunis puerum stantem vidit ita prorsus incolumen, vt ne capillū quidem flamma læserit: & vbi causam incolumitatis quæsiuit, mulierem quandam illustrem, purpurea amictam stola frequentius ad se venisse, aquam sibi infudisse, flammamq; appropinquātem extinxisse, cibum ēt, cum esuriret, præbuisse dixit. Hæc postquam Iustinianus cognouit, puerum cum matre diuino regenerationis lauacro adhibuit, Deoq; dedicauit. Hæc Euagrius, qui sub hæc tempora vixit.

Eucharistia seruat puerum ab incendio.

XI. *De puella nobili Louaniensi varijs agitata doloribus ad venerabile Sacramentum Bruxellis pristinæ valetudini restituta.*

ANno Domini 1529. mensis Nouembris die 29. peregre inuisunt venerabile Sacrm Bruxellas, herois Ioanna à Duffele annos nata circiter vnum aut viginti duos, nondum nupta, virguncula etiamnum, filia herois Iacobi à Duffele Licentiati Vicepræsidis præfecturæ Louaniēsis apud Brabantos, vna cum nouerca, alijsq; item duabus comitata dominabus, ijsq; cognatis. Quæ nimirum Ioanna à Duffele misere circum præcordia diuexabatur, ex æquo manca, atq; claudicās in brachio, in manibus denique & in pedibus, cum pes alter altero contractior breuiorq; foret, amplius trimestri spatio, ita vt in suris crurum tenus nerui cōtracti rigescerent, perinde ac si prægrandes fuissent fides. Quē porro morbum ex diutina contraxit ægritudine, qua iampridem laborauerat ac id tpis etiamnum laborabat. Ingressæ Bruxellas, in ædibusq; Iasparis Longeuillæ herois hospitio exceptæ, Ioannā à Duffele sedili gestatorio insidētē

Ex libello R. P. Theodorici Loer Carthu. Colon è Notario rū publicu istrument. cōscripto, et an 532. in lucē edito.

à duobus viris curarunt perferendam in templum D. Gudilę sacrum: q̄ñquidem vno scipione nō admodum bene sine aliena ope posset preptare. Aduectā igitur, venerabili Sacro, præsentib. quas dixi, comitibus, ægre quidem, sed tñ in gradum è regione Sacri collocarunt. Quæ ibidem, quum ad interuallum trium precationum Dñicarū desedisset, contēplando iuxta ac orando Eucharistiam, extra se posita, suiq; impotens facta nullum sensus indicium ederet, ita spacio decē aut duodecim precationū Dñicarū humi procubuit. Deinde sibi restituta citra vllius auxilium in pedes consurrexit, haud aliter recta incedēs, ac si nunq̄ laborasset infirmitate valetudinis aduersæ: accidēs que in genua coram venerabili Sacro proxime loculamentū, siue, vt vocant, armarium Eucharistiæ, amare flebat, agendo Deo gratias: alloquendoq; D. Ioan. Bolaert sacerdotem, custodemq; eiusdem Sacri, ibidem hærentem ad excipiendas oblatiunculas, hanc verborum formam protulit: Dñe, nō sum digna accipere eam, q̄ erga me Dñs nr̄ Iesus Christus ostendit gratiā. Equidē ego in totū, laus Superis, reualui. Aderant tum circiter centum hoīes, quorū pleriq; omnes præ lætitia lacrymabantur. Ioanna autem herois ipsa suis pedibus recta in id, quod supra diximus hospitium, vndique sanata à claudicatione, cæterisque alijs lāguoribus, properauit. Quæ natali D. Catharinæ eodem reuersa in gratiarum actione, sacrosanctam percepit Eucharistiam: & vna cū patre, reliquisq; cognatis, Missæ in honorē venerabilis Sacramēti eo dē die ibidem maximo apparatu, pro peruetusto more, cantatæ interfuere.

Miraculum.

XII. *Catholicus vir cum aliquot hæreticis suspensus, sed confessus & sacra Eucharistia refectus à morte solus liberatur.*

Laurentius Surius in Commentario sub anno Domini 1567. egregium refert exemplum eo anno accidisse vltima Iunij. Cum patibulo, inquit, septem addicti iure fuissent apud Harlinghen Phrisiæ a gubernatore, ex ijs vnus dumtaxat ad fidem Catholicam se recipiens peccata sua cuidam Franciscano Patri confessus est, petijtque Missam fieri, in eaque sacrosanctā Eucharistiam sibi porrigi. Quod cum factum esset, atq; ille cum alijs suspensus iam spiritum exhalasse putaretur, animaduertit Præfectus eum etiamnum animam agere. Iussit igitur lictori, vt mortem vno adhuc saltu illi accelararet. Quod cum ille tentaret, funis ruptus est, Illeque humi collapsus, paulo post, tum à Deo tum à Præfecto ore titubante veniam, & petijt, & impetrauit, traditusque chirurgo curandus diu superuixit. Quotquot vero spectaculo illi aderāt, miraculi loco isthuc habuere, quod sacrosanctæ Eucharistiæ virtute à morte seruatus esset homo ille, & multi sane in Pharisia hac re permoti quotidie ad Catholicā fidē rediere. Quæsitum etiam tum fuit; num funis firmus esset, num etiam ipse homo ponderosus esset? Inuentus est non modo ipse, qui cecidit, leuior, verum etiam funis ipse firmior.

Ex Chr. Surij, sub an. Do. mi. 1567 Sim Ma iol. Epis. Vultan riēs. Col. 20.

Euchar. sumpta à suspen d.o liber quidam fit ru, to fune.

XIII. *Baptismate carentibus pueris vita reddita per Eucharistiam.*

Amstelrodami in loco sacro memoria Sacramenti sacrosancti, quod insigni miraculo claruit anno supra 1345. die decima sexta Martij. Ab ægro enim cū phlegmatibus eiectū, & in ignē missum, nec candorem amisit, nec vllam lęsionem à flammis accepit. Deinde cistæ impositum, ibi etiam stupendis miraculis claruit. Vnde aduocatus sacerdos sacrosāctum corpus ad parochiam detulit. Erat autem hostia resurgentis Dñi imagine consignata, pedē alterum supra sepulcrum, alterū introrsum defigentis. Domus autem, in qua primum miraculum cōtigit, est deiecta, & in sacellum sacri loci commutata. In foco autē & cineribus, qui ex igne supererant, attactu corporis

Ex off. ecc. Amstelro. Io. Molan. 3 Natal. SS Belgij 16. Mar. &.

Euchar. sacramētum miraculis celebre Amstelrodami.

Do-

Dominici sanctificatis, magnificum erectum est tabernaculum, in quod dicta sacra hostia ex parochia delata annis plurimis in summa fuit veneratione. Ipsi autem cineris sacri licet ad varia genera morborũ profliganda subinde auferantur, vix tamen imminuti suaue adhuc olentes cernuntur. Cæterum anno 452. cum magna oppidi portione conflagrauit etiam sacri loci sacellum; sed liquefactis circumquaque metallis, hostia glorioso prodigio est conseruata, cum arcula qua cõtinebatur, & syndone byssina, qua contra pulueres decidẽtes muniebatur. Quo miraculo excitati ciues sacellũ aliud splẽdidius erexerunt, magnifice dotarunt, & mirifice exornarunt. Vnde Dominus, qui honorantes se honorat, locum illum sacrum, & venerabile Sacramentum multis miraculis illustrauit. Diuersi enim qui ad hunc locum vota vouerunt, liberati sunt à dæmonum impetitionibus, a naufragij extremis periculis, à vinculis in Barbaria, Hispania, & Gallia, a dolore partus, ab exulcerationum puncturis, & ab alijs miserijs. Paruulis quibusdam absq; baptismate mortuis vita est reddita, vt Sacramẽti regenerationis participes saluarentur. Amissæ res sunt recuperatæ. Furci suspicione sese maculãtibus pax est reddita, dum huc precaturi properarent, & res palam appareret. Festum celebratur a clero & populo vsque ad prandium cum solemni processione, feria plerumq; quarta proxima festo diui Gregorij: rarissime enim transfertur. Et omnis clerus dictæ vrbis habet ex indulto Vltraiectensium Episcoporum proprium per totam octauam officium excusum Amstelrodami, vnde superiora carptim annotauimus.

XIV. *Pueri defuncti corpus terra continere non potuit nisi adhibito Christi Domini corpore.*

Gre li. 2 Dial. c. 4 an Domi. 530.

QVodam die, dum quidã sancti benedicti puerulus monachus parẽtes suos vltra, quam deberet, diligens, atque ad eorum habitaculum tendens sine benedictione de monasterio exijsset, eodem die vt ad eos peruenit, defunctus est; cumque esset sepultus, die altero proiectum foras corpus eius inuentum est; quod rursus sepulturæ tradere curauerunt: sed sequenti die iterum proiectum exterius, atque inhumatum, sicut prius inuenerunt. Tunc cõciti ad Benedicti patris vestigia currentes, cum magno fletu petierunt, vt ei suam gratiã largiri dignaretur. Quibus vir Dei manu sua protinus cõmunionem Dominici corporis dedit, dicens: Ite, atq; hoc Dominicum corpus super pectus eius cum magna reuerentia ponite, & sic sepulturæ eum tradite, quod dum factum fuisset, susceptũ corpus eius terra tenuit, nec vltra proiecit. Perpendis, Petre, apud Iesum Christum Dominum, cuius meriti iste vir fuerit, vt eius corpus etiam terra proiecerit, qui Benedicti gratiam non haberet.

XV. *Pyxis lignea, in qua asseruabatur corpus Christi incendio circumquaque sæuiente, intacta permansit.*

CIrca annum Domini 1288. Renerus S. Laurentij libro de viris illustribus monasterij sui tradit euenisse, vt circũpositas Tuitiensi cœnobio graue incendium officinas corriperet, atque absumeret. Vndiq; sæuiebant immaniter flammæ, vt ipsum iam cœnobium subsideret periculo, nisi diuina irrorasset miseratio. Vt enim videre aliquibus datum est, sidereæ desuper claritatis persona adstitit, q̃ sui amictus ora, veluti quodam flabello insurgentes ignium globos euentilaret. Resurgere igitur vapores, illæsa emicuit domus illa, impleto haud dubie, quod ad Dominum Propheta dicit: [Cum iratus fueris, misericordiæ recordaberis.] Parochiam vero ecclesiam depasta sũt incendia: sed ibi nihilominus Christi gloriose magnificati est dextera. Cum fuerit namque tanta conflagratio, vt etiam campanas liquefecerit eiusdem eccle-

Io. Gar. c. Cent 13. an 1288. Rup. Tuitiẽsis li. de incendio oppidi Tuit. c. 4. et 5.

Abac 3.

ecclesiæ, at mariolum tamen ligneum, quo in pyxide clausum corpus Dominicum habebatur, corrumpi adustione non potuit, sacrosanctum scilicet suum seruante Sancto Sanctorum, cuius caro requieuit in spe cuius non derelicta fuit anima in inferno: cui datū est non videre corruptionem. *Ps. 15.*

XVI. *De Saracenis ab obsidione Assisiensi corporis Domini præsentia ablegatis.*

In vita S. Claræ, iussu Alexand. IV. Pont. conscripta, apud Zach. Lipp. & Suriū 12 Aug.

LIbet & hic aliud de virtute huius Sacramenti miraculum attexere. Illa tempestate, quam sub Imperatore Friderico in diuersis mundi partibus sustinebat Ecclesia, Vallis Spoletana de calice iræ frequentius imbibebat. Erāt in ea pro ciuitatum expugnatione acies militum & Saracenorum exa mina velut apum constituta. Cumque Assisium, peculiarem Domini ciuitatem, hostilis simul furor irrueret, & iā ipsis portis exercitus appropinquaret, Saraceni, gens pessima, qui sanguinem sitiunt Christianum, & omne nefas impudentius audent, apud sanctū Damianum intra claustrum virginum confluxerūt. Liquescunt Dominarum corda timoribus, tremunt formidine verba, & ad Claram matrem referunt fletus suos. Quæ impauida corde, se infirmam ad ostium, præcedente sacratissimo corpore Christi, duci iubet: cūque se totam in oratione coram Domino prostrauisset, Christo suo cum lacrymis ait: Placet, mi Domine, inermes ancillas tuas, quas tuis amoribus innutriui, manibus ecce tradere paganorum? Custodi, Domine, precor, has famulas tuas, quas ipsa in præsenti articulo custodire non possum. Mox de nouæ gratiæ propitiatorio vox quasi puerulí ad eius aures insonuit: Ego vos semper custodiam. Mi Domine, ait, & hanc, si placet, protege ciuitatem, quia nos pro amore tuo sustentat. Dominus ad eā: Grauamina sustinebit, sed meo munere defendetur. Nec mora: statim enim canum illorum repressa pauescit audacia, & per muros, quos iam ascenderant celeriter exeuntes Sacramenti & orantis virtute deturbati sunt.

Corporis Christi præsentia ab hoste liberatur Assisium

XVII. *De puero mortuo & sepulto virtute sacrosancti sanguinis Christi vitæ restituto & baptizato.*

Ia. Meyer. l. 9. Annal. Fland. ad ann. Domini 1470

TErtio Idus Nouembris ferijs diui Martini Turonensis Episcopi anno Domini 1047. pulchrum fit Brugis miraculum per sacratissimum sanguinem Domini. Mulier quædam infantē enixa, qui videbatur esse mortuus, non cessat inclamare sacrosanctum cruorē Christi: pro consolatione, bonaque fide & fiducia sua, id omne petijt obtinuit: Nam post diem tertium quam erat sepultus, refossus infans vixit, & baptizatus est.

TIT. XI. De ijs qui indigne communicant.

EXEMP. I. *Eucharistiam exhorruit infans, qui gustauerat libamina idolorum.*

Ex D. Cyprian. mar. ser. 5. de lapsis. Diu. Aug. ep. 23 ad Bonif. Episc. an. 260.

PRæsente ac teste meipso, accipite quid euenerit. Parentes forte fugientes, dum trepidi minus sibi consulunt, sub nutricis alimento paruulam filiam reliquerūt, relictam nutrix detulit ad magistratus. Illi ei apud idolū, quo populus confluebat, quod carnem necdum posset edere per ætatem, panē mero mistum, quod tamen & ipsum de immolatione pereuntium supererat, tradiderunt. Recepit filiam postmodum mater, sed facinus puella commissum tam loqui & indicare non potuit, quam nec intelligere prius potuit nec arcere. Ignoratione igitur obreptū est, vt sacrificantibus nobis eam secum mater interferret. Sed .n. puella mixta cum sanctis, precis nostræ & orationis impatiens, nunc ploratu concuti, nunc mentis æstu cœpit fluctuabunda iactari, & velut tortore cogente quibus poterat indicijs conscientiam facti in simplicibus adhuc annis rudis anima fatebatur. Vbi vero solemnibus adimpletis

pletis calicem Diaconus offerre præsētibus cępit, & accipientibus cæteris locus eius aduenit: faciem suam paruula instinctu diuinę maiestatis auertere, os labijs obturantibus premere, calicem recusare. Perstitit tamen Diaconus, & reluctanti licet de sacramento calicis infudit. Tunc sequitur singultus & vomitus. In corpore atque ore violato Eucharistia permanere non potuit. Sāctificatus in Domini sanguine potus de pollutis visceribus erupit. Tanta est potestas Domini, tanta maiestas. Secreta tenebrarum sub eius luce detecta sunt, sacerdotem Dei nec occulta crimina fefellerunt. Hoc circa infantē, quæ ad eloquendum alienum circa se crimen necdum habuit ætatem.

II. *Aliud miraculum ex eodem Cypriano.*

Idē ibi.

AT vero ea, quæ ætate prouecta, & in annis adultioribus constituta sacrificātibus nobis latenter obrepsit, non cibus, sed gladium sibi sumens, & velut quædam venena lethalia inter fauces & pectus sanguinem admittēs, angi & anima exæstuante concludi postmodum cœpit. Et pressuram, non iam persecutionis, sed delicti sui passa, palpitans, & tremens concidit. Impunitum diu non fuit, nec occultum dissimulatæ conscientiæ crimen: quæ fefellerat hominem, Deum sensit vltorem.

III. *Aliud item miraculum ex eodem.*

Idē ibi.

ALia in balneis cōstituta (hoc enim crimini eius & malis deerat, vt & ad balneas statim pergeret, quæ lauacri vitalis gratiam perdidisset) illic ab immundo spiritu immunda correpta cecidit, laniauit dentibus linguā, quæ fuerat vel pasta impiè, vel locuta. Postquam sceleratus cibus sumptus est, in perniciem suam rabies oris armata est. Ipsa sui carnifex extitit, nec diu superesse post modum potuit doloribus ventris & viscerum cruciata defecit.

IIII. *Lotharius Rex ob communionem male sumptam morte opprimitur.*

Cæs. Baro Card. t. 10. Annal. an. Do 868. 48. 49. 50. ex Regin. ē Chron. et Sigeber. an. 860.

ANno Christi Domini 868. Lotharius Gallorum Rex Romam profectus est. Quo cum peruenisset, ab Hadriano Pontifice honorifice susceptus est. Qui ab eodem Pōtifice sciscitatus, si monita pij Patris Domini Nicolai cum omni vigilantia hactenus obseruata haberet, & præstitum iuramentū inuiolato fœdere custoditum? Qui ab illo deceptus, qui in veritate non stetit: qui non solum mendax est, sed etiā pater omnis mendacij, respondit, se ita omnia obseruasse, ac si diuinitus sibi essent imperata. Cumque Proceres & Optimates, qui cum eo venerant, eadem testificarentur, nec vlla opposita persona inueniretur, qui aduersus regiam auctoritatem legitimum auderet controuersiæ inire certamen: vniuersalis Papa talia prosequitur; Si vestræ testificationis verbi, veritas suffragatur, cum omni alacritate mentis omnipotenti Deo multiplices gratiarum actiones referimus. Restat ergo, fili charissime, vt ad confessionem sancti Petri accedas. Ibi Deo propitio, hostiā salutarem pro tua, non tam corporis, quam animæ incolumitate immolabimus; ex qua nobiscum te participare oportet, vt per hanc participationem membris Christi, vnde abscissus esse videbaris, merearis incorporari. Finitis igitur Missarum solemnibus, inuitat summus Pontifex eundem Regem ad mensam Christi; acceptoque in manibus corpore & sanguine Domini, ita eum alloquitur: Si innoxium te recognoscis à prohibito atque interdicto tibi à Nicolao adulterij scelere, & hoc fixa mente statutum habes, vt nunquā diebus vitæ tuę Vualdradę pellicis tuę dudum à te repudiatæ miscearis nefario concubitu, fiducialiter accede, & Sacramentum salutis æternæ tibi ad remissionem peccatorum profuturum percipe: sin autem tua conscientia te accusat, teque lethali vulnere sauciatum

Contestatio Adriani Papæ ad Lotariū Galliæ Regem.

tum proclamat, aut iterum redire mente disponis in mœchiæ volutabrum; nequaquam sumere præsumas, ne forte ad iudicium & condemnationem tibi adueniat, quod fidelibus ad remedium præparauit diuina prouidentia. Qui mente captus obduratus & obcæcatus absque retractatione communionem corporis, & sanguinis Domini de manu Pontificis sumpsit, non expauescens illam sententiam, quæ dicit: [Horribile est incidere in manus Dei viuentis: Qui enim manducat, & bibit indigne, iudicium sibi manducat, & bibit.] Deinde conuersus idem Præsul ad sequaces, & fautores Regis, vnicuique communio obtulit in hæc verba: Si domino & Regi tuo Lothario in obiecto adulterij crimine fauorem non præstitisti, neque consensum tribuisti, & Vualdradæ, & alijs ab hac sede Apostolica excommunicatis non communicasti, corpus & sanguis Domini nostri Iesu Christi prosit tibi in vitam æternam. Igitur quisquis se læsum sciens ausu temerario communionem sub tali contestatione porrectam sumere præsumpsit, diuino iudicio percussus ab hac luce subtractus est, antequam subsequentis anni rediret principium. Perpauci qui se a communione subtraxerunt, vix mortis periculum euaserunt. Porro Lotharius Roma egressus morbo corripitur, & Placentiam ciuitatem perueniens diē clausit extremum sexto Idus Augusti. Tanta aūt strages in p̄fati Regis populo facta est vt nō peste petijsse, sed hostili gladio corruisse virtus & nobilitas totius regni videretur, quæ eo tpe tantę fœcunditatis erat, vt in morem densarum segetum pullulās veluti quoddam examen imperij fines impleuerit.

Heb. 10. 1. Cor. 11.

Vltio diuina secuta desuforesia crilegos.

Lothari Rex ino pinate moritur.

v. *Eucharistia sumenti fœminæ Macedonianæ, obdurescit in lapidem.*

Sozomb. hist. Eccles. lib. 8. cap. 5.

Vir quidam e Macedoniana hæresi vxorem eiusdem opinionis habebat. Hic cum Ioannem Chrisostomum, quomodo de Deo sentiendum esset, docentem audisset, dogma illius laudabat, & vxorem quoque, vt secum sentiret, hortabatur; cum vero illa magis nobilium mulierem sermonibus, quam illius consuetudini obtemperaret, & post frequentes admonitiones vir illius nihil effecisset; Nisi, inquit, in diuinis consors fueris, neq; in vitæ cōmunione posthac eris. Mulier, hoc audito, & consensum pollicita rem eam famulę cuidam communicat, quam sibi fidam esse iudicabat, illiusque opera ad fallendum virum vtitur. Circa tempus autem mysteriorum (sciunt initiati quid sit, quod dico) illa quod accepit continens, quasi oratura procumbit, famula adstans clanculum illi dat panem, quem secum in manu attulerat. Hic cum dentibus admoueretur in lapidem congelascit. Mulier perterrefacta, metuens, ne quid sibi mali propter eam rem quæ diuinitus acciderat, contingeret, ac Episcopum cursu contendit, ac seipsum prodens lapidem ostendit adhuc morsi vestigia habentem, & materiam incognitam, coloremq; admirabilem ostendentem, simulque veniam cum lacrymis petens viro suo cōsensuram se pollicetur. Quod si cuipiam hoc incredibile videtur, lapis ille testis est, qui etiamnum inter clinodia ecclesiæ constantinopolitanæ asseruatur.

Cedren. apud Zonar. to. 3. ann. sub Arcad. & Hon. Imp. Baro. to. 5. an. 400.

Hypocrisis miraculo redarguta.

VI. *Sacræ communionis non est capax qui nondum est baptizatus.*

P Luc. Pinel li. de sacra cōione.

Anno Domini 1563. Romæ adolescens quidam natione Turca annos natus viginti, qui Ancona, vbi cū patre negotiatore educatus fuerat, egestate compulsus sese ministerio cuiusdam viri nobilis addixit: quocum assidue templa ac sacra mysteria lubens adibat: & quia Italice loqui nouerat, ob id Christianus ab omnibus habebatur. Aliquot postea euolutis mensibus in grauem incidit morbum, cuius ratione ab hero compulsus est ad D. Ioannis lateranēsis Xenodochium diuertere: vbi ea lege admissus est, si ex

more

more & instituto legem Nosocomij, ad confessionis & sanctissimę communionis sacramentum sese præpararet. Is vero timore repulsæ perculsus, conditionem accepit tacito interim religionis Mahumetanæ scelere. Mirum dictu & auditu singulare. Mox vbi sacram communionem sumpsit magnis & iterati vocib. se baptismū expetere clamitat, Turcam profitens. Qui astabant existimantes eum delirare, aut mentis impotem esse socium Patris q̃ tunc ibi erat concionandi gratia accer sit loci Præfectus, vt ei silentium imponeret, & a clamoribus compesceret. Sed frustra: tanta enim animi contentione baptismum expetebat, vt omnes facile intelligerent aliquid subesse mysterij, maximè quod asseueraret se plane interius ardere, nec vlla alia ratione aut via iuuari posse quā per baptismi ablutione. Re itaque bene perspecta, & catechesi prius præmissa, ablutus est. Primo aquæ contactu, & post sacra verba prolata, lætus & alacer cōquieuit, qui postridie puriorem Deo animam reddidit.

VII. *Indigne communicans Eucharistiam deglutire non potest.*

In vita S. Bern. lib. 1. GVilielm. Abbas in vita S. Bernardi: Agebatur, inquit solemnitas q̃dam præcipua, & frater aliquis quem pro secreta culpa ab altaris sacri communione suspenderat, notari timens, & ruborem non sustinens, ad manum eius cum cæteris nimium pręsumptuosus accessit. Intuitus autem eum, quoniam causa latens erat, repellere hominem noluit, sed inimo corde orabat Deum, vt de tanta præsumptione melius aliquid ordinaret. Itaque sumens *Miraculū de indigne cōicante.* homo Eucharistiam nō poterat ad interiora traijcere, & diu multumque conatus, cum nullo modo præualeret, anxius & tremebundus clausam ore seruabat. Expleta deniq; hora orationis patrem sanctum traxit in partem, cuius pedibus aduolutus cum multis ei lacrymis quod patiebatur aperuit, & aperto ore ipsam quoq; Eucharistiā ostendebat. Increpans autem eum cōfitentem absoluit, & sine difficultate recepit Dominica Sacramenta.

VIII. *Excommunicationis vinculo irretitus, licet à peccatis absolutus, communionis particeps fieri non potest.*

ALiud miraculum non minus illustre, certum & comprobatum scribitur in historia Pontificali. In vlteriori Hispania (inquit Auctor) in terra Formestæ Diœcesis Episcopatus Potētiæ accidit, vt homo nomine Pero Ferande quosdam nummos cuidam deberet, cum nullam haberet viam exigendi ab eo, quoad sententia excommunicationis sibi obligauit, qua æs alienum dissoluere coactus fuit. Cū aūt existimaret hoc modo satisfecisse, censuræ absolutionem petere neglexit: ad mortis autem terminum peruenit hic homo: Sacerdos ad eum sanctum Sacramentum pertulit multa gente comitatus, & solitis petitionibus factis, cum vellet ei sacramentum administrare, quod in patena ex argento habebat, nulla via aut diligentia ab ea potuit amouere. Quare, tam ille, quam cæteri, qui aderant, commoti omnes, foras vt irent sacerdos iussit, existimās fieri posse, vt id aliquo magno peccato accidisset, quod confitendum illi reliquum esset: hoc autem ab illo petijt, & audiuit se nullius peccati fuisse reum, quod minime confessus sit. Tam igitur sacerdos, quam ægrotus maxima molestia affecti sunt, & sacerdos ægrum interrogauit, nunquid in aliquam incidisset excōmunicationem, cuius absolutionem non esset consecutus. Tūc ægrotanti in mentem venit sua superior negligentia, & absoluto, alia hostia illi fuit administrata, vt illa prior ad perpetuam huius miraculi memoriā seruaretur; quæ adhuc extat in eadem patena sine vlla corruptione. Visitur hoc sanctissimum mysteriū à multis gentibus. Et ego (inquit Historicus) licet

Ex hist. Pontific. Illesca c. 14 pag. 85. Lud. Granat. Symboli fidei, lib. 2 c. 27. §. 8.

Excōmunicatus sacra cōmunione indignus.

licet indignissimus, in meis manibus patenam maxima cum admiratione habui cum viderem panis species incorruptas permanere abhinc centum & viginti annis. In quo duo miracula cernuntur: alterum, quod hostia sit ita patenæ affixa: alterum, tamdiu sine corruptione esse.

IX. *Henricus Imper. Sacramento Communionis sacræ abuti veretur.*

Ex Lãb. Scheffn. in Hist. a. 1077 P. Mart. Del r. li. 4. disqs. magic. t. 2 c. 4 q. 3 an. D. 1077.

Malus erat Imperator Henricus, sed tamen simile sacrilegium cõmittere exhorruit, inuitante illum ad similem sacramenti Venerabilis purgationem Gregorio VII. Pontifice. Cuius rei historiam narrat Lambertus Schaffnaburgensis his verbis: Ita absoluto eo (nempe Henrico Imperatore) excommunicatione Papa Missarum solemnia celebrauit, confectaque sacra oblatione Regem cum cætera, quæ frequens aderat, multitudine, ad altare euocauit, præferensque manu corpus Dominicum: Ego, inquit, iampridem à te, tuisque fautoribus litteras accepi, quibus me insimulabas, Sedem Apostolicam per simoniacam hæresim occupasse, & alijs quibusdam tam ante Episcopatum, quam post acceptum Episcopatum criminibus vitam maculasse, quæ mihi secundum scita Canonum omnem ad sacros ordines accessum obstruxerunt. Et licet multorum idoneorum certe testium adstipulatione crimen refellere queam, eorum scilicet, qui omnem vitæ meæ ab ineunte ętate institutionem integerrime nouerunt, & eorum qui meæ ad Episcopatũ promocionis auctores fuerunt? ego tamen ne humano potius, quam diuino niti videar testimonio, vt satisfactionis compendio omnem omnibus scandali scrupulum de medio auferam, ecce corpus Dominicum, quod sumpturus ero, in experimentum mihi hodie fiat innocentiæ meæ, vt omnipotens Deus, suo me hodie iudicio vel absoluat obiecti criminis suspicione, si innocẽs sum, vel subitanea interimat morte, si reus. Hæc & alia, vt solemne est, præfatus verba terribilia, quibus Deum causæ suæ æquissimum iudicem, & innocentiæ assertorem adesse precabatur, partem Dominici corporis accepit, & comedit. Qua liberrime assumpta, cum populus in laudes Dei, innocentię eius cõgratulatus, aliquandiu acclamasset, tandem impetrato silentio conuersus ad regẽ: Fac ergo fili, inquit, si placet, quòd me facere vidisti. Principes Teutonici regni suis in dies accusationib. aures nostras obtundunt, magnam tibi molem capitalium criminum impingentes: pro quibus non modo ab omni rerum publicarum administratione, sed ab ecclesiastica etiam communione, & ab omnimoda vitæ sæcularis cõuersatione vsque ad extremum spiritum te suspendi oportere existimant. Petunt etiã magnopere diem & locũ statui, audientiamque præstari canonice discutiendis, quas aduersum te adferant, accusationibus. Et nosti optime humana plerumque vacillare iudicia, & in publicis disceptationibus nonnunquam falsa pro veris persuaderi, dum pro disertorum hominum ingenijs & dicendi copia & suauitate falsitas verborum phaleris adornata libenter audirur, & veritas nullis eloquentiæ nixa adminiculis comtemnitur. Cum ergo tibi bene consultum cupiã, pro eo quod in calamitatibus tuis supplex Apostolicæ sedis patrocinium expetisti, fac quod moneo. Si te innocentem nosti, & existimationem tuam ab æmulis tuis per calumniam falsis criminationibus impeti, libera compẽdiose & Ecclesiam Dei scandalo, & teipsum longæ concertationis ambiguo, & sume hanc residuam partem Dominici corporis: vt comprobata Deo teste innocentia tua obstruatur omne os aduersum te iniqua garrientium: & me deinceps causæ tuæ aduocato, & innocentiæ tuæ vehementissimo assertore, Principes tibi recõcilientur, Regnum tibi restituatur omnes, quibus iam diu respublica diuexerat, bellorum ciuiliũ tem-

tempeſtates in perpetuum ſopiantur. Ad hæc ille inopinata re attonitus, æſtuare, tergiuerſari, &c.

x. *Eucharistiam indigne percipiens diuinam ſentit vltionem.*

In vita eius lib. 3. apud Sur. to. 6. die 7 Nouemb.

AVdi & aliud exemplum de indignè ſumente ſacrã ſynaxin, quod habetur apud Surium in vita S. Engelberti Archiepiſc. Colonienſis: Fœmina quædam (inquit) in Paſchate cum cæteris ſacroſanctam percipiens Euchariſtiam, terribili Dei iudicio cœpit ſpumare, agitare linguam, nec tamẽ quicquam eloqui. Ante cõionem ſaniſſima fuerat: Indignè accedens ad ſacramentum ſubito in tantum debilitata eſt, vt nullum membrum mouere poſſet. Ab ineunte enim ætate admodum diſſolute vixerat, & multis onuſta peccatis tam ſalutarem medicinam prorſus imparata ſumpſit. Itaq; ſacra corporis Chriſti communio non remedium ei attulit, ſed tormentũ. Periculoſum eſt ægro obſtipato vti medicina fortiter aluum ciente, niſi prius ſumat quippiam, quo peccans materia digeratur: Ita ergo peccator obſtinatus & induratus, ne medicinam corporis Chriſti ad iudicium accipiat, peccatorum virus & noxios humores contritione & confeſſione prius digerere debet. Porro increſcente in fœmina, de qua agimus, cœleſti animaduerſione, in ſomnis viſio ei oblata eſt, qua didicit ſe breui curatum iri, ſi velit locum, vbi cæſus eſt Engelbertus Epiſcopus, adire, Difficulter igitur & cum magno labore venit ad locum, moxq; reſtituta ſurrexit è lecto, & cibum, potumque ſumpſit, Deoque gratias agens promiſit ſe annuum cenſum Martyri illo in loco perſoluturam.

Pœna indignè percipientis Euchariſtiam.

Sanatur poſt pœnitentiã

xi. *Diuinitus caſtigatur Iudæus volens mala intentione corpus Domini ſuſcipere.*

Ex Met. Sur. 12 Sept. 5.

DVm S. Syrus Ticinenſis Epiſcopus Miſſarum ſolemnia aliquando celebraret, & copia filiorum eius, quos verbi ſemine, iuxta Apoſtolum, Deo genuerat, deuota ſanctis myſterijs intereſſet, audenter Iudæus eccleſiam ingreſſus, maligno inſtigante ſpiritu, corpus Dominicũ ſuſcipere, atq; inſterquilinium proijcere molitus eſt. Diu inter turbas fidelium ad manus viri Dei perueniens, auſu nefario, immundo ore corpus ſuſcepit Dominicum. Quod vt animo reijciendi os aperuit, digna vltione percuſſus, ſine affatu verborum, cunctis audientibus & videntibus, clamare cępit. Volebat labia iungere, nec valebat: conabatur verba edere, ſed lingua rigida officiũ loquendi non præbebat, & quaſi ignitum iaculum in ore portans immenſis torquebatur doloribus. Reſonabat omnis illa eccleſia ineptę vocis clamoribus; & tam egregij virtute miraculi Chriſti fidelium lætabatur cõuentus: impleturque illud: Deriſores ipſe deridet. Et quod Apoſtolus ad Galatas ſcribit: [Nolite errare, Deus non irridetur. Quæ enim ſeminauerit homo, hæc & metet.] Iudæus ergo incredulus nec audierat, nec legerat iſta præconia ſcripturarum, qui putauit Spiritus ſancti deeſſe præſentiam: quem vir Dei ſuo conſpectui præſentari præcepit, atq; aduenienti dixit: Incredula & perfidiæ mens plena, quare tã iniqui hoſtis impleſti conſilium? Ecce qđ clandeſtinus perſuaſor te miſerum illexit vt faceres, cunctis fidelibus ſuis diuina virtus oſtendit. Iudæus autem nimio dolore ſuperatus, voces emittere abſq; ſermonibus non ceſſabat, habens in gutture ſuæ malitiæ cruciatũ: quia ſecundum ſanctiſſimi vaticiniũ Simeonis, vt incredulis eſt pernicies et ruina; ita fidelibus ſuis vita & exultatio eſt verbum Dei. Nam ſubtilius adſpectantibus mirabili ratione corpus Dominicum in ore videbatur Iudæi dependere, vt nec linguæ ſubtercompagi inſideret, nec deſuper immundo adhæreret palato. Sed poſtulantibus fidelibus pro eius miſeria, vir Dei beatus Syrus manum tetendit, & ſanctæ Eucha-

Vltio in Iudæum corpus Dominicum mala intentione ſuſcipere volentẽ.

Gal. 6.

Luc. 2.

Mirabile quod

Eucharistiæ mysterium à sacrilego ore abstraxit, dicens: Ecce nunc liberatus es, de cætero caue huiusmodi simile ne facias, & ne vlterius repetere hoc præsumas. Iudæus autem pedibus eius aduolutus clamabat, se Christo Deo Crediturum, si sacri eum baptismatis vnda perfunderet, ac pio eius conuentui copularet. Tibi inquit, vir Dei Syrus, tibi omnipotens refero gratias, qui Iudaicam perfidiam non dedignaris corrigere, sed ad tui vnigeniti fidem ampla pietate cōuertis. Baptizato autem illo, multi ex Iudæis credentes, cum eo sacro renati baptismate Christi fidelibus ac spirituali cætui sunt vniti.

Iudæus credit in Christū, & vult baptizari cum alijs multis.

XII. *Horrenda vltio in indignè communicantem.*

IN valle Lucernensi mysteriorum diuinorum nec infrequens, nec inutilis vsus fuit, quæ vt vtilius etiam ab hominibus obeantur, prodigijs nonnunquam & miraculis admonentur. Quidam cum peccatum, & quod conceperat, vomere præ pudore non posset, eo in confessione præterito contaminatissimo ore & spiritu sumere cœlestes dapes non dubitauit: sed dum leuissimā hostiā illapsam in stomachu putat, sensit ponderosam veluti plumbū per fauces pectusq; delapsum, quod intolerabili onere cor opprimēs enecabat: sequem dolorem mox etiam ardens febris excepit, & tormenta crescebant in corpore, dum animus resipisceret. Resipuit tandem, & à nostris excitatus ad spē peccata sua accurata cōfessione detexit: qb. animo liberato pōderib. suo quoque pondere leuatum est corpus.

Ex Litt. annuis Soci. an. 1585. in prouinc. Mediol. Missio. Lucern.

TIT. XII. Militibus sumendā esse Eucharistiā ante congressum cū hoste.

EXEMP. I. *Otto Germanorum Rex contra vngaros congressurus sacra communione cum suis communitur & vincit.*

ANno incarnationis Domini nostri Iesu Christi 955. tanta multitudo Vngarorum erupit, quantam tunc tēporis viuentium hominum nemo se antea vidisse in vlla regione profitebatur, & Noricorum regionem à Danubio flumine, vsque ad Nigram syluā, quæ pertinet ad montana, simul deuastando occupauit, & cum Lycum transcenderet, & Alemanniam occuparet, ecclesiam sanctæ Afre concremauit, & totā prouinciā à Danubio vsq; ad syluā deprędauit, & maximā partē vsque ad Hilaram fluuium igne combussit: Augustam autem ciuitatem obsedit: quæ tunc imis sine turribus circumdata muris firma ex ipsa non fuit. Sāctus autem Antistes magnam valde multitudinem optimorum militum secum intra septa ciuitatis collocatam habebat, ex quorum agilitate, & audacia ciuitas fortiter firmata Deo iuuante cōsistebat. Ille autem totum spatium noctis in oratione pernoctans religiosas mulieres in ciuitate congregatas concitabat, vt vna pars earum cum crucibus ad Dominum deuote clamando intra circumirent, & altera pars clementiam sanctæ Dei Genitris Mariæ pro defensione populi, & pro liberatione ciuitatis studiosissimę pauimento prostrata flagitaret. Ipse autē minimam particulam noctis ante matutinam horam corpus requiei soporis indulsit, vt matutinis laudibus expletis aurora primum irrumpente, salutaris sacrificij hostiā Deo libare licuisset. Ministerio sacro peracta, viatico sacro omnes recreauit, humilique admonitione persuasit, vt in fide recta persistens spem suam in Domino componere non dubitarent, indicens eis omnigenam spōsionem consolationis, & annuncians psalmographi Dauid verba dicentis: [Si ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es, &c.] Sic planè accidit secundum illud Apostoli: [Sācti per fidem castra etiam verterunt exterorum,] vt planè non minori virtute ipse Augustunam defenderit ciuitatem, quam Otto Rex eos pugnando

Bar. to. 10. Ann.

ad ann. Christi 955. 5. ex Vdalrico, qui res Ottonis preclare gestas fideliter scripsit.

Vngarorū numerosissima ī Germaniā irruptio.

S. Vdalricus propugnator Augustanæ ciuitatis.

Cōio militū ante cōgressū cum hoste.

Psal. 22.

Heb. 11.

do deleuerit: de quo mox subijcit ista: Rex igitur cum tantū exercitum Vngarorum perspexisset, æstimauit non posse ab hominibus superari, ni Deus omnipotens eos occidere dignaretur, in cuius adiutoriū confidēs, suorumq; consolationibus Principum roboratus bellum viriliter cum eis agere cœpit, & cum mutua cæde vtrobique cecidissent, & his interfectis, qui ad occisionem à Deo prædestinati erant; gloriosa victoria Ottoni Regi à Deo, cui nihil est impossibile, data est, ita vt exercitus Vngarorum in fugā versus virtutem prœliandi vltra non haberet. Et quamuis incredibilis numerus illorum occisus fuisset, tantus tamen adhuc exercitus eorum remanebat, vt hi qui de propugnaculis Augustæ ciuitatis eos venire conspexerunt, nō pugna lacessitos eos redire existimauerint, donec prætereuntes ciuitatem vlteriora Lici fluminis littora festinando repetere cognouerunt. Rex autem cum suis eos sequens, & quibus se coniungere potuit occidens, vespertina hora diei peruenit ad Augustam.

Ingens Ottonis victoria aduersus Vngaros

II. *Saraceni diuinitus superantur à militibus sacro viatico communitis.*

Bar. t. 11. 1040. 3. ex Io. Curopalata et Cedreno.

ANno Domini 1040. cum Saraceni ex Africa venientes Messanam vrbem, quam Catalacus Præfectus Michaelis Imperatoris tenebat, obsedissent, & iam ob victorias priores elati, & ideo negligentiores redditi essent, Catalacus ista intuens iussit sacrosanctum Missæ sacrificium primum offerri, inde vero milites omnes sacra Eucharistia participando muniri, moxq; in hostes irrumpens, imparatos offensos omnes vel trucidauit, vel fugere coegit. Rem gestam sic accipe ex auctore: Quarta die, qua consueuimus mediam pentecosten celebrare, Catalacus cognomento Combustus, animaduersa negligentia & socordia Saracenorum, & vt illi sine vlla cura & solicitudine degunt, nihil curātes eorum quæ intra muros fierent, suo exercitu confirmato, cum iussisset sacrificium incruentum perfici, simulq. cum omnibus particeps fuisset diuini Sacramenti, circiter prandij horam, apertis vrbis portis maximo impetu in aduersarios erumpit ebrios, & crapula onustos. Ipse primū ad tabernaculū Apocaphar Insulæ Principis adequitans, & ille quidem statim interficitur, mollis, & facilis captu præbrietatē, eiusq; tabernaculum perrumpitur. Cadebāt etiā alij Saraceni aceruatim prę ebrietate labentes, & inopinato impetu nihil prorsus virtutis memores. Fuit igitur strages totius exercitus, cum Saraceni sese mutuo obterentes occiderēt, ita vt cadaueribus complerentur planities, & proximæ conualles, & flumina: captaque sunt omnia castra auro, & argento, & margaritis, pretiosisque lapillis referta, quos (vt fertur) Medimnis milites diuisere. Et ita omnis Sicilia, quę breui tempore à Maniaco subacta fuerat, breui quoque negligētia, et vitio Ducum rursum in potestatem Saracenorum peruenit, cum sola Messana eo modo quo diximus, relicta fuisset iterum recuperata est.

III. *Milites suos Henr. IX. Imp. ante prælium Eucharistia præmunire solebat, et Sanctos tutelares inuocare.*

Bar. t. 11 Annal. an. 1022 ex Petro Damia. & Bonfin. d re. bus Hũg. Dec. 1. 2 lib. 1.

HEnricus IX. Imperator de Vltromontanis partibus veniens, prius quam ad bellum proficisceretur, misit beato viro Romualdo legationem deprecatoriam, vt ad eum venire dignaretur. Eius itaque precibus ad Deum se commendans, ad victoriam aperuit sibi viam, imitatus Theodosium, qui dimicaturus aduersus tyrannos legationem primum misit ad sanctum Ioannem Anachoretam in Ægypto morātem. Qui enim in omnibus specimē dedit Christianissimi Imperatoris, sanctissimi planè Ducis in militibus ad bellum parandis omnes numeros pietatis absoluit: quippe qui sacratissima Eucharistia ante prælium communire solerēt exercitum expiatione antea fa-

Cōio ante prælium

cta delictorum, adhiberetq; patronos sanctos Martyres Laurentium, Georgium & Hadrianum, quod præuio Angelo præcedere consueuisse aliquando vidisset exercitum.

IIII. *Guilel. Northman. Comes contra Haraldum dimicaturus sacra Euch. vult suos præmuniri et victor euadit.*

Ex Baro 1. Annal. an. 1066. 8. ex Ingulpho eius temporis scriptore & Matt. Vuestmonaster.

GVilelmus comes Northmanniæ, classe comparata in Angliam venit recenti victoria tumidum aggressurus Heraldum Tyrannum Regem Noruegiæ. Præcedentem vero noctem certaminis insumpsisse Guilelmi milites in cõfessione peccatorum suorum, & ad prælium sese muniuisse sacratissima Eucharistiæ sumptione, qui res tunc gestas prolixius prosequuti sunt, narrãt, adduntq. in ambiguo satis prælio Deum fauisse iustitiæ, Guilelmoq; tribuisse victoriam, prid. Idus Octobr. die ipsa, qua S. Callisti Papæ & martyris anniuersaria dies agitur ĩ ecclesia.

V. *Milites belli sacri communicabant de corpore Christi Domini Ierusalem oppugnaturi.*

Io. Mol. Nat. SS. Belgij, ex Guil. Tyrio.

CVm Duces exercitus belli sacri Ierusalem liberaturi ad terram sanctam proficiscerẽtur, in via Antiochiã Syriæ, quæ noua olim fuit gentilium Ierusalem, à decima die Octobris obsessam tertia demum die Iunij expugnarunt, opera potissimum Boemundi, qui inuento per amicum modo intrandi, primus intrauit: Post quẽ Flandrensis & Nordmannus. Occupatam autem vrbem magnus princeps Corbagath obsidione vallauit, & clã vnã turrim occupasset, nisi viriliter ei restitisset Henricus de Ascha cum duobus cognatis: cum autem intus inedia premerentur, Petrus Eremita missus est legatus ad hostes, eisq; renunciauit pugnam deposcere. Vnde vniuersę legiones summo mane celebratis diuinis, et cœlestis cibi munere satiatæ, per Dñm confortatæ eruperunt, & de hostibus triumpharunt vrbe iam in tranquillitate composita, versus Ierusalem tendentes multas vrbes occuparũt, & post variam fortunam, anno 1099. septima Iunij ad vrbem sanctam & Deo amabilem Ierosolymã castra metatæ sunt. Cumque victus & aquę penuria laborarent, ex communi decreto indictæ sunt Litaniæ, & assumptis crucibus & sanctorum patrocinijs, Episcopi et Clerus nudis pedibus populum subsequẽtem vsq; ad montem Oliueti pręcesserũt. Vbi Petrus eremita, & Arnulphus familiaris Comitis Nordmanni populum exhortationis sermone ad longanimitatem animarunt. Octauo autem die humiliationis, obsidionis autem trigesima nona, eadem feria & hora, quibus Saluator ibi pro nostra salute mortem crucis subijt, vrbs capta est, Idibus Iulij, eo videlicet die, quo primitiua ecclesia inde abiecta fuit, cum festum de dispersione Apostolorum celebratur.

Litania indicta & processiones.

VI. *Vt Constantius Constantini filius milites suos hortatus sit ad percipienda sacra mysteria ante certamen contra Magnentium.*

Theod. l. 3 hist. cap. 3.

LAudatissimus Imper. Constantinus suos filios & milites pristino errore liberatos præceptis instituit veritatis, ita vt filij postea firmiorem reddiderint paternã doctrinam: extat enim laudabile factum Constantij eius filij, ex quo facile coniectura fieri potest de studio illius erga res diuinas. In bello enim cõtra Magnentium suscepto, toto suo exercitu in vnum coacto, omnes cohortatus est, vt diuina perciperent mysteria: semper enim incertum esse finem vitæ, multo autem maxime in bello, vbi tot vndiq; millia telorũ, iaculorum, hastarum immitterentur, tot enses gladijq; vibrarentur, aliæque machinæ instruerẽtur, de quibus violenta mors inferri soleret. Itaq; vnumquemque preciosam vestem illam indutum esse oportere, qua maxime illa in vita opus sit futurum. Quod si quis, inquit, noluerit hoc tempore amiculũ

illud

illud sibi circumdare, is nunc iam dimissus domû reuertatur: nam nisi mecû initiatis in bello socijs uti non volo.

II. *Angeli cum Gallis pugnaturi ad confessionem & communionem recurrunt & victores fiunt.*

Ex Æn. Syl. li.3. Cômen. in Pan. cap. 50. an.1415

Henricus Anglorum Rex circumuentus ab exercitu Regis Gallorum, quæcumque obtinuisset in Gallia, dimittere voluit, si cum suis incolumis abire permitteretur. Negantibus Gallis, nocte subsecuta vocatis Cêturionibus, & decanis militum: Neq; fugere, inquit, commilitones, neq; ab hostibus incolumitatem consequi possumus, quamuis cedere regno Galliæ voluerimus: sola nos arma tueri non possunt. Non est, cur numerosum exercitum formidetis: iustâ causam iustus Deus adiuuabit. Ite, & alterum alteri peccata vestra confitemini, pauxillûq; terræ ob memoriam sacraméti Eucharistiæ Saluatoris alter alteri porrigite, Crastina die liberabit nos Dñs ex manibus inimicorum. Sic dimissa concione, peractis quæ iusserat, curare milites corpora præcepit. Sequenti die, vt primû lux orta est, cômisso prælio, incredibile dictu, octo millia Angelorû sexaginta millia hostium fudere: cæsa ingens turba, nobilitas Galliæ prope oís capta, paucos fuga seruauit: eaque potissimum dies Gallorû opes fregit.

Nemini deserit Deus sperantem in se.

Pie factum ad mirādū non imitandū.

VIII. *Neapolitani rebus diuinis armati Saracenos Italiam denuo tentantes superant.*

Alfons° Ciaconius de vitis & gestis Pontificum, an. 848. ex Anastasio Bibliothec.

Anno Christi 848. Saraceni post multas prædas in Italia factas, ad mare profecti naues conscendere: verû sæua coorta têpestate iactati optatum tenere cursum nequiuere; sed plerique fœdis factis naufragijs periere, sanctis ipsis Apostolis iniquam templorum suorum direptionem præsêti suo numine punirentibus. Superstites autem superioris prædæ dulcedine incitati, maiori nauium atque hominum numero comparato, Romam vnâ iterum spectantes, in Sardiniam accesserunt. Hoc cognito, Neapolitani, Amalfitani, & Caietani certatim classe comparata Saracenis occurrere statuerût. Ostiâ progressi, aduentum suum Pontifici Leoni IIII. nuntiarunt, sibi esse in animo prælio, cum Saracenis conferto, Romana templa, mœniaque ab eo instaurata defendere. Pontifex, vt eos in bene agendi proposito cõfirmaret, postridie, vniuerso non solum Clero, sed etiam populo comitante, Ostiæ eis occurrit, & sacris in beatæ Aureæ, magna cæremonia, celebratis, precatusq. vt quod de nouo bello Christiani cogitabant, sibi, atq; Ecclesiæ bene, ac feliciter eueniret, omnes humanis noxijs expiatos Corporis Domini nostri sacramento refecit: atque bona spe rei bene gerendæ repletos inde ad præliû diuina cum benedictione dimisit. Itaque postridie illius diei, acri facto in eos impetu, tanto animorum ardore, tantaque alacritate pugnarunt, vt classe eorum dispersa, aut in proximas Insulas compulsa, plerosq; aut fœde trucidarint, aut in seruitutê captiuos abduxerint. Clarissima hæc de Saracenis, cõmunibus hostibus, victoria, insigne Romanis antiqui naualis triûphi spectaculum præbuit. Placuit etiam Romanis ciuibus, quosdam ad terrorem, non longe à portu Romano, furca suspendere, aduersante tamê Leone, ob mansuetudinem & clementiã, qua potissimum insignis habebatur: sed multitudini obuiam ire, præsertim in tanto furore, non potuit.

Christiani Sacramêto armati Saracenos præliantur.

Leon. 4. PP. clementia.

TIT. XIII. A quibuslibet Christianis sub mortem sacrum viaticum esse sumendum.

EXEMP. I. *Deipara Virgo ad cœlum migratura sacram à filio percipit communionem.*

P. Laur. Mazelli lib. 6. de B. Virg. c. 19.

Beatissimæ Dei Genitrici virgini Mariæ iam iam ex hac vita migranti Christus ipse leto vultu sacram ministrauit communionem, dicens:

Accipe, chara mea: ed mox cōplebitur tibi in regno meo vna cum Patre meo.

II. *B. Magdalena hinc migratura Eucharistiæ sacramento muniri voluit.*

In vi'ta eius.

MAria Magdalena vitam agens in deserto, cœlestium spirituum societate fruebatur: & tamen cum sibi vitæ finem imminere cognouisset, Maximinum Episcopum iussit accersiri, & percepta ab eo communione, ad cœlum migrauit.

III. *S. Maria Ægyptiaca ante obitum sacram sumit Euchar.*

Laur. Sur. 9. Apr. ex Ionl. Diacono.

CVm S. Maria Ægyptiaca ex hac vita esset migratura, & corpus Christi Domini sumptura, postulauit dici symbolum Apostolicum, & Dominicā inchoari orationem. Expleto itaque Pater noster qui es in cœlis, sicut mos est, & viuifica mysteriorum suscipiens dona, in cœlum extensis manibus ingemiscēs cum lacrymis, ita clamauit, Nunc dimittis Domine ancillam tuā secūdum verbum tuum in pace: Quia viderunt oculi mei salutare tuum.

IIII. *Serapion lapsus, sed pœnitens, non potest mori nisi sumpta Eucharistia.*

Euseb. Cæs. li. 6. hist. Eccles. ca. 26 apud Baro. to. 2. ann. 255. 32. 33.

EX literis Dionysij ad Fabianum Episc. Antiochenum, Eusebius Cæsariensis præter alias res gestas, memorabile de Serapione exemplum habet, quod hic inserendum putaui, in hæc verba: Erat quidam Serapiō apud nos fidelis senex, qui licet magnā vitæ partem integrè, & incorruptè transegisset, tempore tamen persecutionis præ imbecillitate animi lapsus est. Hic sæpenumero in Ecclesiam denuo recipi supplex postulabat: sed nemo, quia idolis sacrificasset, eius postulationi aliquando auscultauit. Quin in grauem morbum delabēs, triduo deinceps mutus, & absque sensu vixit: quarto autem die paulum releuatus nepotē ad se accersit, sicq; alloquitur: Quousque, filij me detineus? Properate, obsecro, & me ocyus dimittite: aliquē ex presbyteris aduocate ad me. Quæ cum dixisset, iterum fuit mutus. Puer currit ad presbyterum: nox iam erat. Ille forte morbo vexatus accedere ad eū non poterat: sed tamen quoniam à me quidem mandatum dabatur, vt, qui iam essent è vita migraturi sanctorum mysteriorum (dummodo peterent, & vel maximè si antea, dum integra valetudine erant, supplices petiuissent) participes fierent, sicq; cum pace dimissi, & bona spe cōfirmati, ex hac luce decederent: puero exiguam quandā Eucharistiæ partem dedit, præcipiens, vt eam madefactam in os senis infunderet. Quam puer secum afferens redijt. Cum iam appropinquanti, priusquam cum eo quod gestabat, intraret ædes: Serapion denuo voce recuperata, dixit: Venisti, fili? tametsi presbyter non potest venire, tu tamen præsta quod tibi in mandatis dedit, & dimitte me abire. Particulam igitur puer, quā apportarat, madefactam in os senis infudit. Atque ille simulatq; eam pedetentim per fauces demiserat, illico extremum spiritum edidit. An nō igitur satis constat, eum fuisse reseruatum, & vsque eo in vita mansisse, quoad esset penitus culpæ vinculis solutus? Et ita labe, qua erat idolis immolando aspersus, omnino deleta, posset pro multis bonis, quæ gessisset in vita, in numerum confessorum referri? hæc Dionysius apud Eusebium.

Eucharistia mittitur ad Serapionem morientem

V. *Viaticum ab Honorato sumit D. Ambrosius ad feliciorem vitam profecturus.*

Bar. to. 5 Ann. ad an Christi 397. 31. ex S. Paulino.

ANno Christi Domini 397. eo tempore, quo à nobis migrauit Diuus Ambrosius Mediolanensis Archiepiscopus ad Dominum, ab hora circiter vndecima diei vsque ad illam horam, qua emisit spiritum, expāsis manibus in modum Crucis orauit. Nos autem labia illius moueri videbamus, voce autem non audiebamus. Honoratus autem sacerdos Ecclesiæ Vercellēnsis, cum

cũ in superiora domus se ad quiescendum composuisset, tertio vocem vocantis se audiuit, dicentisque sibi: Surge, festina, quia modo est recessurus. Qui descendens obtulit sancto Domini corpus: quo accepto vbi glutiuit, emisit spiritum, bonum viaticum secũ ferens, vt in virtute escæ anima refectior, Angelorum nunc cõsortio, quorum vitã vixit in terris, & Eliæ societate lætetur: quia vt Elias nunquam Regibus, vel vllis potestatibus, ita nec iste pro Dei timore loqui veritus est. Vt autem sciretur in cœlis viuere, cũ corpus illius, peractis sacramentis diuinis, de ecclesia, ad quam fuerat deportatum, leuaretur deportandum ad basilicam Ambrosianam, in qua positum est ita dæmonum turba clamabat, se ab illo torqueri, vt eiulatus eorum ferri non posset.

S. Amb. migrans cum cõcat.

Dæmones cruciatus præsentia corporis sancti Ambrosii.

V I. *Diuo Ioanni Chrysostomo Archiep. Constantinopolitano morituro Petrus & Ioannes Apost. cibum cœlestem ministrant.*

IOannes Chrysostomus in exilium missus, cum ad varia loca duceretur, vt transitione frequenti labefactatus ille vitã miserè finiret, tandem Pityuntem ex mandato ductus est. Oppidum id est grauis solitudinis ad finem maris Pontici situm, sæuissimis barbaris conterminum. Eo cum duceretur, & iam ad Deum migraturus esset, noctu ei oranti, qui vitæ eius duces fuerant, & Petrus & Ioannes Apostoli assistentes, perquam amice cum eo sunt collocuti: eique cum aduersus dæmonas victoriam, tum postremo migrationem ad Deum, & quæ eum exceptura essẽt bonorum perceptionem cum lætitia annuntiauerunt. Dein cœlesti & ineffabili eum esca pauerunt: ex quo postea nihil cibi sumpsit. Dicta hæc ab eis sunt, quibus ille ea secum versantibus concredidit. Hinc etiam ille ad maiora progressus est certamina. Illi porro, quibus magnus vir ducendus commissus fuerat, magnis itineribus proficiscebantur, aliqñ immensis pluuijs exundantibus, aliqñ solis radijs maxime vrẽtibus. Merces enim illorum crudelitati exercendæ, maiorum dignitatũ honores ꝓposita fuerat. Sed enim quo pluribus obiectus est ærumnis, eo casibus omnibus, propter sanctiorem philosophiam, superior fuit, splẽdidiusq; refulsit: quemadmodum in igne flamma, si materiã copiosiorem sibi iniectã habeat. Cæterũ Pityuntem videre non potuit, sicuti Epiphanij vaticiniũ prędixerat. Ad Comnenos autem Armeniæ quum venisset, ad templum Basilisci martyris ductus est, qui Episcop⁹ fuisse, & sub Maximino Nicomediæ martyrij certamẽ obijsse dr. Ibi in somnis ei apparens martyr; Bono, inquit, animo esto, Ioannes frater, vtrumque crastina dies coniunget. Ille ẽt custodi templi, vt locum Ioanni pararet, præcepit. Obitus eius in eam diẽ incidit, qua viuificæ Crucis exaltationem celebramus, mensis Septemb. xiiij. Sic.n. conueniebat, eum, qui vitam omnem sub Cruce transegerat, & gloriam non in alia re, quam in Cruce Christi collocauerat, eã festo ipsius die deponere.

Niceph. Cal. l.13 hist. Ecc. c.37. & Metaph. apud Su. 27. Ian. to.1. an. 407.

Apostoli duo Ioãni Chrysostomo sub obitum apparẽt ac cibo cœlesti pascunt.

Basiliscus martyr Ioan. Chrys. apparet.

V I I. *Quanta animi & corporis demissione viaticum sumpserit B. Hieronymus vitam acturus.*

DIuus Hieronym⁹ Ecclesiæ Doctor diem agens extremum sacrũ Chri corp⁹ dari petijt. Illud vero sũpturus, de lectulo humi se deponi fecit, saccoque operiri. Tunc genibus prouolutus lacrymas fudit, pectus pugno percussit, & sic sanctam oblationem hausit.

Ex Marco Marulo Spal. l.4 c.12

V I I I. *Adolescentem moribundum ad viaticum prius suscipiendum monent Apostoli Petrus & Paulus.*

EO tempore, quo Prouincia Australium Saxonum nomen Christi susceperat, multas Britanniæ Prouincias mortalitas sæua corripiebat. Quæ cum monasterium, cui tunc regendo reuerendissimus ac religiosissimus Christi sacerdos vocabulo Eappa pfuit, nutu

Beda li. 3 histor. Angl. c. 14.

diuinæ dispensationis attingeret, multique, siue de his, qui cum Antistite illo venerant, siue de illis, qui de eadem Prouincia Saxonum nuper ad fidem fuerant vocati, passim hac vita raperentur, visum est fratribus triduanum ieiunium agere, & diuinam suppliciter obsecrare clementiam, vt misericordiam sibi dignaretur impendere, siue periclitantes hoc morbo à presenti morte liberaret, seu raptos è mundo à perpetua animæ damnatione seruaret. Erat tunc temporis in eodem monasterio puerulus quidam de natione Saxonum nuper vocatus ad fidem, qui eadem tactus infirmitate non pauco tempore recubans in lectulo iacebat. Cum ergo secunda memorati ieiunij ac supplicationum dies ageretur, contigit forte ipsum puerum hora ferme secunda diei in loco, quo æger iacebat, solum inueniri, cui diuina dispensatione subito beatissimi Apostolorũ Principes dignati sunt apparere. Erat enim puer multum simplicis ac mansueti animi, synceraque deuotione sacramenta fidei, quæ susceperat, seruans. Salutantes ergo illũ verbis piissimis Apostoli, dicebãt: Noli timere, fili, mortem, pro qua solicitus es: nos enim te hodierna die ad cœlestia regna sumus perducturi. Sed primum expectare habes, donec Missæ celebrentur, ac viatico Dominici corporis & sanguinis accepto, sic ĩfirmitate simul & morte absolutus, ad ęterna in cœlis gaudia subleueris. Clama ergo ad te presbyterum Eappam, et dicito illi, quia Dñs exaudiuit preces vestras, et deuotionẽ, ac ieiunia propitius aspexit, neq; aliqs de hoc monasterio, siue de adiacentibus ei possessiunculis, hac clade vltra moriturus est. Sed omnes, qui alicubi de vestris hac ægritudine laborant, resurrecturi à languore ad pristinã sunt sospitatem, recuperandi, præter te solum, qui hodierna es die liberandus à morte, & ad visionem Domini Christi, cui fideliter seruiuisti, perducendus in cœlum. Quod diuina vobis misericordia, per intercessionem religiosi ac Deo dilecti Regis Osuualdi, qui quondam genti Nordan Humbrorum, & regni temporalis auctoritate, & Christianæ pietatis, quæ ad regnum perenne ducit, deuotione sublimiter præfuit, conferre dignata est.

IX. *Lucianus martyr iam moriturus im molato in carcere super pectore sacrificio, communicat, aliosque ad id hortatur.*

DE Luciano martyre illud est de cãtatum: moriturum eum, quum vis tyrannica neque templi, neque sacrarij copiam faceret, & vincula quoque atque plagæ motum prorsus denegarent, in suo ipsius pectore discumbentem, horrendo illo operatum esse mysterio, ad eumq; modum & ipsum participasse de immaculato sacrificio, & alijs, vt itidem communicarent, suasorẽ fuisse. Sacrum id in carcere perficiebatur, & ecclesiæ specimen facer ille chorus qui eum iam morientem stipabat, repræsentabat.

Niceph. Call. li. 8. hist. Eccl. c 31. Bar. t. 3. an. 312. Pectore proprio pro altari vsus est Lucianus.

X. *Viaticum ad vitam æternam sibi conferri petit D. Thomas Aquinas morti vicinus.*

CVm Diuus Thomas Aquinas in cęnobio Fossæ nouæ diuerteret, & ex diuina reuelatione perciperet, supremum vitæ suæ diem non longe abesse, clara voce, multis audiẽtibus, dixit ad socium suum: Fili Reginalde: [Hęc requies mea in sæculum sæculi; hic habitabo, quoniam elegi eam.] Interea morbo ingrauescẽte cum sentiret paulatim se viribus destitui, cum multa deuotione petijt sibi sacrosanctam Eucharistiam exhiberi. Id vero ab Abbate & fratribus admodum reuerenter præstitum est. Vt autem allata fuit Eucharistia, tametsi fractus esset viribus, humi se prostrauit, cum lacrymis & admirabili pietate orãs Dominum, Interrogatus autem, vt habet consuetudo ecclesiastica, num crederet in sacra illa hostia verum esse Dei filium, qui

In vita eius apud Sur. t. 2. Mar. die 7. Petr. Can lib. 3 de Deipara ca. 17.

Psal. 131.

Humilis confessio Th. Aq. morituri de Eucharistię sacramẽto, viatico & extrema

Vnction. sacramẽtum moriturꝰ recipit D. Thom.

qui nostræ causa salutis ex Virgine natus, & in cruce mortuus est, & resurrexit: libera voce, & cum multa deuotione lacrymans, dixit: Ego plane credo, imo pro certo noui, hunc esse verum Deum & hominem Iesum Christum, æterni patris & virginis matris filium: & quod puro corde credo, etiam labijs syncerè confiteor. Deinde illud viuificum accepit sacramentum. Postero autem die etiam sibi voluit Extremã Vnctionem adhiberi: vbi cum ad singulas verborum formas sana mente respondisset, iunctis & sursum ad Deũ erectis manibus, spiritum suum pijssimo commendans Creatori, felicissimè obdormiuit in Domino, hora quidem matutina, ipsis nonis Martij, anno à Christo nato 1274. vitæ autem suæ 50.

XI. *Qua intentione sumenda sit Eucharistia in fine vitæ.*

In vita eiꝰ apud Sur. to 5. die 6. Octobr. ex Francis. de Puteo Carthusiano l. V. D præstantiss. Professio fidei Brunonis morientis de Eucharistia.

SCiens Bruno Carthusianorum Patriarcha, horam venisse, vt transeat ex hoc mundo ad patrem, conuocatis fratribus suis, ab ipsa infantia singulas ætates suas replicauit, & totius temporis sui cursum scientia & sententia dignum, proclamauit postea fidem suam de Trinitate protracto & profundo sermone exposuit, & conclusit sic. Credo etiam sacramenta, quæ sancta credit & veneratur Ecclesia, & nominatim, panem & vinum, quæ consecrantur in altari, post consecrationem, verum esse corpus Domini nostri Iesu Christi, veram carnem & verum sanguinem, quæ & nos accipimus in remissionem peccatorum nostrorum, & in spem salutis æternæ. Proximo inde Dominico die sancta illa carne solutus est pridie nonas Octobris, anno Christi 1101.

XII. *Otto Germanorum Rex moriens communicat.*

Bar. to 10. Ann. ann Do. *973. 3. ex lib. 3. Vuitich. ind. & Ditmaro.*

DE Ottone III. hunc in modum scribit Vuidichindus; Tertia feria ante Pentecosten loco deuenit, qui dicitur Milleuu: proxima nocte iuxta morem diluculo de lecto consurgens, nocturnis et matutinis laudibus interérat. Post hæc paululũ requieuit. Missarum deinde officijs celebratis, pauperibus iuxta morem manum porrexit, paululum gustauit, iterumq; in lecto requieuit. Cum autem hora esset, processit lætus, & hilaris ad mensam resedit: peracto ministerio, vespertinis laudibus interfuit; peracto cantico Euangelij, æstuari & fatigari iam cœpit. Quod cum intellexissent Principes circumstantes, sedili eum imposuerũt. Inclinantem autem caput, quasi iam defecisset, refocillauerunt, expetitoq; sacramento diuini corporis & sanguinis, & accepto, sine gemitu cum magna tranquillitate vltimum spiritum cum diuinis officijs pietatis Creatori omnium tradidit, & inferius: Itaque defunctus est nonis Maij, quarta feria ante Pentecosten Imp. Romanorum, Rex gentium, diuinarum, humanarumque rerum multa religiosa sæculis relinquens monumenta.

XII. *Eucharistiæ sacramento sub mortem muniri cupit Ludouicus Crassus Francorum Rex.*

Rob. Gaguin li. 6 histor. Franc.

LVdouicus Crassus, cum mortem sibi imminere videret, compluribus accersitis Episcopis, postquam confessionis sacramento conscientiam emundasset, sacram sibi Eucharistiam conferri postulauit. Post hæc pauimentum tapete sterni iussit, ac super eum signum crucis ex cinere fieri, vbi & iaceret, & moreretur. Decumbens igitur in tapete Rex defunctus est.

XIII. *Corpus Domini flexis genibus sumit Dauid Rex Scotorum moriturus.*

Hector Boeth. l. 12 hist. Scot.

DAuid I. Scotorum Rex, quum vitæ terminum adesse sentiret indignum se reputans, ad quem corpus Christi deferretur, duobus sacerdotibus innitens ad tẽplum venit, & peracta re diuina sermonem ad suos ha-

buit de pietate in Deum, quam beneficus & salutaris ipsum colentibus esset. Mox ingenua procidens, ardentibus precibus Christi corpus integra fide suscepit. Inde in cubiculum reductus, conuocatis Primoribus, nepotes suos illis iam extremo commendauit, datoq; singulis osculo, vt publicā semper vtilitatem tuerentur, precatus est: deinde commendata Deo anima sua, expirauit, anno regni 29. sepultus Dumfermilem in regio parentum sepulcro, addito insigni monumento.

XIIII. *S. Lucia martyrio iam pressa sacram percipit communionem.*

Ex Martyr. Ado Arch e. Treuir. 13. Dec.

POstquam Lucia Syracusana Virgo & martyr constanter suam castitatem contra lenones defendisset, tunc iudex Paschasius præcepit ministris suis, vt ignem copiosum circa eam accenderent; picem vero & resinam & feruens oleum super eam iactarent. Sed illa in nomine Domini nostri Iesu Christi immobilis stetit, dicens: Ego rogaui Dominum meum Iesum Christum, vt ignis iste non dominetur mihi, quatenus tibi insultem plaudēs in Domino, & impetraui ab eo inducias martyrij mei, vt credentibus tolleret timorem passionis, & nō credentibus vocem insultationis auferret. Tandem gladio in gutture merso percussa, quamdiu voluit, orauit, & turbam circumstantem allocuta est. Nec omnino mortua est, donec venientibus sacerdotibus, communionem Dominici corporis & sanguinis acciperet.

S. Lucia nihil læditur ab igne.

Cōmunionis fit particeps in martyrio

XV. *Quid morituro faciendum, cum sacram synaxim percipere nequit.*

Iac à Vitria. Card. Hist. Occidēt. c. 38.

CVm bonæ memoriæ Mauritius Parisiensis Episcopus, iam quasi senio deficiens, nihil prorsus sumere valeret, & imminente morte viaticum sibi dari peteret; Canonici sancti Victoris Parisiensis hostiam non consecratam ei attulerunt, non audentes Eucharistiam sibi ministrare, eo quod nihil poterat gustare. Ille vero diuina virtute, quod illi pia intentione fecerant, percipiens; non est, inquit, hic Saluator meus, quem ego cum summo desiderio postulaueram. Illi autem vehementer admirantes Christi corpus illi attulerunt. Episcopus vero Christi præsentiam percipiens, cum lacrymis & deuotione, ore tantum osculando tetigit, & sic spiritum in pace Domino reddidit.

XVI. *Supplicio afficiendi sacro etiam viatico saginandi.*

Cedren. Annal. ann 1. Phoca imp. apud Baron. 18. an 603.

FAma obtinet, inquit Cedrenus, Theodosium Mauritij Imperat. filium ad Cosrhoen legatum, missis à Phoca ministris, Nicææ captū iussum necari, cum ad locum, cui nomen est Leucatæ, peruenisset. Theodosium porro petijsse, vt priusquam necaretur, diuinis impertiri posset mysterijs: Quod postquā impetrauit, actis Deo gratijs, lapidem à terra sustulisse, eoq; ter pectus suum percussisse, ita orantem: Domine Iesu Christe, tu scis me nulli hominum iniuriam fecisse; nunc autem mihi euenit, vt tua iubet potentia. His dictis, caput ei fuit amputatū.

Theodosius necādus à Phoca tyrāno, Eucharist. sumit.

XVII. *S. Nicolaus Tholentinas viaticum aduersus hostes sub mortem sibi administrari optat.*

In vita eius ca. 12 apud Sur. 10. Sept.

SAnctus Nicolaus de Tholentino ad extremum vsq; spiritum sacro hoc Eucharistiæ alimento reficiebatur. Vnde in extremo vitæ discrimine, ipsoq; agone constitutus, idipsum in viaticū sibi administrari petit; Vt tāto, inquit viatico munitus, non deficiam in via ad cœlestem patriam profecturus: & si ob demerita mea improbus Belial hostis meus mihi occurrerit, possim fidenter dicere; [Dominus mihi adiutor, & ego despiciam inimicos meos.] *Ps. 117.* Et circumstantibus hinc inde fratribus, & vna cum illo orantibus, solemni absolutione percepta, cum profusissimis lacrymis corpus Dominicum sumpsit, ita dicens: [Benedictus, qui venit in nomine Domini.]

XVIII. Phi-

XVIII. *Philippicus desperata vita communionem sacram percepit.*

P. Cani. de fr. sacr. cõm. ex Cedreno.

GEorgius Cedrenus in historiarum compendio describens imperium Mauritij: Experrectus Mauritius statim accubitorem suum misit, qui Philippicum adduceret. Qui desperata ob id vita, prius communionem sacram expetijt, eaq; percepta ad Imperatorem abijt, vxorem relinquens, quę saccũ induta, & cinere cõspersa, eiulabat.

XIX. *De milite, qui mori non potuit, nisi percepta prius corporis Christi communione.*

Ex Caes. li. 9 miraculorũ c. 49.

MIles quidam nobilis terrã habens et castra, apud Federicum Imperatorem à multis accusatus est, quod multos spoliaret: quem cum sæpius citasset, & non comparuisset, tandẽ proscripsit, mandans suis, vt illũ caperent. Qui cum lateret, non tamen minus rapinas exerceret, casu quodam ex officio captus, patibulo, secundum quod Imperator præceperat, appensus est. Tertia die miles quidam præteriens, cum vidisset illum, ait seruo suo; Deus, quam pulcher homo erat iste. Respondente puero; Vir ille nobilis est cõsanguineus vester; accesserunt propius, vt depositum sepelirent. Ad quos ille de patibulo clamauit; Deponite me, adhuc enim viuo. Æstimãtibus illis, quia phantasma esset, subiunxit; Nolite timere, quia homo Christianus sum. Depositus vero sic ait: Modicum obsequij ego peccator Deo impendi, propter qđ misertus est mei: singulis dieb[9] tres orationes Dominicas, cum totidẽ venijs sanctę Trinitati dicere cõsueui, Angelica salutatione pręmissa: quinq; vero orationes, cum quinque venijs, & Aue Maria, quinque vulnerib. Christi: simili modo vnam orationẽ. i. Pater noster, Angelo, cui commissus sum. Itẽ eodem modo vnam corpori Christi, quod singulis diebus conficit' per vniuersum mundum quatenus in fine vitæ meæ tanto muniti viatico mererer. Quod & Dominus mihi præstabit sua misericordia: vnde rogo, vt vocetis mihi Sacerdotem, à quo illud suscipiam. Qui cum venisset, confessione præmissa communicauit, moxque spiritum emittẽs ad eum, cui incorporatus fuerat, feliciter migrauit: quem in cœmeterio sepelientes, tam grande miraculum diuulgauerunt vbique.

XX. *De ingenti adolescentis Indi post acceptam communionem ad vitam beatam desiderio.*

Ex li. annal. Soc. an. 1585 è Prouin. Brasil. Re pid. libe.

ADolescens summo splendore generis inter Indos, vini abstinentissimus, & virginitatis studiosus imprimis (quæ duo inter hos homines si qñ reperiuntur, pro miraculo habentur) cum ex continenti, vt Christianorum ritus regionesq; cognosceret, aduenisset, earum captus amore, Christi miles efficitur. Is graui morbo oppressus, nullus vel familiaris sermones ne pios quidem accommodos, priusquam delicta confiteretur, admisit. Quamquã autem ex quo se ad Christum adiũxit, præcipuo quodam ardore sacrosancta Eucharistiæ mysteria semper coluit, numquã tamen maiore, quam supremo vitæ die, cum accepto salutari viatico; Delectabat, inquit, hæc antea me vita; nũc autem, postquã Christus suo corpore me famelicum pauit, cur moror in terris? aut quid causæ est, cur nõ his vinculis expeditus cum Christo feror in cœlum? Atq; in his verbis è custodia vinculisq; corporis missus est.

Ardens adolescẽtis post coronem ad cœlũ desiderium.

TIT. XIIII. De sacra communione sub altera tantum specie.

Christus Dñs agens de fructu Eucharistiæ, non semel, sed quater docet, vnã speciem sufficere ad salutem. Qui, inquit, manducat me, viuet ꝑpter me, etc. *Io. 6.*

Suo exemplo idem comprobauit: Nam ibidem multiplicauit panes, quibus saturauit turbam, remanentibus duodecim cophinis: nec vllum potum multiplicauit, neque dedit. *Idem ibid.*

Te-

Cap. 24. Testatur etiam Lucas Euangelista Christum Dominum sacram communionem sub specie panis tantum duobus discipulis in Emaus proficiscentibus porrexisse: sic enim ait: *Et factum est, dum recumberet cum eis accepit panem, & benedixit, ac fregit, & porrigebat illis. Et aperti sunt oculi eorum, & cognouerunt eum: & ipse euanuit ex oculis eorum, &c. Et ipsi narrabant quæ gesta erant in via: & quomodo cognouerunt eum in fractione panis.*

EXEMP. I. *Miraculo declaratur, quod vsus calicis non sit laicis necessarius in communione.*

Alexan. Alens. 4. p q 11 in 2. art. 4. §. 3.

Ecclesia iam à multis sæculis Eucharistiæ sacramentum sub specie panis tantū dispensare consueuit, ne simpliciores crederent, Christum non contineri integrè sub altera specie, vt aliquando cōtigit: Religiosus enim quibusdam petentibus & instantibus, vt sub vtraq; specie Sacramētum sumerent, sacerdote quodam pio cantante, cum faceret fractionem, cōcauum patenæ totum visum est repleri sanguine. Ad quod obstupuerunt ipse & circumstantes; sed cum coniungeret partes hostiæ, totum visum est reintrare: & sic petioni & tentationi illorum penitus fuit satisfactum.

II. *Corpus Domini sub specie panis olim à Christianis sumptum, ne quidem se ab indignis tangi finit.*

D. Cypr. ser 5 de lapsis. Euchar. ignē mittit, ne ab in digna sumeretur. Euchar. in cinerē cōuertitur in

Cyprianus sermone quinto de lapsis: Et cum quædam, inquit, arcam suam, in qua Domini sanctū fuit, manibus indignis tentasset aperire, igne inde surgente territa est, ne auderet attingere: Et alius, qui & ipse maculatus de sacrificio à sacerdote celebrato partem cum cæteris ausus est latenter accipere: Sanctum Domini edere, & contrectare non potuit: cinerem ferre se apertis manibus inuenit. Documento vnius ostensum est, Dominū recedere, cum negatur: nec immerentibus ad salutem prodesse, quod sumitur, quando gratia salutaris in cinerem, sanctitate fugiente, mutetur.

sumptum indigne.

III. *Sub vna specie panis scilicet, communicauit olim Simeones.*

Theod. i hist. SS. Patrum 26. quæ est S. Simeonis. ieiuniū per integrā quadrag. simā absq; cibo.

Theodoretus Cyri Episcopus, in Philotheo, siue in historia Sanctorum Patrum, in vita vigesima sexta quæ est Simeonis: Moysis, & Eliæ diuinorum virorum exemplo, commemorat, eum quadraginta dies absque vllo cibo ieiunare decreuisse. Quare Bassum, qui ea tempestate oppidorum presbyteris præfectus multa loca circuibat, rogat, vt nulla re intra domunculam relicta, fores ipsas cæmentis obstrueret. Qui rei difficultate proposita, ab huiusmodi incepto deterrebat, violentamq; sibi mortem consciscere quenquam, non esse virtutem, sed vitium, & primum & maximum, admonebat. His acceptis, vir Dei: Depone, inquit, ò pater hic decē panes, & aquæ lagenam: nam si corpus cibo indigere sensero, sumam illum. Recte inquit ille. Mox pane & aqua depositis, fores obstruxit, vt iusserat. Post quadraginta dies reuersus Bassus, dirutis foribus ingreditur, panumq; numerum, & vrnam aqua plenam ita, vt reliquerat, inuenit ipsum autem tacentem, nec spirātem, & nec loqui, nec moueri potentem. Quare accepta spongia labra illius primum madefacit, mox diuinorum mysteriorum symbola imposuit: quibus ille refectus surrexit, ac cibi aliquantulum sumpsit, lactucas, schicoria, aliaque huiusmodi, quas dentibus non admodum confectas demittebat in stomachum. Quam rem admiratus Bassus in proprium gregem se recepit, magnumq; hoc miraculum suis enarrauit, quos plus quam ducentos habebat: illos tamen neque iumentum, neque molas possidere, neque allatas pecunias accipere, neq; monasterij foribus, aut ad res necessarias parandas, aut ad amicos inuisendos egredi, sed

Euchari stia sacra sub specie panis refecit Simeon.

intus

intus manere, & id tantum, quod Spiritus sancti gratia sibi missum fuisset, accipere volebat.

IIII. *Tempore diui Bernardi dabatur etiam communio apud altare sub vna dumtaxat specie.*

Auctor vitæ sancti Bern. li. 1. c. 1.

GVilelmus Abbas S. Theodorici, in vita S. Bernardi libro 1. Agebatur, inquit solemnitas quædam præcipua, & Frater aliquis, quem secreta culpa ab altaris sacri cõione suspenderat, notari timens, & ruborem nõ sustinens, ad manum eius cum cæteris nimium præsumptuosus accessit. Intuitus autẽ eum, qm causa latẽs erat, repellere hominem noluit, sed intimo corde orabat Deum, vt de tanta præsumptione melius aliquid ordinaret. Itaq; sumẽs homo Eucharistiam nõ poterat ad interiora traijcere, & diu multumq; conatus, cũ nullo modo præualeret, anxius & tremebundus clausam ore seruabat. Expleta denique hora orationis sexta, Patrem sãctum traxit in partem: cuius pedibus aduolutus, cũ multis ei lachrymis, quod patiebatur, aperuit: & aperto ore ipsam quoque Eucharistiam ostendebat. Increpans autem eum, confitentem absoluit, & sine difficultate recepit Dñica sacra.

Eucharistia sub vnica tãtum specie sumpta.

TIT. XV. De præparatione ad Communionem.

EXEMP. I. *Adolescens impuræ vitæ conscientia sacram Eucharistiam deglutire non potest.*

Ex P. Venerab. l. 1 Miraculo c 3 P. Petr Canis. de prap. ad Cõmun. nu 9 & Bredēb. l 1 c. 55.

PEtrus Venerabilis Abbas Cluniacensis libro primo miraculorum in Teutonicis partibus hoc contigisse refert. Erat (inquit) ibi iuuenis mundanæ vanitati deditus, & vt in illa ætate homines solent, voluptati fræna relaxans. Cui cum diu deseruiret, contigit eum super quadam maritata muliere infamiæ nota aduri. Cumque per aliquantulum temporis: ac suspicione apud vicinos quosq; teneretur, accidit, vt incurreret tãtam ægritudinem, quæ de vita eius homines cogeret desperare. Qui cum lecto decumberet, & iam iamq; morti proximus fieret, inuitat⁹ est ad eum more ecclesiastico presbyter, vt eius confessionem susciperet, & ei morienti viaticum salutis humanæ præberet. Cum vero venisset, hortari eum cępit, & commonere instanter vt peccata sua confiteri non erubesceret, crimenq; illud, vnde specialiter infamatus fuerat, salubri confessione manifestaret. Acquieuit ille, & confiteri scelera sua studiose aggressus est. Qđ dum expleuisset & rursus super præfato crimine a presbytero interrogaretur, mentitus est, dicens: Se inde nullatenus reum esse. Cumque presbyter diutina hominis infamia, suspicione actus, ab inquisitione non desisteret, ait ille: Sic (inquit) hoc Dñi corpus, qđ attulisti, ad salutem suscipere merear, sicut huius rei, quæ mihi obijcitur, aliquanto culpam non incurri. Hæc presbyter responsione credulus redditus, Dñicam ei communionem iam securus tradidit. Qua ore suscepta, glutiendi virtus ægro protinus ablata est. Nã cum paulo ante quibuslibet etiã grossioribus cibis facilis esset ad ima descẽsus, hoc paruissimum corporis Christi fragmen, non dicam stomachum, sed nec etiam guttur vel paululum, attingere potuit. Hoc sentiẽs ille, niti, quãtum potuit, cœpit, vt illud glutire valeret. Quod dũ multoties conaretur, & frustrari semper suos conatus cerneret, coactus ipsa glutiendi impotentia, iuxta lectum, quo decumbebat, illud exspuẽdo proiecit. Cuius rei euentu valde territus, presbyterum, qui discesserat ad se reuocari rogauit. Redijt ergo presbyter: & infirmum reuisens, cur se reuocasset, quæsiuit: At ille, spiritu Dei agente compunctus, cõfessus est se male egisse: se Deo mentitũ fuisse, verumque, quod ante negauerat, esse. Quem cum multo gemitu pœnitentem & satisfacientem, is qui aduenerat presbyter intuens: compassus confitenti & mœrore confecto, eũ, vt mo-

ris est, absoluit, atque rursus Dominico corpore refecit. Quo suscepto; cum tanta illud libertate glutiuit, vt vere tunc appareret, non casu, sed virtute diuina, ne ante hoc suscipere posset, prohibitum fuisse. Post hanc igitur reatus confessionem, & corporis Christi perceptionem, paululum superuiuens, in pace quieuit. Hoc non à duobus tantum, aut tribus testibus didici, sed à Priore iam dicti loci, honesto & fide digno viro, & fratribus eiusdem monasterij ac multis alijs, quorum quidam se hoc vidisse, alij à presbytero se audisse testati sunt.

II. *De pœna communicantis post confessionem ficte factam.*

Idem ibid. cap. 5.

ERat pene eodem tempore (idem auctor inquit) frater quidam in monasterio, quod in Francia apud Turrim super Maternam sub iure nostro est, cui cura eiusdem loci cōmissa fuerat. Qui diuturnæ ægritudinis necessitate coactus, Radulphum tunc Abbatem monasterij Catalaunensis, propter medelam, tam animæ, quam corporis, quarum ille rerum non ignarus erat, ad se venire rogauit. Ad quem ille, charitate prouocatus, venire non distulit: & veniens mox ægrum visitare curauit. Cumq; non mediocriter eum grauari infirmitate cerneret, hortari eum ad confitendum cœpit. Quod ille se libenter agere professus, cōfiteri peccata sua, sed non in simplicitate spiritus aggressus est: nam grauiora et mortifera stulto pudore reticens quotidiana tm̄, & quæ leuia videbantur, timore Dei postposito, fatebatur. Qua palliata confessione completa, corpus Dominicum sibi afferri deprecatus est. Quo allato, & præsumptuoso ore suscepto, cum diu multumq; illud traijcere conaretur, nec valeret: cum vino, quod susceperat, frustra omnia comminuti corporis Christi, in vas, quod ori eius suppositum fuerat, refundere coactus est. Hoc casu, immo diuino iudicio Abbas, qui aduenerat, permot⁹, & ægrum non plenè confessione purgatum ratus: rursus eū admonere cœpit, vt, si aliquod facinus reticuisset, vera sibi confessione reuelare non erubesceret. Qui, & hortatu eius, & diuino instinctu compunctus, ad cor reuersus est: & quicquid pestis intus latebat, euomēs, crimina, quæ ante lethali pudore celauerat, vitali & vera confessione, non iam ficte, sed veraciter, corde contrito & humiliato patefecit. Cumq; omni fæce iniquitatis per antidotum pœnitentiæ purgatus fuisset, & vera confessione per Abbatem prædictū absolutionem meruisset. Eucharistiam, quam prius reijcere compulsus fuerat, allatam deuote suscepit, & absq; vlla difficultate, vt sanissimus aliquis, glutiuit. Et vt de miraculo oīs dubitatio tolleretur, qui particulam corporis Christi, quam glutire nō potuit, reijcere per frusta compulsus fuerat, post confessionem non solum corpus Dñi, sed etiam cibos alios absque vllo impedimento suscepit. Sic igitur confessione, absolutione, sacramenti susceptione frater ille in Dño confortatus, tribus postea tm̄ diebus superuixit, & sic defunctus est. Hoc ab eodem Radulpho Abbate cognoscens, cunctis legentibus, vel audientibus communicare curaui.

Cōfessio ficta.

Cōicātis indignè pœna.

III. *Ante Eucharistiæ sumptionem agenda pœnitentia.*

Laur. Sur. in vita 20 Ianu. ex Cyr monacho.

AIunt sanctum Euthymium Abbàtem aliquādo dixisse quibusdam fratribus, qui cum eo seorsum versabantur: quod sæpe videret terribilem Angelorum visionem, vna secum Deo ministrantem & sacra contrectantem & quod in Dñici corporis sumptione, aliquos quidem ex ijs qui accedebant, videret ab ipsa illuminari? aliquos autem veluti obscurari, & morte affici, quicunque.f.erant indigni ea luce & splendore. Quamobrem non cessabat testificari fratribus, & illud Apostoli optimè admonere, vt vnusquisq; attendat & seipsum probet, & sic cum (*1. Cor. 11.*) tre-

tremore sumat panem & calicem, cũ bene sciatis, qui accedit, quod iudiciũ sibi comedit & bibit, qui ea indigne sumit. Propterea.n.statim quoque, cũ hoc primum offert sacerdos sacrificiũ, multitudiuem veluti præmunit, & iubet, vt caueat, Sursum habeamus corda, eis acclamans: & cum ab illis promissum acceperit, sic audet deinceps offerre oblationem. Qua ẽt perfecta, ille etiam rursus manus in cælũ tollens, & ostendens esse dispensatum pro nostra salute mysteriũ, clara voce sic dicit: Sancta Sanctis: perinde ac si dixerit quispiam: Qñquidem ego sum homo, æque ac vos patibilis, ignorans quemadmodum vnusquisq; vixerit: propterea hoc ante apertè testificor, & hanc cõem probationem vestræ suggero conscientiæ: Si quis captus fuit ab odio, & iniuriæ acceptæ recordatione: Si quis ab inuidia, aut ira, aut superbia: Si quis à maledicto, aut à turpi sermone, aut ab improba cupiditate, aut ab aliquo alio vitio fuit comprehensus, ne prius accedat quam per pœnitentiam à scelere fuerit expiatus. Hæc enim sancta, inquit, non profanis, sed sanctis exhibentur.

Ante Eucharist sumptionẽ agenda pœnitentia.

IIII. *Ad S. communionem vt se præparabat S. Margareta Hungarica.*

In vita ei⁹ apud Sur. 20. Ian. scripta p fr. Garsiã S. Theod.

CORpus Christi in sacro altaris, deuotissime venerabatur S. Margareta Virgo illustrissima Regis Hungarorum filia, & sub eleuatione illius in Missa flebat vberrime, & frequẽter ab eleuatione vsq; ad sacram cõionẽ, sic præ deuotione manebat abstracta à corporis sensibus, vt quasi mortua videret. Qñ vero sacrã erat cõionem perceptura, die præcedenti non sumebat nisi panem & aquam, & tota nocte in orationibus permanebat. Sumebat autem ipsum sacrum cum magna deuotione, & multo lacrymarũ imbre, atq; interdum adeo rapiebatur in spiritu, vt ceu mortua videretur: nec raro visa est inter cælum & terram plus quam cubiti altitudine eleuata, nullis corporis sensibus vtens. Post acceptam vero Eucharistiã, tenebat ab vna parte mappulam ante facies ad cõionem accedentium hoc fine, vt videret identidẽ corpus Christi. Ipsa quoque die, qua communicarat, persistebat continenter in precibus vsque ad noctem: & tunc cibo valde modico vtebatur.

Margareta Hũgarica vt se ad cõionem parabat

V. *Christianus sit, necesse est, is, qui uult sacræ communionis particeps esse.*

Ex P. Luca Pinello in med de com mu: n 30.

ROmæ anno 1563. in Xenodochio S. Ioannis Lateranensis, adolescẽs quidã Turca annorum 20. qui Ancona, vbi aliquãdiu cũ Patre mercatore Turca vixerat, huc perfugerat, aliud perfugium nõ habens, nobili cuidam seruire cępit, quo cum adibat templa, intererat sacro, & quia Italicã linguã callebat, ab oĩbus reputabatur Christianus. Post aliquot mẽses tandẽ ægrotare cępit: mittitur à Dño in Hospitale, recipitur cum conditione, vt secundum Hospitalis leges, paret se ad confessionem, & cõionem. Adolescens, ne reijceretur, conditionem acceptat, nõ patefaciẽs se esse religione. Mahumetanum. Res mira. Simulatque Corpus Dñi sumpsit, maxima contentione animi postulauit baptismum, palam affirmando se esse Turcã. Præfecti Xenodochij existimantes eum alienatũ a mente, vocarũt me, qui erã tunc comes Patris cuiusdã (qui festis diebus in Xenodochio cõcionabatur) vt redderẽ eum quietum. Adolescens repetiuit, quod dixerat, meq; obsecrauit, vt porrigerem ei baptismum, se enim tm̃ ardorẽ interius sentire, vt diutius quiescere nõ posset. Sacellanus, re diligenter examinata, videns eum circumcisum, sacro baptismo hominem lustrauit, & mox tranquillior redditus est: ac postero die spiritum Domino reddidit.

VI. *Eucharistiam cum turpibus cogitationibus haud esse sumendam.*

Pallad in histo Lausiaca, c 75

EVlogius presbyter in offerẽdis Deo donis tantam accepit gratiam cognitionis, vt vniuscuiusque ex ijs, qui acce-

accedebant (ad sacram synaxim) monachis, mentem cognosceret. Is cum sepe vidisset aliquos monachos ad aram accessuros, eos retinuit, dicens: Quomodo audetis ad sancta accedere sacramenta, cum habeatis malas cogitationes? Et tu quidem hac nocte animo versasti turpem fornicationis cogitationem: Alius autem in animo suo reputauit, dicens: Nihil referre, an peccator, an iustus accedat ad Dei gratiam: Alius etiam de dono dubitauit, dicens: Nunquid me accedentem sanctificabit? Parum ergo secedite à sanctis Sacramentis, & ex animo agite pœnitentiam, vt sit vobis remissio peccatorum, & sitis digni Christi communione: Nisi enim primum mundaueritis cogitationes, non poteritis ad Christi gratiam accedere.

Mentem communicātiū cognoscebat Eulogius.

Cogitationes purgāda ante cōionē.

VII. *Sacram Eucharistiam qui volebat olim percipere in Hispania, debebat symbolum prius recitare.*

Reccaredus Rex Catholicus, Patres in Synodo Toletana consistentes allocutus, illud inter alia petijt, vt in omnibus Hispaniarum Prouincijs, quod in Synodo semel factum esset de Catholicæ fidei assertione, id semper repeti deberet in Ecclesijs, cum quisque eorum sacram esset sumpturus Eucharistiam. Hæc sunt eius verba: Hoc, inquit, adhuc necessario pro firmitate fidei Catholicæ, nostra Deo supplex instituere decreuit auctoritas, vt propter roborandam gentis nostræ nouellam conuersionem, omnes Hispaniarum & Gallicæ ecclesiæ hanc regulam seruent, vt omni sacrificij tempore ante communicationem corporis Christi & sanguinis iuxta Orientalium partium morem, vnanimiter clara voce sacratissimum fidei recenseant symbolum: vt primum populi, quam credulitatem teneant, fateantur, & sic corda fide purificata ad Christi corpus & sanguinem percipiendum exhibeant.

Apud Baro. to. 7. an. 589. & le Garet cent. 7 ex Cōsi'.3 Toletano.

Sȳmbo'ū fidei oli sub Cōione recitatum.

VIII. *Communicaturo propositum adesse debet abstinendi à peccato in posterum.*

Quidā ex Patribus de aliquo referebat Episcopo, quod audiuisset duos de plebe sua viros nimiæ impuritatis adulteros. Rogauit ergo post oblationem consecratam vnusquisq; ad cōionem accederet, singulorum facies nigras inspiciebat vt carbonē, & oculos eorum sanguine repletos. Alios vero vidit clara facie, & vestibus albis indutos. Cum aūt corpus Dñi suscepissent, in quorumdam vultibus, lumen: in quorumdam flamma videbatur. Vt autem agnosceret de illis, quorum crimina audiebantur, cōionem illis porrexit, & vidit vnum ex eis clara facie & honorabili, albisq; vestibus circumdatū: Alterum vero nigrum & horribili vultu. Et postq̄ diuini gratiā mysterij pceperūt, illū vis luminis illustrabat: istum vero alium quasi flāma succendebat. Orauit aūt Episcopus, de singulis, quæ ei ostensa fuerant, se doceri. Astitit autem Angelus Dñi dicens ei: Omnia quæ de istis audisti, vera sunt: sed ille vnus ī sordibus suis permanet, & in voluntate peccandi: ideo illum nigra facie, & flamma succendi vidisti: Ille vero alter similis ei quidē erat, sicut audieras, sed ideo illum clara facie illustrari vidisti, quia recordatus de his quæ primum fecit abrenunciās illis malis operibus cum lacrymis, Dei misericordiam postulabat, promittēs, quod si ei fuissent remissa peccata, vlterius ad ea non rediret: ideoque deletis criminibus ad gratiam, q̄ vidisti, peruenit. Cum aūt Episcopus gratiam Dei miraretur, quod nō solum de tormentis tam turpis vitæ hoīem eruisset, sed tāto ēt honore decorasset, Angelus dixit: Bene miraris: homo enim es: nam Dominus noster ac vester naturaliter bonus & humanus est cessantibus à peccatis: pœnitentibus enim per confessionem non solum peccata dimittit, sed etiam honore efficit dignos.

In vitis PP. 1. p. § 156.

Cōicantium beneł malesignū.

TIT.

TIT. XVI. Quibus nganda sit communio.

EXEMP. I. *Diuinitus castigatur Iudæus volens mala intentione corpus Domini suscipere.*

In vita SS. Cyri & Iuentij. cap 11. apud Sur 12. Sept.

CVm S. martyres Geruasius & Protasius martyrij certamen Mediolani subijssent, et sepulturæ à Christianis traditi essent, tunc quidam Christi fidelis, Liberius nomine, quandam detrahēs particulam de eorum exuuijs, beatiss. Syro Ticinēsi detulit: quas religiosè suscipiens multa signa fecit: deinde extra vrbis mœnia ecclesiā in eorum memoriam construxit. Vbi dum aliqñ celebraret Syrus Pontifex, & copia filiorum eius, quos ibi Christo genuerat, sacris interesset mysterijs, audēter Iudæus, maligno instigāte spiritu, templum ingressus, corpus Dominicū inter fideles de manu viri Dei ore immundo suscepit, & in lutum proiecit. Sed vbi os, vt eijceret, aperuit, digna vltione percussus, sine affatu verborū cunctis audientibus & videntibus clamare cœpit, habens in gutture suæ malitiæ cruciatum: quia iuxta Simeonis vaticinium, vt fidelibus vita & exultatio est verbū Dei; ita incredulis est pernicies & ruina. Nam subtilius aspicientibus, miro modo corpus Dñi in ore videbatur Iudæi depēdere, vt nec linguæ subter compagi insideret, nec desuper immundo adhæreret palato: Sed postulātibus fidelibus pro eius miseria vir Dei B. Syrus sacræ Eucharistię mysterium à sacrilego ore abstraxit, dicens: Ecce nunc liberatus es, de cætero caue, ne quid simile facias: Iudæus aūt pedibus eius aduolutus, clamabat, se in Christum crediturum, si sacri eum baptismatis vnda perfunderet: ac pio eius cœtui adscriberet. Tunc Syrus tibi, inquit, omnipotens Deus, gratias ago, qui Iudaicam perfidiam non dedignaris corrigere, vt ad vnigeniti tui fidem conuertantur. Eo autem baptizato, multi præterea Iudæi Christianorum albo adscripti sunt.

Iudæis haud dāda cōio, quia ea abutuntur.

II. *Christianis palam inobedientibus haud dandam esse communionem.*

In vita S. Firmini Episc. Amb. n. apud Sur. to 6.

ADuentante Quadragesimę sacrosancto ieiunio plebs frequens aduenit in ædem B. Firmini Episcopi, & Martyris eo die, quo cineres ex patrū pia traditione, quæ hactenus obseruabatur, fidelium capitibus imponūtur. Adfuit etiam B. Godefridus more suo nudis pedibus, & cilicio indutus: inter cætera sanctæ exhortationis verba omnibus interdixit esum carnium, donec Dñicæ resurrectionis solemnitas adesset. Sed id multi surda aure accepere: nam proximo die Dominico carnibus abstinere noluerunt, dicentes: Episcopum de suo corde fingere dura, proferre inaudita: se assueta nec velle, nec posse relinquere: par esse nō solum vti cibis, sed etiam abuti, & suauibus ætatem ducere oblectamentis. Non id latuit Episcopum, sed tempus exspectauit, quo posset oportune mulctam irrogare. Ipso igitur Cœnæ Dominicæ die populo ad memorati martyris Basilicam ad impetrandam peccatorum veniam confluente, eo venit sacerdotalibus vestimentis indutus: habet suo more concionem: Inter alia cōmemorat Adami inobedientiam, quod dum ab esu pomi sibi temperare non vult, vniuersum genus humanum damnationi obnoxium reddiderit, & in multas conieccerit calamitates. Dum pergit exprobrare illis quod nihil, eius exemplo absterriti, noluerint obtemperare ipsi, imo Christo per ipsū prohibenti, ne carnes ederēt: An ignoratis, inquit, in Euangelio dixisse Dñm de me, meiq; similibus: [Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit:] Annunciaui ego vobis Christi voluntatem & iustitiam: vos me finxisse friuola dicere non reformidastis. Ergo vestra hac rebellione incidistis in pœnas cōtemptorum, & cum Adamo rei estis inobedientiæ. Certè meritas hodie luetis pœnas: hæc Episcopo dicēte, certatim omnes se humi prosternunt, pu-

Luc. 10.

III. *Mulier hæretica simulans se velle communicare, panem vulgarem loco Eucharistiæ ex composito sumit, sed eundem in lapidem conuersum persensit.*

Sozo. l. 8. hist. Ecc. cap. 5. & Niceph. 18. c. 7. Bar. an. 400. l. 5.

VIr quidam sectator hæresis Macedonianæ eiusdem sectæ vxorē habebat: hic cum Ioannem Chrysostomum de sincera Dei religione differentem forte audisset, doctrinam amplexus, & vxorem quoque vt sibi consentiret, hortatus est. At quoniam illa notarum mulierum solita consuetudine captiua teneretur, vt maritus, quamuis admonuisset sæpe, nihil tamen proficeret: Nisi, inquit ille, in religione mihi consors fueris, nec in vitæ quidem communione posthac eris mihi mulier, data fide se id facturam, cum ancilla quadam, quam fidam arbitrabatur, de hac re communicat: eamq; sibi ad fraudem faciendam marito sociam adiungit. Itaq; tempore communicationis (intelligunt autem qui Christo sunt initiati, quid dicam) illa, quod acceperat, continens, velut oratura procubuit. Famula autem interim astans furtim porrigit id quod manibus adueniens ferebat: quod quidem simulatq; dentibus admotum fuit, in lapidem induruit. Tum mulier timore cōsternata, ne quid sibi grauius eueniret ob tantum miraculum in se diuinitus editum, cū festinatione ad Episcopum accurrit, seipsam iudicat, ac lapidem ostendit, qui manifesta vestigia morsus, sed materiā ignoram & inusitatum quendam colorem referebat. Cumq; profusis lacrymis veniam impetrasset, cum marito deinceps cōcors vixit. Si cui autem hæc verisimilia esse non videntur: testis est ipse lapis, qui etiam hodie inter Constantinopolitanæ vrbis cimelia conseruatur.

Panis in lapidem mutatur

IIII. *Non baptizatis negandam esse communionem.*

Bar. t. 8 an. 613.

POst mortem Edilberthi Regis Anglorum Christiani, cum filius eius regni gubernacula suscepisset, magno tenellis adhuc ibi ecclesiæ crementis detrimento fuit. Siquidem, non solum Christi fidem recipere noluerat, sed & fornicatione pollutus est tali, qualem nec inter Gentes auditam Apostolus testatur, ita vt vxorem patris haberet. Quo vtroq; scelere occasionem dedit ad priorem vomitum reuertendi ijs, qui sub imperio sui parentis, vel fauore, vel timore regio, fidei & castimoniæ iura susceperant. Nec supernæ flagella districtionis perfido Regi, castigando vel corrigendo defuere: nā crebra mentis vesania & spiritus immundi inuasione premebatur. Auxit autē procellam huiusmodi perturbationis etiam mors Saberethi Regis Orientalium Saxonum: qui vbi regna perennia petijt, tres filios suos, qui Pagani perdurauerant, regni temporalis hæredes reliquit. Cœperunt illi mox idololatriæ, quam viuente eo aliquantulum intermisisse videbātur, palam seruire, subiectisque populis idola colendi liberam dare licentiam. Cumq; viderent Pontificem celebratis in Ecclesia Missarum solemnijs Eucharistiam populo dare dicebāt (vt vulgo fertur) ad eum, barbara inflante stultitia: Quare non & nobis porrigis panem nitidum, quem & patri nostro Saba (sic namq; eum appellare consueuerā) dabas, & populo in Ecclesia dare non desistis? Quibus ille respondebat: Si vultis ablui fonte illo salutari, quo pater vester ablutus est, potestis etiam panis sancti, cui ille participabat, esse participes: Sin autem lauacrum vitæ contemnitis, nullatenus valetis panē vitæ percipere. At illi: Nolumus, inquiunt, fontē illum intrare, quia nec illo opus nos habere nouimus: sed tñ pane illo refici volumus. Cūq; diligenter ac sæpe ab illo essent admoniti, nequaquā fieri posse, vt absq; purgatione sacrosancta quis oblationi sacrosanctæ communicet: ad vltimum furore commoti aiebant: Si non vis assentiri nobis in tam facili causa, quam petimus, non

II ex Beda li. 2. hist. Angli. c. 5.

Ecclesia Anglicana perse cutionē patitur.

Regibus i ijs non baptizatis negatur Eucharist.

Reges ī fij expellunt Episcopum

non poteris iam in nostra Prouincia demorari. Et expulerunt eum, ac de suo regno cum suis abire iusserunt. Qui expulsus inde, venit Cantium, tractaturus cum Laurentio & Iusto coepiscopis, quid in his esset agendum. Decretumque est communi consilio, quia satius esset, vt omnes in patriam redeuntes, libera ibi mente Domino deseruirent, quam inter rebelles fidei barbaros sine fructu residerent. Discessere itaq; primum Mellitus & Iustus, atque ad partes Galliæ secessere, ibi rerum finem expectare disponentes. Sed non multo tempore Reges, qui præconem à se veritatis expulerant, dæmoniacis cultibus impunè seruiebant: nā egressi contra Gentem Genuissorum in prælium omnes pariter cum sua militia corruerunt: nec sic, licet auctoribus perditis, excitatum ad scelera vulgus potuit corrigi, atque ad simplicitatem Fidei & Charitatis, quæ est in Christo, reuocari.

Regum impoenitē pœna.

v. *Paruulis ante annum discretionis sacra Eucharistia non est administranda.*

Io. Mol. in Ann. SS. Belgij 11. die Iun. ij, 2. ex Meyeroī a. n. Fl. n. 1220. & Th. Cantipr. li. 2 Ap. c. 28 p. 7. et 9. Sap 4.

PVer Achas ex Thorouth oppido Flandriæ oriundus, nondum ætatem septennem impleuerat: & cōsummatus in breui expleuit tempora multa: placita enim erat Deo anima illius. Raptus est, ne malitia mutaret intellectum ipsius, aut fictio deciperet animam eius. Appropinquans ergo morti, cōfessus sacerdoti sacramentum corporis Christi postulauit. Sed cum hoc propter generalis Concilij vetitum, ne in ætate tali puero conferretur, sacerdos facere nō auderet: puer cum mira oris gratia, extensis in cœlum manibus, dixit: Tu nosti, Domine Iesu Christe, quod meum summum desiderium est, te habere, petiui te, fecique quod debui, & spero confidentius, quod tui præsentia nō frustrabor. His dictis, parentes circumsedentes & flentes consolatus est, & ad meliora prouocans, inter verba exhortationis, orationis, & laudis spiritum Deo reddidit impollutum. Post mortem eius, cum ad sepulchrum illius stantes quidam de Fratribus, psalmum De profundis dicere voluissent, nullo conatu, nulla reiteratione, hunc finire, vel dicere potuerunt: Videlicet vt per hoc daretur intelligi, nullis sanctam illam animam orationū suffragijs indigere.

VI. *Eucharistiæ Sacramentum per Iudicem condemnato non esse denegandum.*

Conc. Mogunt. c. 7 Bar t. 10 an. 847.

PAtres Concilij Mogūtini inter alia decreta sanctè etiam cōstituerunt: Ne sacratissima Eucharistia denegetur condemnatis per Iudicem ad vltimum subeundum supplicium.

VII. *Excommunicatos non esse capaces recipiendæ sacræ Eucharistiæ.*

Ex hist. Pōtifica li. c. 14. pag. 85. Lud. Granat. li. 2. Catech. ī Symb.

DE hac re miraculum valde illustre, certum & comprobatum, ex historia Pontificali huc adferam. In vlteriori Hispania in terra Formestæ Diœcesis Episcopatus Potentiæ accidit, vt homo nomine Pero Ferande quosdam nummos cuidam deberet, cum nullam haberet viam exigendi ab eo, quoad sententia excommunicationis sibi obligauit, qua æs alienum dissoluere coactus fuit. Cum autem existimaret hoc modo satisfecisse, censuræ absolutionem petere neglexit: Ad mortis terminum peruenit hic homo: sacerdos ad eum sanctum sacramētum pertulit multa gente comitatus, & solitis petitionibus factis, cum vellet ei sacramētum administrare, quod in patena ex argento habebat nulla via aut diligētia potuit ab ea amouere. Qua re, tam ille, quam cæteri, qui aderant, cōmoti omnes foras vt irent, sacerdos iussit, existimās fieri posse, vt id aliquo magno peccato accidisset, quod confitendum illi reliquum esset: Hoc autem ab illo petijt, & audiuit se nullius peccati fuisse reum, quod minime confessus sit. Tam igitur sacer-

dos quã ægrotus maxima molestia affecti sunt: & sacerdos ægrotum interrogauit, nunquid in aliquam incidisset excommunicationem, cuius absolutionem non esset consecutus. Tunc ægrotanti in mentem superior sua negligentia venit, & absolutus, alia hostia illi administrata fuit, cũ illa prior ad perpetuam huius miraculi memoriam conseruetur. Quod adhuc extat, & sanctissimum Sacramentum in eadem patena sine vlla corruptione est, tanquam si nunc tantum confectum esset. Visitur hoc sanctissimum mysterium à multis gentibus. Et ego, inquit historicus Illescus, licet indignissimus, in meis manibus patenam maximam cum admiratione habui, cum viderem panis species incorruptas permanere abhinc cẽtum & viginti annis. In quo duo miracula cernuntur: Alterũ, quod hostia ita sit patenæ affixa: Alterum, tamdiu sine corruptione esse. Quæ miracula nõ solum eo conducunt, vt nos ad adorationem & venerationem sanctissimi Sacramenti excitent, verum ecclesiasticarum censurarum efficaciæ nos admoneant: ad hæreticorum sententiam improbandam, qui vtrumque negant.

VIII. *Matricidis Eucharistia sacra quando ministranda.*

Nicol. I. Papa in Decr. suis de pœnit. ti. 17. Matricidis Eucharist. quando ministranda.

Matricida sic pœniteat, inquit Nicolaum Pontifex: Per vnum annum integrum Ecclesiam non ingrediatur, sed ante fores basilicæ stans, orans & deprecãs Deum, perseueret, vt tanto eripiatur piaculo. Completo anno introeundi in Ecclesiam licentiam habeat, tantum inter audientes stet, sed nondum communicet. Completis tribus annis sacræ communionis ei gratia concedatur: oblationes vero non offerat nisi prius aliorum septem annorum curricula expleantur. Si autem ante annorum trium cursum, finis vitæ illius appropinquauerit, corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi particeps fiat.

TIT. XVII. De frequenti communione.

EXEMP. I. *De muliere in equam versa, quod diu à communionis perceptione abstinuisset.*

Ex Palla. auct. Grac. in hist. Lausiac. sec. 17. c. 19.

Ægyptius quidam libidinosus captus amore cuiusdam mulieris ingenuæ, quæ viro nupserat, cum non posset eam inescare propter pudicitiã, & castitatem erga suum maritum Parthenicum, conuenit improbus præstigiatorem, dicens: Aut eam incita, vt me amet, aut arte tua effice, vt eius maritus eam dimittat. Cum ergo præstigiator satis ab eo accepisset, vsus est suis præstigijs & incantationibus: & cum non posset eius animum mouere, vt ei assentiretur, effecit, vt videretur equa ijs, qui eam intuebantur. Cum ergo foris venisset eius maritus, aspexit vxorem in forma equæ: cumque in suo lecto cubuisset, alienum ei videbatur quod in suo cubili equa iaceret. Flet ergo eius maritus & lamentatur, quod rem non inueniat: Et quod existimans se alloqui bestiam, responsum non assequatur, præterquam quod solummodo eam videbat irasci: vnde magis angebatur animo, cum intelligeret eam esse suam vxorem, curiosis autem hominum artibus esse mutatam in equam. His de causis accersit vici presbyteros, & domum adducit, & ijs eam ostendit. Sed nec ij cognouerunt calamitatem, quæ eis acciderat. Tribus ergo diebus, neq; fœnum comedit vt equa: neque panem, vt homo, vtroque alimento priuata. Tandẽ vt Deus glorificaretur, & videretur virtus sancti Macarij, ascendit in cor mariti eius ducere eam in solitudinem ad sanctum virum. Et cum eam capistro ligasset vt equam, duxit solitudinem. Dum appropinquassent, steterunt fratres prope cellam S. Macarij cum eius marito contendentes, & dicentes: Cur huc adduxisti hanc equam? Is autem dicit: vt misericordiam consequatur

Mulier præstigijs apparet vt equa.

Pœna fæminæ, quæ quinque hebdomadis ab Eucharist. sumptione abstinuerat.

sancti oratione. Illi vero dicunt ad eum: Quid mali habet? Ille eis dicit: Quam videtis equam, illa est misera vxor mea: neque scio quemadmodum mutata sit in equam, & iam sunt tres dies, ex quo nihil comedit. Ii autem cum hæc audiuissent, referunt ad seruum Dei Macarium, eo iam intus pro illa orante: Et enim Deus reuelauerat, ipsis ad eum venientibus. Et ideo orabat, vt sibi declararetur causa propter quam hoc euenerat. Respondit autem sanctus Macarius fratribus qui ei renunciauerant: Adduxitne aliquis huc equam? Dicunt, ita. Is vero eis dicit: Equi vos estis qui habetis equorum oculos. Illa enim est fœmina, ita vt est creata, non transformata, sed sic solum apparẽs oculis eorum qui sunt decepti. Quæ cum esset adducta, aquamque benedixisset, & in eius nudum caput infudisset, super eius caput est precatus, statimque effecit, vt omnibus videntibus videretur fœmina: cum autem iussisset ei cibum afferri, fecit eam comedere. Et eam sic curatam dimisit cum suo marito, Deo agentes gratias. Eam autem admonuit vir Dei, sic dicens: Nunquam Ecclesiam deseras. Nunquam abstineas à communione Christi sacramẽtorum: hæc enim tibi acciderunt, quod iam quinque hebdomadis non accessisti ad intemerata nostri seruatoris sacramenta.

Ab Eucharistiæ participatione abstinere periculosum.

Aqua benedicta vu.

Sacramẽta frequentia bonũ est.

II. *Eorum nomina, qui ad sacram synaxin conueniunt, libro vitæ inscribuntur.*

Pallad. in histo. SS. Patrũ c. 72

Ammona presbyter vir sanctus & valde humilis, aliquando offerens Deo cultum, videt angelum stantem à dextris altaris, & signantem fratres accedentes ad gratiam, & scribentem in libro eorum nomina. Cum autem non adfuissent aliqui in synaxi, vidit deleri eorum nomina, qui post tres dies sunt mortui.

III. *Elzearius Comes frequenter percipit Dominici corporis sacramentũ.*

In vita eius c. 18 & 20 apud Sur. to 5. die 27. Sept.

Elzearius Comes Arianus è Narbonensi Prouincia oriundus, illustris & nobilis genere: sed illustrior & nobilior sanctitate, inter ea præcepta, quibus familiam suam instituebat, volebat vt nobiles et milites, itemque virgines & matronæ qualibet hebdomada semel confiterentur peccata sua, & singulis mensibus deuotè perciperent Eucharistiæ sacramẽtum: volebat itẽ, vt viuerent caste & pure: qui secus facerent, eos sua domo expellebat: nolebat enim, vt quisquã pane suo vesceretur, quem sciret peccato mortifero implicatum, ne alios inficeret, & ne illius peccatum ipse fouere videretur. Omnibus diebus Dominicis quadragesimæ & aduentus, itemq; magnis ferijs totius anni, permultorumq; aliorum Sanctorum, præsertim virginum, pijssimè communicabat. Retulit ipse quandoq; Virgineæ coniugi suæ, cum Christi corpus acciperet, videri sibi optimum saccarum se in ore habere, ac deglutire. Illa autem interrogante, quid id sibi vellet, respondit, existimare sese, velle Deum, vt crebro sacrosanctam Eucharistiam percipiat.

Frequenter communicat Elzearius Comes adhuc iuuenis.

IIII. *Impius quidam irridens frequentem communionem qua ratione sit conuersus.*

Ex D. Antonino 3 p historiæ c. 13. in O.

Circa annum Domini 1200. tempore Innocentij Papæ III. fuit vir magnæ sanctitatis nomine Ioãnes Bonus de Mantua oriundus. Is cum aliquando communionem perciperet, à quodam fratre, qui nulla pietate erga sacram Eucharistiam afficiebatur, immo de ipsa impie sentiebat, de huiusmodi frequenti sumptione ridebatur. Cuius errorem aduertẽs famulus Dei ei exprimens, confessus est, & non negauit incredulitatem suã. Tunc Ioannes duxit eum secum ad quendã fontem aquæ, & accipiens ex aqua illa cyatum

cyatum plenum, dedit illi bibendum. Quam cum bibisset, confessus est nunquam tam suaue vinum in vita sua gustasse: & sanctus vir ad eum: Non vides tu, charissime frater mirabile factum. Si igitur per me miserum hominem aqua virtute diuina conuersa est in vinum tam suaue, quanto magis credere debes per verba sacerdotis, quæ sunt verba Christi, panem & vinum conuerti in substantiam corporis, et sanguinis Christi: Ex tūc cessauit dubietas & error à mēte fratris illius.

V. *Ad frequentem communionem Constantinopolit. excitat S. Euphemia.*

Ex Euagriô li 2. hist. c. 3. Bar. t. 6. an. 451. IN honorem sanctæ martyris Euphemiæ basilica amplissima constructa est è regione Constantinopolis. Sæpenumero autem aut Episcopis, qui ordine illius orbis Ecclesiam rexerant, secundum quietem ipse martyr apparens, aut alijs quibusdam ob piam vitę rationem nobilitatis accedens, iubet, vt ipse templo festum delicijs & opiparis epulis celebrent, sacram scilicet Eucharistiam sumendo, Deumque laudando. Quod vbi significatum est Imperatoribus, Pontifici, & toti ciuitati: ad templum accedunt omnes, tam qui Reipublicæ clauum tenent, quam sacerdotes, magistratus, ac reliqua vniuersa multitudo quo efficiantur mysteriorum participes. *Euchari stia sæpe sumēda.*

VI. *De Ludouico Imperatore, qui diuturno morbo affectus quotidie communicabat.*

Apud Baron to 9. Ann. ad an. 840 7. LVdouicus Imperator cum lecto affixus iam esset vitamq; cum morte commutaturus, adfuerunt eius consolationi venerabiles Antistites & alij Dei serui quāplurimi. Inter quos erat Hethius venerabilis Treuirorum Archiepiscopus, Othgarius, Moguntiæ similiter Archiepisc. sed & Drogo frater Domini Imperatoris Metensis Episcopus, necnon sacri Palatij Archicapellanus: Quem quanto sibi propinquiorem nouerat, tanto ei familiarius *Lud. Imper. quotidie peccata con fessus cō municat* sua omnia, & semet credebat. Per eundem quotidie confessionis munus, sacrificium spiritus contribulati, & cordis humiliati, quod Deus nō despicit, offerebat. Cibus eius erat solummodo per dies quadraginta Dominicum corpus, laudante eo iustitiam Dei, & dicente: Iustus es Domine: At quia Quadragesimæ tempus non ieiunans exegi, saltem coactus idem ieiunium tibi exoluam.

VII. *De sacrosanctæ Eucharistiæ perceptione non modo à monachis & sacerdotibus sed etiam à sæcularibus frequentanda.*

SAncta Virgo Gertrudis intellexit à Domino quod illi non irreuerenter, nec indignè sumunt Eucharistiam qui eam piè sumūt ex desiderio honoris, laudis atque gloriæ Dei, quæ sanè gloria diuina in hoc præcipuè elucescit, quod summa illa maiestas tam indignis hominibus se communicare nō dedignatur. Igitur pij quique sacerdotes, & etiam monachi ac moniales bonæ voluntatis, qui absque fictione Deum, propriamq; salutem quærunt, & suum ordinem sanctaq; Congregationis suæ statuta seruare student, ac humiles, spiritualesque esse conantur, & tempus vtiliter traducunt, & quando sene negligunt, vel in aliquo delinquunt, sacerdoti suo pure confitentur, quicquid conscientia testatur esse peccatum: hi Deo satis confidere debent, sicque super eius misericordia & benignitate sacramentum Eucharistiæ accipere, quoties ex ordine datur, vel ex bona cōsuetudine illud recipere solēt. Similiter quotquot viri vel fœminæ seculares viuunt in aliquo statu qui à Deo & Ecclesia nō discordet, siue sint in matrimonio, siue extra matrimoniū, siue vendant, siue emant, seu quauis alia licita ratione victū sibi parent, si bona voluntate præditi ex Dei gratia perseuerant in bono & à grauibus culpis sese continent, vitamque suam secundum Dei præcepta, ac sanctæ *Lud. Blosius Mo. nil s spi. rit. c 6.* *Euchari stia perceptio sæcularib. etiā frequentanda.*

Ecclesiæ decreta dirigere volunt, peccataq; sua humili corde sacerdoti confitentur: hi omnes de Dei misericordia cõfisi venerandum Eucharistiæ sacramẽtum in solemnitatibus, vel diebus à patre spirituali ipsorum statutis accipere possunt. Licet enim rebus externis multipliciter occupati sint, & in leuiores culpas sæpius cadant, pro viribus tamen sunt iusti in omnibus, ob idque Deo placent. Inueniuntur autem nonnunquam inter eos, qui habitum secularem gestant, aliqui tam puri & feruentes, vel sancti, vt quotidie sacram cõionem percipere possint.

VIII. *Melius esse Eucharistiam ex charitate percipere, quam ex humilitate omittere.*

Lud. Blosius Monil. spir. c.6. QVum dicta Gertrudis admodum debilis desideraret diuinam percipere Eucharistiam, ad quam etiam diligenter se præparauerat: consilio tamen matris spiritualis, propter bonum discretionis illam non accepit. Et cum hoc Domino offerret in laudem æternam, Dominus se acclinans suscepit etiam in sinum paternæ benignitatis suæ, eique dulciter blandiẽs, dixit: Quia deliberasti me omittere purè propter me, ego in gremio meo confouebo te. Tunc intellexit Gertrudis, hominem non displicere, sed placere Deo; quando ex discretione vel obedientia, non autem ex negligentia, intermittit sacram cõmunionem. Igitur laudabile quidem est interdum ex humilitate, ac sancto timore seu reuerentia abstinere à sacramentali perceptione Eucharistiæ: sed multo melius ex charitate & diuinæ laudis, bonique communis desiderio, siue ex speciali deuotione frequenter ipsam sacrã Eucharistiã accipere. Sanè cum hoc præcellentissimum sacramentum sit fons totius gratiæ, & medicina animæ, non leuiter quis ab eius perceptione se elõgare debet, propterea quod saporem spiritalẽ & consolationem forte non sentit, aut quod grauib. importunisq; tentationibus affligitur. Nam qui piè & humiliter communicat, prodest plurimum, non solum sibijpsi, sed ẽt alijs viuis, & mortuis: qui vero odio in proximum, vel quouis alio graui crimine detentus, sacram Eucharistiam percipere non metuit, æternam damnationem sibi acquirit. Omnino talis perditus est, nisi per pœnitentiam Deo reconcilietur.

IX. *Suauiter à Domino reprehenditur virgo quædam, quæ sorores à frequenti communione deterrebat.*

Ex lib. spir. Monil. Lud. Blos. c.6 ORante aliquãdo S. Gertrudæ pro quadam virgine Cõgregationis suæ, quæ zelo iustitiæ mota alias pias sorores verbis suis reddebat pusillanimes, atque à frequentiori sacræ Eucharistiæ perceptione deterrebat, respondit Dominus: Quũ [deliciæ meæ sint esse cum filijs hominum,] & ego hoc sacramentum ex summa charitate in meam cõmemorationem fidelibus suscipiendum reliquerim, atque etiam per illud cum eis vsque ad cõsummationem sæculi remanere velim, quicũque aliquos, a mortali peccato immunes, verbis, vel suasionibus ab eius pceptione retrahit, is quodammodo impedit & interrũpit delicias meas, quas cum illis habere possem. Similis enim est seueriori cuipiam pædagogo, qui a filio Regis ignobiles ac pauperes coætaneos eius (quorum consortio ipse Regis filius multum delectatur) durius repellit: iudicans magis congruere adolescentulo, vt regali fruatur honore, quam vt pila cum illis ludat in platea. Verumtamen si quis proponeret huiusmodi seueritatem de cætero deponere, ac vitare, ego non solum illi ignoscerem, verum etiam, tam gratum hoc haberem, quam haberet gratum filius Regis, si pædagogus serenum blandumq; vultum præ se ferens, educeret ad ipsum dilectos coætaneos eius ad ludendum cum eo. Simile.

X. Ab-

x. *Abbatissa negans S. Lutgardi communionem, in promptu castigatur.*

In vita eius apud Sur. to 3. 6 Iun. c. 12. Singulis diebus Dominicis, quemadmodum hortatur B. Augustinus, Christi corpus percipiebat Lutgardis Virgo sanctissima: sed Agnes eius Abbatissa parum cauto vsa consilio, id ei interdixit. At pia Lutgardis: Ego quidem, inquit, mater charissima, libenter obediam tibi, sed certissime præuideo Christum hanc iniuriam in tuo corpore vlturum. Confestim Abbatissa intolerabili morbo afficitur, vt in Ecclesiam ingredi non posset: nec cessauit dolor per momenta increscens, donec indiscretionis suæ culpam agnosceret, & Lutgardem sineret pristino more vti. Aliæ quoque, quæ hac in re contra illam erant aduersatæ, aut notabiliter ex hac luce subtractæ sunt, aut humilitatis ductæ spiritu, se ad illam conuerterunt: nimirum dignus zelus sponsi in improbas sponsæ suę perturbatrices.

xi. *De sacra Communione à Catharina Senensi frequenter suscepta.*

S. Ant. 3 p. h. st. ti. 23 c. 14 § 8. De frequentata à Catharina Senensi Eucharistia, istud refert Antoninus Archiep. Florentinus: Erat, inquit, satis inter laicos vulgatum, quod Catharina ista quotidie communicabat, & ex sacramento absque alio cibo vitam transigebat, sed quod piè dicebant & suspicabantur, vtique verum non erat: Non enim quotidie, sed frequenter sacramentū sumebat. De qua etiam frequētatione cum quidam satrapæ, magis Philistinorum, quā Christianorum, murmurarent, rationibus conuincebantur, quod primi Christicolæ quotidie communicarent, etiam laici, vt patet in Actibus Apostolorū, *Act. c. 2.* vbi dicitur: quod quotidie frangebant panem, & erant perseuerantes in doctrina Apostolorum & communicabant in fractione panis, quod ab omnibus exponitur de Eucharistia. Et cū semel quidam Episcopus argueret eā domesticè de tanta frequentatione cō munionis, cū Augustinus dicat: Quotidie Eucharistiam sumere, nec laudo, nec vitupero, singulis tamē diebus communicandum hortor: Respondit virgo sacra in præsentia plurium: Ex quo Augustinus non me vituperat in dictis suis, quare tu, Pater Reuerende, me vituperas? Sicq; cōfusus tacuit. *De Consec. dist. 2.*

xii. *Sæpe Eucharistiam percipiebat S. Christina virgo mirabilis in Hasbania.*

Præstantissimum Dominici corporis & sanguinis sacramentum crebro, maximeque Dominicis diebus, cū multa deuotione percipiebat Christina Virgo mirabilis, ex eoquē, vt ipsa aiebat, & corporis robur, & ingentem spiritus lętitiam capiebat. *Th. Cantip. in vita eius apud Sur. 23. Iun. c. 14.*

xiii. *De cogendis aliquando monachis ad frequentem communionem.*

Quod oporteat nonnunquam cogere fratres ad refectionem, à Lotha accepimus, qui coegit angelos: & quod oportet, si fieri potest, monachos quotidie communicare sacramentis: Qui enim se ab eis procul amouet, Deus quoque procul ab eo recedit: Qui autem hoc facit assiduè, assiduè suscipit Seruatorem: est enim, inquit, vox salutaris: [Qui comedit carnem meam, & bibit meum sāguinem, manet in me, & ego in eo.] Hoc confert monachis salutaris passionis commemorationem continenter facientibus, quotidie etiam se præparare, vt omni ex parte digni sint, qui suscipiant cęlestia sacramenta: qnquidem sic quoq; consequimur remissionem peccatorū. *Pallad. hist Lausiaca SS. PP. c. 52 in vita Apollin. Abbatis Gen. 18. & 19 Ioan. 6. Per sacramentum altaris consequitur remissionem peccatorum*

xiiii. *Quod frequens Eucharistiæ sumptio plurimum conducat ad consequendam vitæ Christianæ perfectionem.*

Gregorius VII. Pontifex Max. Mathildem beatricis Ducissę Tuscię filiam, egregię indolis puellam, mense Februarij, nempe xiij. Kalend. *Greg li. 1. ep. 47 to apud Bar. t. 11*

pugnis pectora verberant palam fatentur culpam suam. Cum multis lacrymis petunt à Deo veniam, eamque per Episcopum impetrare admodum submisse contendunt. Ille vero ait ad eos: Dignos pœnitentiæ fructus facite; & Christum propitium vobis reddere conemini. Interim tam impuræ transgressionis hæc mulcta esto, vt à sacrosancta Eucharistia vsque ad secundam Paschatis feriam abstineatis, vt quod improba admisit temeritas: pia quandoque possit confessio abolere. Abeunt igitur cum multo rubore, & mœrore, atque inter se queritantur, quod pro momentanea delectatione tam solemni die communione priuentur. Porro Episcopus pastorali seueritate vtens presbyteris omnibus præcepit, ne quem ex ijs, qui carnes comedissent, ad Eucharistiam sumendam admitterent. Volebat enim ea ratione eorum insolentiam reprimere & coercere, ne similia quandoque attentarent. Sed ecce ipso Dominicę Resurrectionis sacro die fidelibus ad percipiendam Eucharistiam accedentibus, quidam ex mundi huius sapientibus, vel potius insipientibus, cum se reum sciret eius, quam diximus, transgressionis, nec tamen abstinere vellet à sacra communione, muliebrem habitum induit, sexumque fœmineum adeo mentitur, vt non aliud quam fœmina videretur. Vult hominum oculos fallere, sed omnia videntis Dei oculos fallere non potest. Vt post alijs insultare queat, quod Episcopo obtemperantes, in tanta hominum frequentia se passi sint, tanquam Ethnicos arceri à communione: accedit ad altare, non dijudicans corpus Domini, nec metuens Apostoli sententiam: eum, qui indigne illud manducat, iudicium sibi manducare. Per id tempus in Ecclesia, in qua isthoc accidit, quęque in beat. Remigij honorem constructa est, vir reuerendissimus Fulco sacerdotio fungebatur. Is hominem non agnoscens, admittit eum ad altare, porrigit ei Eucharistiam: sed ille diuina eum persequente vindicta, corruit: Acerrimis viscerum doloribus cruciatur, spumasque cruentas ab ore eijciens, quod indignus sumpserat, cum multo sanguine, cunctis cernentibus, euomit. Accurrunt omnes, dolent vicem eius, (necdum enim aliud, quam fœminam credebant.) Fulco sacerdos prope exanimis aduolat: Sciscitatur vnde venerit, quæ sit, qua causa tam horrendam patiatur calamitatem. Non enim frustra id esse. Ille tandem collectis nonnihil viribus, fœmineo abiecto habitu declarat, quis sit. Non enim dolor sinebat eum diutius dissimulare. Tum vero ait ad eum venerabilis presbyter Fulco: Qua tu mente, aut fronte ausus es tam inauditum designare facinus, vt sexu ementito, contra egregij Præsulis Godefridi præceptum, tremendis te ingerere sacramentis nō dubitares? Non tu æternos gehennæ cruciatus, & flammas inextinguibiles formidare debuisti? His atque alijs à sacerdote dictis, ille miser summo pudore affectus: Heu me infelicem: ait, qui diu instar equi & muli per illicita diffluens, quidquid animo collibitum esset, impudenter admisi. Vnde tandem id consecutum est, quod Salomon ait: Impius, cum in profundum venerit peccatorum, contemnit. Itaque erecta ceruice, spreta Antistitis salutari prohibitione, huc accessi. Sed tandem vexatione dante intellectum auditui, re ipsa iam comperi faciendа esse, quæ iubet Episcopus. Christus enim per eum locutus est. Hæc vt audiuit populus circumstans, valde horruit infandum scelus, laudauit Christi iudicia abdita in lucem proferentis, Godefridum Episcopum mire extulit. Exactius deinde iussa eius se facturum affirmauit. Hæc quidem dicta sint in terrorem eorum, qui spiritualium Patrum iussa contemnere non verentur.

Eucharistiā cōtra Episcopi prohibitionem sumentis, vltio diuina.

1. Cor. 11.

Prou. 18.

III. Mu-

III. *Mulier hæretica simulans se velle communicare, panem vulgarem loco Eucharistiæ ex composito sumit, sed eundem in lapidem conuersum persensit.*

Sozo.l.8. hist. Ecc. cap.5.& Niceph. 18. c.7. Bar.an. 400.1.5. VIr quidam sectator hæresis Macedonianæ eiusdem sectæ vxorē habebat: hic cum Ioannem Chrysostomum de sincera Dei religione differentem forte audisset, doctrinam amplexus, & vxorem quoque vt sibi consentiret, hortatus est. At quoniam illa notarum mulierum solita consuetudine captiua teneretur, vt maritus, quamuis admonuisset sæpe, nihil tamen proficeret: Nisi, inquit ille, in religione mihi consors fueris, nec in vitæ quidem communione posthac eris mihi mulier, data fide se id facturam, cum ancilla quadam, quam fidam arbitrabatur, de hac re communicat: eamq; sibi ad fraudem faciendam marito sociam adiungit. Itaq; tempore communicationis (intelligunt autem qui Christo sunt initiati, quid dicam) illa, quod acceperat, continens, velut oratura procubuit. *Panis in lapidem mutatur* Famula autem interim astans furtim porrigit id quod manibus adueniens ferebat: quod quidem simulatq; dentibus admotum fuit, in lapidem induruit. Tum mulier timore cōsternata, ne quid sibi grauius eueniret ob tantum miraculum in se diuinitus editum, cū festinatione ad Episcopum accurrit, seipsam iudicat, ac lapidem ostendit, qui manifesta vestigia morsus, sed materiā ignoram & insusitatum quendam colorem referebat. Cumq; profusis lacrymis veniam impetrasset, cum marito deinceps cōcors vixit. Si cui autem hæc verisimilia esse non videntur: testis est ipse lapis, qui etiam hodie inter Constantinopolitanæ vrbis cimelia conseruatur.

IIII. *Non baptizatis negandam esse communionem.*

Far.t.8 an.613. POst mortem Edilberthi Regis Anglorum Christiani, cum filius eius regni gubernacula suscepisset, magno tenellis adhuc ibi ecclesiæ crementis detrimento fuit. Siquidem, non solum Christi fidem recipere noluerat, sed & fornicatione pollutus est tali, qualem nec inter Gentes auditam Apostolus testatur, ita vt vxorem patris haberet. *II ex Beda li.2. hist. Angli. c.5.* Quo vtroq; scelere occasionem dedit ad priorem vomitum reuertendi ijs, qui sub imperio sui parentis, vel fauore, vel timore regio, fidei & castimoniæ iura susceperant. *Ecclesia Anglicana persecutionē patitur.* Nec supernæ flagella districtionis perfido Regi, castigando vel corrigendo defuere: nā crebra mentis vesania & spiritus immundi inuasione premebatur. Auxit autē procellam huiusmodi perturbationis etiam mors Saberethi Regis Orientalium Saxonum: qui vbi regna perennia petijt, tres filios suos, qui Pagani perdurauerant, regni temporalis hæredes reliquit. Cœperunt illi mox idololatriæ, quam viuente eo aliquantulum intermisisse videbātur, palam seruire, subiectisque populis idola colendi liberam dare licentiam. Cumq; viderent Pontificem celebratis in Ecclesia Missarum solemnijs Eucharistiam populo dare dicebāt (vt vulgo fertur) ad eum, barbara inflante stultitia: Quare non & nobis porrigis panem nitidum, quem & patri nostro Saba (sic namq; eum appellare consueuerā) dabas, & populo in Ecclesia dare non desistis? *Regibus ī ijs non baptizatis negatur Eucharist.* Quibus ille respondebat: Si vultis ablui fonte illo salutari, quo pater vester ablutus est, potestis etiam panis sancti, cui ille participabat, esse participes: Sin autem lauacrum vitæ contemnitis, nullatenus valetis panē vitæ percipere. At illi: Nolumus, inquiunt, fontē illum intrare, quia nec illo opus nos habere nouimus: sed tā pane illo refici volumus. Cūq; diligenter ac sæpe ab illo essent admoniti, nequaquā fieri posse, vt absq; purgatione sacrosancta quis oblationi sacrosanctæ communicet: ad vltimum furore commoti aiebant: Si non vis assentiri nobis in tam facili causa, quam petimus, non

non poteris iam in nostra Prouincia demorari. Et expulerunt eum, ac de suo regno cum suis abire iusserunt. Qui expulsus inde, venit Cantium, tractaturus cum Laurentio & Iusto coepiscopis, quid in his esset agendum. Decretumque est communi consilio, quia satius esset, vt omnes in patriam redeuntes, libera ibi mente Domino deseruirent, quam inter rebelles fidei barbaros sine fructu residerent. Discessere itaq; primum Mellitus & Iustus, atque ad partes Galliæ secessere, ibi rerum finem expectare disponentes. Sed non multo tempore Reges, qui præconem à se veritatis expulerant, dæmoniacis cultibus impunè seruiebant: nã egressi contra Gentem Genuissorum in prælium omnes pariter cum sua militia corruerunt: nec sic, licet auctoribus perditis, excitatum ad scelera vulgus potuit corrigi, atque ad simplicitatem Fidei & Charitatis, quæ est in Christo, reuocari.

Reges ij expellunt Episcopum

Regum impiorum pœna.

V. *Paruulis ante annum discretionis sacra Eucharistia non est administranda.*

Io. Mol. in Ann. SS. Belgij n. die Iunij, 2. ex Meyero in an. Fl. n. 1220. & Th. Cantipr. li 2 Ap. c. 28 p. 7. et y. Sap 4.

PVer Achas ex Thorouth oppido Flandriæ oriundus, nondum ætatem septennem impleuerat: & cõsummatus in breui expleuit tempora multa: placita enim erat Deo anima illius. Raptus est, ne malitia mutaret intellectum ipsius, aut fictio deciperet animam eius. Appropinquans ergo morti, cõfessus sacerdoti sacramentum corporis Christi postulauit. Sed cum hoc propter generalis Concilij vetitum, ne in ætate tali puero conferretur, sacerdos facere nõ auderet: puer cum mira oris gratia, extensis in cœlum manibus, dixit: Tu nosti, Domine Iesu Christe, quod meum summum desiderium est, te habere, petiui te, fecique quod debui, & spero confidentius, quod tui præsentia nõ frustrabor. His dictis, parentes circumsedentes & flentes consolatus est, & ad meliora prouocans, inter verba exhortationis, orationis, & laudis spiritum Deo reddidit impollutum. Post mortem eius, cum ad sepulchrum illius stantes quidam de Fratribus, psalmum De profundis dicere voluissent, nullo conatu, nulla reiteratione, hunc finire, vel dicere potuerunt: Videlicet vt per hoc daretur intelligi, nullis sanctam illam animam orationũ suffragijs indigere.

VI. *Eucharistiæ Sacramentum per Iudicem condemnato non esse denegandum.*

PAtres Concilij Mogũtini inter alia decreta sanctè etiam cõstituerunt: Ne sacratissima Eucharistia denegetur condemnatis per Iudicem ad vltimum subeundum supplicium.

Conc. Mogunt. c. 7 Bar t. 10 an. 847.

VII. *Excommunicatos non esse capaces recipiendæ sacræ Eucharistiæ.*

DE hac re miraculum valde illustre, certum & comprobatum, ex historia Pontificali huc adferam. In vlteriori Hispania in terra Formestæ Diœcesis Episcopatus Potentiæ accidit, vt homo nomine Pero Ferande quosdam nummos cuidam deberet, cum nullam haberet viam exigendi ab eo, quoad sententia excommunicationis sibi obligauit, qua æs alienum dissoluere coactus fuit. Cum autem existimaret hoc modo satisfecisse, censuræ absolutionem petere neglexit: Ad mortis terminum peruenit hic homo: sacerdos ad eum sanctum sacramẽtum pertulit multa gente comitatus, & solitis petitionibus factis, cum vellet ei sacramẽtum administrare, quod in patena ex argento habebat nulla via aut diligẽtia potuit ab ea amouere. Qua re, tam ille, quam cæteri, qui aderant, cõmoti omnes foras vt irent, sacerdos iussit, existimãs fieri posse, vt id aliquo magno peccato accidisset, quod confitendum illi reliquum esset: Hoc autem ab illo petijt, & audiuit se nullius peccati fuisse reum, quod minime confessus sit. Tam igitur sacerdos

Ex hist. Pontifica li. c. 14. pag. 85. Lud. Granat. li. 2. Catech. i Symb.

dos quã ægrotus maxima molestia affecti sunt: & sacerdos ægrotum interrogauit, nunquid in aliquam incidisset excommunicationem, cuius absolutionem non esset consecutus. Tunc ægrotanti in mentem superior sua negligentia venit, & absolutus, alia hostia illi administrata fuit, cũ illa prior ad perpetuam huius miraculi memoriam conseruetur. Quod adhuc extat, & sanctissimum Sacramentum in eadem patena sine vlla corruptione est, tanquam si nunc tantum confectum esset. Visitur hoc sanctissimum mysterium à multis gentibus. Et ego, inquit historicus Illescus, licet indignissimus, in meis manibus patenam maximam cum admiratione habui, cum viderem panis species incorruptas permanere abhinc cẽtum & viginti annis. In quo duo miracula cernuntur: Alterũ, quod hostia ita sit patenæ affixa: Alterum, tamdiu sine corruptione esse. Quæ miracula nõ solum eo conducunt, vt nos ad adorationem & venerationem sanctissimi Sacramenti excitent, verum ecclesiasticarum censurarum efficaciæ nos admoneant: ad hæreticorum sententiam improbandam, qui vtrumque negant.

VIII. *Matricidis Eucharistia sacra quando ministranda.*

Nicol. I. Papa in Decr. su is de pœnit. ti. 17. Matricidis Eucharist. quando ministranda.

Matricida sic pœniteat, inquit Nicolaum Pontifex: Per vnum annum integrum Ecclesiam non ingrediatur, sed ante fores basilicæ stans, orans & deprecãs Deum, perseueret, vt tanto eripiatur piaculo. Completo anno introeundi in Ecclesiam licentiam habeat, tantum inter audientes stet, sed nondum communicet. Completis tribus annis sacræ communionis ei gratia concedatur: oblationes vero non offerat nisi prius aliorum septem annorum curricula expleantur. Si autem ante annorum trium cursum, finis vitæ illius appropinquauerit, corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi particeps fiat.

TIT. XVII. De frequenti communione.

EXEMP. I. *De muliere in equam versa, quod diu à communionis perceptione abstinuisset.*

Ex Pallad. auct. Græc. in hist. Lausiac. sec. 17. c. 19.

Ægyptius quidam libidinosus captus amore cuiusdam mulieris ingenuæ, quæ viro nupserat, cum non posset eam inescare propter pudicitiã, & castitatem erga suum maritum Parthenicum, conuenit improbus præstigiatorem, dicens: Aut eam incita, vt me amet, aut arte tua effice, vt eius maritus eam dimittat. Cum ergo præstigiator satis ab eo accepisset, vsus est suis præstigijs & incantationibus: & cum non posset eius animum mouere, vt ei assentiretur, effecit, vt videretur equa ijs, qui eam intuebantur. Cum ergo foris venisset eius maritus, aspexit vxorem in forma equæ: cumque in suo lecto cubuisset, alienum ei videbatur quod in suo cubili equa iaceret. Flet ergo eius maritus & lamentatur, quod rem non inueniat: Et quod existimans se alloqui bestiam, responsum non assequatur, præterquam quod solummodo eam videbat irasci: vnde magis angebatur animo, cum intelligeret eam esse suam vxorem, curiosis autem hominum artibus esse mutatam in equam. His de causis accersit vici presbyteros, & domum adducit, & ijs eam ostendit. Sed nec ij cognouerunt calamitatem, quæ eis acciderat. Tribus ergo diebus, neq; fœnum comedit vt equa: neque panem, vt homo, vtroque alimento priuata. Tandẽ vt Deus glorificaretur, & videretur virtus sancti Macarij, ascendit in cor mariti eius ducere eam in solitudinem ad sanctum virum. Et cum eam capistro ligasset vt equam, duxit solitudinem. Dum appropinquassent, steterunt fratres prope cellam S. Macarij cum eius marito contendentes, & dicentes: Cur huc adduxisti hanc equam? Is autem dicit: vt misericordiam consequatur

Mulier præstigijs apparet vt equa.

Pœna fæminæ, quæ quinque hebdomadis ab Eucharist. sumptione abstinuerat.

sancti oratione. Illi vero dicunt ad eum: Quid mali habet? Ille eis dicit: Quam videtis equam, illa est misera vxor mea: neque scio quemadmodum mutata sit in equam, & iam sunt tres dies, ex quo nihil comedit. Ii autem cum hæc audiuissent, referunt ad seruum Dei Macarium, eo iam intus pro illa orante: Et enim Deus reuelauerat, ipsis ad eum venientibus. Et ideo orabat, vt sibi declararetur causa propter quam hoc euenerat. Respondit autem sanctus Macarius fratribus qui ei renunciauerant: Adduxitne aliquis huc equam? Dicunt, ita. Is vero eis dicit: Equi vos estis qui habetis equorum oculos. Illa enim est fœmina, ita vt est creata, non transformata, sed sic solum apparés oculis eorum qui sunt decepti. Quæ cum esset adducta, aquamque benedixisset, & in eius nudum caput infudisset, super eius caput est precatus, statimque effecit, vt omnibus videntibus videretur fœmina: cum autem iussisset ei cibum afferri, fecit eam comedere. Et eam sic curatam dimisit cum suo marito, Deo agentes gratias. Eam autem admonuit vir Dei, sic dicens: Nunquam Ecclesiam deseras. Nunquam abstineas à communione Christi sacramẽtorum: hæc enim tibi acciderunt, quod iam quinque hebdomadis non accessisti ad intemerata nostri seruatoris sacramenta.

Ab Eucharistiæ participatione abstinere periculosum.

Aqua benedicta vu.

Sacramenta frequentia bonũ est.

II. *Eorum nomina, qui ad sacram synaxin conueniunt, libro vitæ inscribuntur.*

Pallad. in hist. SS. Patrũ c.72

Ammona presbyter vir sanctus & valde humilis, aliquando offerens Deo cultum, videt angelum stantem à dextris altaris, & signantem fratres accedentes ad gratiam, & scribentem in libro eorum nomina. Cum autem non adfuissent aliqui in synaxi, vidit deleri eorum nomina, qui post tres dies sunt mortui.

III. *Elzearius Comes frequenter percipit Dominici corporis sacramentũ.*

In vita eius c.18 & 20 apud Sur. to 5. die 27. Sept.

Elzearius Comes Arianus è Narbonensi Prouinciâ oriundus, illustris & nobilis genere: sed illustrior & nobilior sanctitate, inter ea præcepta, quibus familiam suam instituebat, volebat vt nobiles et milites, itemque virgines & matronæ qualibet hebdomada semel confiterentur peccata sua, & singulis mensibus deuotè perciperent Eucharistiæ sacramẽtum: volebat itẽ, vt viuerent caste & pure: qui secus facerent, eos sua domo expellebat: nolebat enim, vt quisquã pane suo vesceretur, quem sciret peccato mortifero implicatum, ne alios inficeret, & ne illius peccatum ipse fouere videretur. Omnibus diebus Dominicis quadragesimæ & aduentus, itemq; magnis feriis totius anni, permultorumq; aliorum Sanctorum, præsertim virginum, pijssimè communicabat. Retulit ipse quandoq; Virgineæ coniugi suæ, cum Christi corpus acciperet, videri sibi optimum saccarum se in ore habere, ac deglutire. Illa autem interrogante, quid id sibi vellet, respondit, existimare sese, velle Deum, vt crebro sacrosanctam Eucharistiam percipiat.

Frequenter communicat Elzearius Comes adhuc iuuenis.

IIII. *Impius quidam irridens frequentem communionem qua ratione sit conuersus.*

Ex D. Antonino 3 p hi stor. c.13. in O.

Circa annum Domini 1200. tempore Innocentij Papæ III. fuit vir magnæ sanctitatis nomine Ioãnes Bonus de Mantua oriundus. Is cum aliquando communionem perciperet, à quodam fratre, qui nulla pietate erga sacram Eucharistiam afficiebatur, immo de ipsa impie sentiebat, de huiusmodi frequenti sumptione ridebatur. Cuius errorem aduertẽs famulus Dei ei exprimens, confessus est, & non negauit incredulitatem suã. Tunc Ioannes duxit eum secum ad quendã fontem aquæ, & accipiens ex aqua illa cyatum

cyatum plenum, dedit illi bibendum. Quam cum bibisset, confessus est nunquam tam suaue vinum in vita sua gustasse: & sanctus vir ad eum: Non vides tu, charissime frater mirabile factum. Si igitur per me miserum hominem aqua virtute diuina conuersa est in vinum tam suaue, quanto magis credere debes per verba sacerdotis, quæ sunt verba Christi, panem & vinum conuerti in substantiam corporis, et sanguinis Christi: Ex tūc cessauit dubietas & error à mēte fratris illius.

V. *Ad frequentem communionem Constantinopolit. excitat S. Euphemia.*

Ex Euagrii li 2. hist. c. 3. Bar. t. 6. an. 451. IN honorem sanctæ martyris Euphemiæ basilica amplissima constructa est è regione Constantinopolis. Sæpenumero autem aut Episcopis, qui ordine illius orbis Ecclesiam rexerant, secundum quietem ipse martyr apparens, aut alijs quibusdam ob piam vitę rationem nobilitatis accedens, iubet, vt ipse templo festum delicijs & opiparis epulis celebrent, sacram scilicet Eucharistiam sumendo, Deumque laudando. *Eucharistia sæpe sumēda.* Quod vbi significatum est Imperatoribus, Pontifici, & toti ciuitati: ad templum accedunt omnes, tam qui Reipublicæ clauum tenent, quam sacerdotes, magistratus, ac reliqua vniuersa multitudo quo efficiantur mysteriorum participes.

VI. *De Ludouico Imperatore, qui diuturno morbo affectus quotidie communicabat.*

Apud Baron to 9. Ann. ad an. 840 7. LVdouicus Imperator cum lecto affixus iam esset vitamq; cum morte commutaturus, adfuerunt eius consolationi venerabiles Antistites & alij Dei serui quāplurimi. Inter quos erat Hethius venerabilis Treuirorum Archiepiscopus, Othgarius, Moguntiæ similiter Archiepisc. sed & Drogo frater Domini Imperatoris Metensis Episcopus, necnon sacri Palatij Archicapellanus: Quem quanto sibi propinquiorem nouerat, tanto ei familiarius *Lud. Imper. quotidie peccata confessus eā muni at* sua omnia, & semet credebat. Per eundem quotidie confessionis munus, sacrificium spiritus contribulati, & cordis humiliati, quod Deus nō despicit, offerebat. Cibus eius erat solummodo per dies quadraginta Dominicum corpus, laudante eo iustitiam Dei, & dicente: Iustus es Domine: At quia Quadragesimæ tempus non ieiunans exegi, saltem coactus idem ieiunium tibi exoluam.

VII. *De sacrosanctæ Eucharistiæ perceptione non modo à monachis & sacerdotibus sed etiam à sæcularibus frequentanda.*

SAncta Virgo Gertrudis intellexit à Domino quod illi non irreuerenter, nec indignè sumunt Eucharistiam qui eam piè sumūt ex desiderio honoris, laudis atque gloriæ Dei, quæ sanè gloria diuina in hoc præcipuè elucescit, quod summa illa maiestas tam indignis hominibus se communicare nō dedignatur. *Lud. Blosius Monil. spir. c. 6.* Igitur pij quique sacerdotes, & etiam monachi ac moniales bonæ voluntatis, qui absque fictione Deum, propriamq; salutem quærunt, & suum ordinem sanctaq; Congregationis suæ statuta seruare student, ac humiles, spiritualesque esse conantur, & tempus vtiliter traducunt, & quando sene negligunt, vel in aliquo delinquunt, sacerdoti suo pure confitentur, quicquid conscientia testatur esse peccatum: hi Deo satis confidere debent, sicque super eius misericordia & benignitate sacramentum Eucharistiæ accipere, quoties ex ordine datur, vel ex bona cōsuetudine illud recipere solēt. Similiter quotquot viri vel fęminæ seculares viuunt in aliquo statu qui à Deo & Ecclesia nō discordet, siue sint in matrimonio, siue extra matrimoniū, siue vendant, siue emant, seu quauis alia licita ratione victū sibi parent, si bona voluntate præditi ex Dei gratia perseuerant in bono & à grauibus culpis sese continent, vitamque suam secundum Dei præcepta, ac sanctæ *Eucharistia perceptio sæcularib. euā frequentanda.*

Ecclesiæ decreta dirigere volunt, peccataq; sua humili corde sacerdoti confitentur: hi omnes de Dei misericordia cõfisi venerandum Eucharistiæ sacramẽtum in solemnitatibus, vel diebus à patre spirituali ipsorum statutis accipere possunt. Licet enim rebus externis multipliciter occupati sint, & in leuiores culpas sæpius cadant, pro viribus tamen sunt iusti in omnibus, ob idque Deo placent. Inueniuntur autem nonnunquam inter eos, qui habitum secularem gestant, aliqui tam puri & feruentes, vel sancti, vt quotidie sacram cõionem percipere possint.

VIII. *Melius esse Eucharistiam ex charitate percipere, quam ex humilitate omittere.*

Lud. Blo sius Monil. spir. c. 6.

QVum dicta Gertrudis admodum debilis desideraret diuinam percipere Eucharistiam, ad quam etiam diligenter se præparauerat: consilio tamen matris spiritualis, propter bonum discretionis illam non accepit. Et cum hoc Domino offerret in laudem æternam, Dominus se acclinans suscepit etiam in sinum paternæ benignitatis suæ, eique dulciter blandiẽs, dixit: Quia deliberasti me omittere purè propter me, ego in gremio meo confouebo te. Tunc intellexit Gertrudis, hominem non displicere, sed placere Deo; quando ex discretione vel obedientia, non autem ex negligentia, intermittit sacram cõmunionem. Igitur laudabile quidem est interdum ex humilitate, ac sancto timore seu reuerentia abstinere à sacramentali perceptione Eucharistiæ: sed multo melius ex charitate & diuinæ laudis, bonique communis desiderio, siue ex speciali deuotione frequenter ipsam sacrã Eucharistiã accipere. Sanè cum hoc præcellentissimum sacramentum sit fons totius gratiæ, & medicina animæ, non leuiter quis ab eius perceptione se elõgare debet, propterea quod saporem spiritalẽ & consolationem forte non sentit, aut quod grauib. importunisq; tentationibus affligitur. Nam qui piè & humiliter communicat, prodest plurimum, non solum sibijpsi, sed &t alijs viuis, & mortuis: qui vero odio in proximum, vel quouis alio graui crimine detentus, sacram Eucharistiam percipere non metuit, æternam damnationem sibi acquirit. Omnino talis perditus est, nisi per pœnitentiam Deo reconcilietur.

IX. *Suauiter à Domino reprehenditur virgo quædam, quæ sorores à frequenti communione deterrebat.*

Ex lib. spir. Monil. Lud. Blos. c. 6

ORante aliquãdo S. Gertrudæ pro quadam virgine Cõgregationis suæ, quæ zelo iustitiæ mota alias pias sorores verbis suis reddebat pusillanimes, atque à frequentiori sacræ Eucharistiæ perceptione deterrebat, respondit Dominus: Quũ [deliciæ meæ sint esse cum filijs hominum,] & ego hoc sacramentum ex summa charitate in meam cõmemorationem fidelibus suscipiendum reliquerim, atque etiam per illud cum eis vsque ad cõsummationem sæculi remanere velim, quicũque aliquos, a mortali peccato immunes, verbis, vel suasionibus ab eius pceptione retrahit, is quodammodo impedit & interrũpit delicias meas, quas cum illis habere possem. Similis eñim est seueriori cuipiam pædagogo, qui a filio Regis ignobiles ac pauperes coætaneos eius (quorum consortio ipse Regis filius multum delectatur) durius repellit: iudicans magis congruere adolescentulo, vt regali fruatur honore, quam vt pila cum illis ludat in platea. *Simile.* Verumtamen si quis proponeret huiusmodi seueritatem de cætero deponere, ac vitare, ego non solum illi ignoscerem, verum etiam, tam gratum hoc haberem, quam haberet gratum filius Regis, si pædagogus serenum blandumq; vultum præ se ferens, educeret ad ipsum dilectos coætaneos eius ad ludendum cum eo.

X. Ab-

x. *Abbatissa negans S. Lutgardi communionem, in promptu castigatur.*

In vita eiꝰ apud Sur. to 3. 6 Iun. c. 12.

SIngulis diebus Dominicis, quemadmodum hortatur B. Augustinus, Christi corpus percipiebat Lutgardis Virgo sanctissima: sed Agnes eius Abbatissa parum cauto vsa consilio, id ei interdixit. At pia Lutgardis: Ego quidem, inquit, mater charissima, libenter obediam tibi, sed certissime præuideo Christum hanc iniuriam in tuo corpore vlturum. Confestim Abbatissa intolerabili morbo afficitur, vt in Ecclesiam ingredi non posset: nec cessauit dolor per momenta increscens, donec indiscretionis suæ culpam agnosceret, & Lutgardem sineret pristino more vti. Aliæ quoque, quæ hac in re contra illam erant aduersatæ, aut notabiliter ex hac luce subtractæ sunt, aut humilitatis ductæ spiritu, se ad illam conuerterunt: nimirum dignus zelus sponsi in improbas sponsæ suę perturbatrices.

x i. *De sacra Communione à Catharina Senensi frequenter suscepta.*

S. Ant. 2 p. h. tit. 11. 23 c. 14 §. 8.

DE frequentata à Catharina Senensi Eucharistia, istud refert Antoninus Archiep. Florentinus: Erat, inquit, satis inter laicos vulgatum, quod Catharina ista quotidie communicabat, & ex sacramento absque alio cibo vitam transigebat, sed quod piè dicebant & suspicabantur, vtique verum non erat: Non enim quotidie, sed frequenter sacramentũ sumebat. De qua etiam frequẽtatione cum quidam satrapæ, magis Philistinorum, quã Christianorum, murmurarent, rationibus conuincebantur, quod primi Christicolæ quotidie communicarent, etiam laici, vt patet in Actibus Apostolorũ, vbi dicitur: quod quotidie frangebant panem, & erant perseuerantes in doctrina Apostolorum & communicabant in fractione panis, quod ab omnibus exponitur de Eucharistia. Et cũ semel quidam Episcopus argueret eã

Act. c. 2.

domesticè de tanta frequentatione cõmunionis, cũ Augustinus dicat: Quotidie Eucharistiam sumere, nec laudo, nec vitupero, singulis tamẽ diebus communicandum hortor: Respondit virgo sacra in præsentia plurium: Ex quo Augustinus non me vituperat in dictis suis, quare tu, Pater Reuerende, me vituperas? Sicq; cõfusus tacuit.

De Consec. dist. 2.

x i i. *Sæpe Eucharistiam percipiebat S. Christina virgo mirabilis in Hasbania.*

PRæstantissimum Dominici corporis & sanguinis sacramentum crebro, maximeque Dominicis diebus, cũ multa deuotione percipiebat Christina Virgo mirabilis, ex eoquẽ, vt ipsa aiebat, & corporis robur, & ingentem spiritus lętitiam capiebat.

Th. Cantip. in vitae.ꝰ apud Sur. 23. Iun. c. 14.

x i i i. *De cogendis aliquando monachis ad frequentem communionem.*

QVod oporteat nonnunquam cogere fratres ad refectionem, à Lotha accepimus, qui coegit angelos: & quod oportet, si fieri potest, monachos quotidie communicare sacramentis: Qui enim se ab eis procul amouet, Deus quoque procul ab eo recedit: Qui autem hoc facit assiduè, assiduè suscipit Seruatorem: est enim, inquit, vox salutaris: [Qui comedit carnem meam, & bibit meum sãguinem, manet in me, & ego in eo.] Hoc confert monachis salutaris passionis commemorationem continenter facientibus, quotidie etiam se præparare, vt omni ex parte digni sint, qui suscipiant cęlestia sacramenta: qñquidem sic quoq; consequimur remissionem peccatorũ.

Pallad. hist Lausiaca SS. PP. c. 52 in vita Apollin. Abbatis
Gen. 18. & 19
Ioan. 6.
Per sacramentum altaris consequitur remissionem peccatorum

x i i i i. *Quod frequens Eucharistiæ sumptio plurimum conducat ad consequendam vitæ Christianæ perfectionem.*

GRegorius VII. Pontifex Max. Mathildem beatricis Ducissę Tuscię filiam, egregię indolis puellam, mense Februarij, nempe xiij. Kalend.

Greg li. 1. ep. 47 eo apud Bar. to. 11

 Maij

TIT. XVI. Quibus nganda sit communio.

EXEMP. I. *Diuinitus castigatur Iudæus volens mala intentione corpus Domini suscipere.*

In vita SS. Cyri & Iuentij. cap. 12. apud Sur 12. Sept.

CVm S. martyres Geruasius & Protasius martyrij certamen Mediolani subijssent, et sepulturæ à Christianis traditi essent, tunc quidam Christi fidelis, Liberius nomine, quandam detrahẽs particulam de eorum exuuijs, beatiss. Syro Ticinẽsi detulit: quas religiosè suscipiens multa signa fecit: deinde extra vrbis mœnia ecclesiã in eorum memoriam construxit. Vbi dum aliqñ celebraret Syrus Pontifex, & copia filiorum eius, quos ibi Christo genuerat, sacris interesset mysterijs, audẽter Iudæus, maligno instigãte spiritu, templum ingressus, corpus Dominicũ inter fideles de manu viri Dei ore immundo suscepit, & in lutum proiecit. Sed vbi os, vt eijceret, aperuit, digna vltione percussus, sine affatu verborũ cunctis audientibus & videntibus clamare cœpit, habens in gutture suæ malitiæ cruciatum: quia iuxta Simeonis vaticinium, vt fidelibus vita & exultatio est verbũ Dei; ita incredulis est pernicies & ruina. Nam subtilius aspicientibus, miro modo corpus Dñi in ore videbatur Iudæi depẽdere, vt nec linguæ subter cqmpagi insideret, nec desuper immundo adhæreret palato: Sed postulãtibus fidelibus pro eius miseria vir Dei B. Syrus sacræ Eucharistię mysterium à sacrilego ore abstraxit, dicens: Ecce nunc liberatus es, de cætero caue, ne quid simile facias. Iudæus aũt pedibus eius aduolutus, clamabat, se in Christum crediturum, si sacri eum baptismatis vnda perfunderet: ac pio eius cœtui adscriberet. Tunc Syrus tibi, inquit, omnipotens Deus, gratias ago, qui Iudaicam perfidiam non dedignaris corrigere, vt ad vnigeniti tui fidem conuertantur. Eo autem baptizato, multi præterea Iudæi Christianorum albo adscripti sunt.

Iudæis haud dãda cõio, quia ea abutũtur.

II. *Christianis palam inobedientibus haud dandam esse communionem.*

In vita S. Firmini Epis. Ambian. apud Sur. to 6.

ADuentante Quadragesimę sacrosancto ieiunio plebs frequens aduenit in ædem B. Firmini Episcopi, & Martyris eo die, quo cineres ex patrũ pia traditione, quæ hactenus obseruabatur, fidelium capitibus imponũtur. Adfuit etiam B. Godefridus more suo nudis pedibus, & cilicio indutus: inter cætera sanctæ exhortationis verba omnibus interdixit esum carnium, donec Dñicæ resurrectionis solemnitas adesset. Sed id multi surda aure accepere: nam proximo die Dominico carnibus abstinere noluerunt, dicentes: Episcopum de suo corde fingere dura, proferre inaudita: se assueta nec velle, nec posse relinquere: par esse nõ solum vti cibis, sed etiam abuti, & suauibus ætatem ducere oblectamentis. Non id latuit Episcopum, sed tempus exspectauit, quo posset oportune mulctam irrogare. Ipso igitur Cœnæ Dominicæ die populo ad memorati martyris Basilicam ad impetrandam peccatorum veniam confluente, eo venit sacerdotalibus vestimentis indutus: habet suo more concionem: Inter alia cõmemorat Adami inobedientiam, quod dum ab esu pomi sibi temperare non vult, vniuersum genus humanum damnationi obnoxium reddiderit, & in multas coniecerit calamitates. Dum pergit exprobrare illis quod nihil, eius exemplo absterriti, noluerint obtemperare ipsi, imo Christo per ipsũ prohibenti, ne carnes ederẽt: An ignoratis, inquit, in Euangelio dixisse Dñm de me, meiq; similibus: [Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit:] Annunciaui ego vobis Christi voluntatem & iustitiam: vos me finxisse friuola dicere non reformidastis. Ergo vestra hac rebellione incidistis in pœnas cõtemptorum, & cum Adamo rei estis inobedientiæ. Certè meritas hodie luetis pœnas: hæc Episcopo dicẽte, certatim omnes se humi prosternũt, *Luc. 10.* pu-

pugnis pectora verberant palam fatentur culpam suam. Cum multis lacrymis petunt à Deo veniam, eamque per Episcopum impetrare admodum submisse contendunt. Ille vero ait ad eos: Dignos pœnitentiæ fructus facite; & Christum propitium vobis reddere conemini. Interim tam impurè transgressionis hæc mulcta esto, vt à sacrosancta Eucharistia vsque ad secundam Paschatis feriam abstineatis, vt quod improba admisit temeritas: pia quandoque possit confessio abolere. Abeunt igitur cum multo rubore, & mœrore, atque inter se queritantur, quod pro momentanea delectatione tam solemni die communione priuentur. Porro Episcopus pastorali seueritate vtens presbyteris omnibus præcepit, ne quem ex ijs, qui carnes comedissent, ad Eucharistiam sumendam admitterent. Volebat enim ea ratione eorum insolentiam reprimere & coercere, ne similia quandoque attentarent. Sed ecce ipso Dominicę Resurrectionis sacro die fidelibus ad percipiendam Eucharistiam accedentibus, quidam ex mundi huius sapientibus, vel potius insipientibus, cum se reum sciret eius, quam diximus, transgressionis, nec tamen abstinere vellet à sacra communione, muliebrem habitum induit, sexumque fœmineum adeo mentitur, vt non aliud quam fœmina videretur. Vult hominum oculos fallere, sed omnia videntis Dei oculos fallere non potest. Vt post alijs insultare queat, quod Episcopo obtemperantes, in tanta hominum frequentia se passi sint, tanquam Ethnicos arceri à communione: accedit ad altare, non dijudicans corpus Domini, nec metuens Apostoli sententiam: eum, qui indigne illud manducat, iudicium sibi manducare. Per id tempus in Ecclesia, in qua isthoc accidit, queque in bear. Remigij honorem constructa est, vir reuerendissimus Fulco sacerdotio fungebatur. Is hominem non agnoscens, admittit eum ad altare, porrigit ei Eucharistiam: sed ille diuina eum persequente vindicta, corruit: Acerrimis viscerum doloribus cruciatur, spumasque cruentas ab ore eijciens, quod indignus sumpserat, cum multo sanguine, cunctis cernentibus, euomit. Accurrunt omnes, dolent vicem eius, (necdum enim aliud, quam fœminam credebant.) Fulco sacerdos prope ex animis aduolat: Sciscitatur vnde venerit, quæ sit, qua causa tam horrendam patiatur calamitatem. Non enim frustra id esse. Ille tandem collectis nonnihil viribus, fœmineo abiecto habitu declarat, quis sit. Non enim dolor sinebat eum diutius dissimulare. Tum vero ait ad eum venerabilis presbyter Fulco: Qua tu mente, aut fronte ausus es tam inauditum designare facinus, vt sexu ementito, contra egregij Præsulis Godefridi præceptum, tremendis te ingerere sacramentis nō dubitares? Non tu æternos gehennæ cruciatus, & flammas inexstinguibiles formidare debuisti? His atque alijs à sacerdote dictis, ille miser summo pudore affectus: Heu me infelicem: ait, qui diu instar equi & muli per illicita diffluens, quidquid animo collibitum esset, impudenter admisi. Vnde tandem id consecutum est, quod Salomon ait: Impius, cum in profundum venerit peccatorum, contemnit. Itaque erecta ceruice, spreta Antistitis salutari prohibitione, huc accessi. Sed tandem vexatione dante intellectum auditui, re ipsa iam comperi faciendа esse, quæ iubet Episcopus. Christus enim per eum locutus est. Hæc vt audiuit populus circumstans, valde horruit infandum scelus, laudauit Christi iudicia abdita in lucem proferentis, Godefridum Episcopum mire extulit. Exactius deinde iussa eius se facturum affirmauit. Hæc quidem dicta sint in terrorem eorum, qui spiritualium Patrum iussa contemnere non verentur.

Eucharistiam cõtra Episcopi prohibitionem sumentis vltio diuina.

1. Cor. 11.

Prou. 18.

III. Mu-

II. *Mulier hæretica simulans se velle communicare, panem vulgarem loco Eucharistiæ ex composito sumit, sed eundem in lapidem conuersum persensit.*

Sozo. l. 8. hist. Ecc. cap. 5. & Niceph. 18. c. 7. Bar. an. 400. §. 5.

VIr quidam sectator hæresis Macedonianæ eiusdem sectæ vxorẽ habebat: hic cum Ioannem Chrysostomum de sincera Dei religione differentem forte audisset, doctrinam amplexus, & vxorem quoque vt sibi consentiret, hortatus est. At quoniam illa notarum mulierum solita consuetudine captiua teneretur, vt maritus, quamuis admonuisset sæpe, nihil tamen proficeret: Nisi, inquit ille, in religione mihi consors fueris, nec in vitæ quidem communione posthac eris mihi mulier, data fide se id facturam, cum ancilla quadam, quam fidam arbitrabatur, de hac re communicat: eamq; sibi ad fraudem faciendam marito sociam adiungit. Itaq; tempore communicationis (intelligunt autem qui Christo sunt initiati, quid dicam) illa, quod acceperat, continens, velut oratura procubuit. Famula autem interim astans furtim porrigit id quod manibus adueniens ferebat: quod quidem simulatq; dentibus admotum fuit, in lapidem induruit. Tum mulier timore cõsternata, ne quid sibi grauius eueniret ob tantum miraculum in se diuinitus editum, cũ festinatione ad Episcopum accurrit, seipsam iudicat, ac lapidem ostendit, qui manifesta vestigia morsus, sed materiã ignoram & inusitatum quendam colorem referebat. Cumq; profusis lacrymis veniam impetrasset, cum marito deinceps cõcors vixit. Si cui autem hæc verisimilia esse non videntur: testis est ipse lapis, qui etiam hodie inter Constantinopolitanæ vrbis cimelia conseruatur.

Panis in lapidem mutatur

III. *Non baptizatis negandam esse communionem.*

Bar. t. 8 an. 613.

POst mortem Edilberthi Regis Anglorum Christiani, cum filius eius regni gubernacula suscepisset, magno tenellis adhuc ibi ecclesiæ crementis detrimento fuit. Siquidem, non solum Christi fidem recipere noluerat, sed & fornicatione pollutus est tali, qualem nec inter Gentes auditam Apostolus testatur, ita vt vxorem patris haberet. Quo vtroq; scelere occasionem dedit ad priorem vomitum reuertendi ijs, qui sub imperio sui parentis, vel fauore, vel timore regio, fidei & castimoniæ iura susceperant. Nec supernæ flagella districtionis perfido Regi, castigando vel corrigendo defuere: nã crebra mentis vesania & spiritus immundi inuasione premebatur. Auxit autẽ procellam huiusmodi perturbationis etiam mors Saberethi Regis Orientalium Saxonum: qui vbi regna perennia petijt, tres filios suos, qui Pagani perdurauerant, regni temporalis hæredes reliquit. Cœperunt illi mox idololatriæ, quam viuente eo aliquantulum intermisisse videbãtur, palam seruire, subiectisque populis idola colendi liberam dare licentiam. Cumq; viderent Pontificem celebratis in Ecclesia Missarum solemnijs Eucharistiam populo dare dicebãt (vt vulgo fertur) ad eum, barbara inflante stultitia: Quare non & nobis porrigis panem nitidum, quem & patri nostro Saba (sic namq; eum appellare consueuerã) dabas, & populo in Ecclesia dare non desistis? Quibus ille respondebat: Si vultis ablui fonte illo salutari, quo pater vester ablutus est, potestis etiam panis sancti, cui ille participabat, esse participes: Sin autem lauacrum vitæ contemnitis, nullatenus valetis panẽ vitæ percipere. At illi: Nolumus, inquiunt, fontẽ illum intrare, quia nec illo opus nos habere nouimus: sed tñ pane illo refici volumus. Cũq; diligenter ac sæpe ab illo essent admoniti, nequaquã fieri posse, vt absq; purgatione sacrosancta quis oblationi sacrosanctæ communicet: ad vltimum furore commoti aiebant: Si non vis assentiri nobis in tam facili causa, quam petimus, non

II ex Beda li. 2. hist. Angli. c. 5.

Ecclesia Anglicana persecutionẽ patitur.

Regibus ijs non baptizatis negatur Eucharist.

Reges in ijs expellunt Episcopum

non poteris iam in nostra Prouincia demorari. Et expulerunt eum, ac de suo regno cum suis abire iusserunt. Qui expulsus inde, venit Cantium, tractaturus cum Laurentio & Iusto coepiscopis, quid in his esset agendum. Decretumque est communi consilio, quia satius esset, vt omnes in patriam redeuntes, libera ibi mente Domino deseruirent, quam inter rebelles fidei barbaros sine fructu residerent. Discesserere itaq; primum Mellitus & Iustus, atque ad partes Galliæ secessere, ibi rerum finem expectare disponentes. Sed non multo tempore Reges, qui preconem à se veritatis expulerant, dæmoniacis cultibus impunè seruiebant: nã egressi contra Gentem Geuuissorum in prælium omnes pariter cum sua militia corruerunt: nec sic, licet auctoribus perditis, excitatum ad scelera vulgus potuit corrigi, atque ad simplicitatem Fidei & Charitatis, quæ est in Christo, reuocari.

Regum impietis pœna.

V. *Paruulis ante annum discretionis sacra Eucharistia non est administranda.*

Io. Mol. in Ann. 58. Belgij 11 die Iunij, & ex Meyero i a n. F. n. 1220. & Th. Cantipr. li 2 Ap. c. 28 p. 7. et y. Sap 4.

PVer Achas ex Thorouth oppido Flandriæ oriundus, nondum ætatem septennem impleuerat: & cõsummatus in breui expleuit tempora multa: placita enim erat Deo anima illius. Raptus est, ne malitia mutaret intellectum ipsius, aut fictio deciperet animam eius. Appropinquans ergo morti, cõfessus sacerdoti sacramentum corporis Christi postulauit. Sed cum hoc propter generalis Concilij vetitum, ne in ætate tali puero conferretur, sacerdos facere nõ auderet: puer cum mira oris gratia, extensis in cœlum manibus, dixit: Tu nosti, Domine Iesu Christe, quod meum summum desiderium est, te habere, petiui te, fecique quod debui, & spero confidentius, quod tui præsentia nõ frustrabor. His dictis, parentes circumsedentes & flentes consolatus est, & ad meliora prouocans, inter verba exhortationis, orationis, & laudis spiritum Deo reddidit impollutum. Post mortem eius, cum ad sepulchrum illius stantes quidam de Fratribus, psalmum De profundis dicere voluissent, nullo conatu, nulla reiteratione, hunc finire, vel dicere potuerunt: Videlicet vt per hoc daretur intelligi, nullis sanctam illam animam orationũ suffragijs indigere.

VI. *Eucharistiæ Sacramentum per Iudicem condemnato non esse denegandum.*

Cont. Mogunt. c. 7 Bar t. 10 an. 847.

PAtres Concilij Mogũtini inter alia decreta sanctè etiam cõstituerunt: Ne sacratissima Eucharistia denegetur condemnatis per Iudicem ad vltimum subeundum supplicium.

VII. *Excommunicatos non esse capaces recipiendæ sacræ Eucharistiæ.*

Ex hist. Põtifica li c. 14. pag. 85. Lud. Granat. li. 2. Catech. 3 Symb.

DE hac re miraculum valde illustre, certum & comprobatum, ex historia Pontificali huc adferam. In vlteriori Hispania in terra Formestæ Diœcesis Episcopatus Potentiæ accidit, vt homo nomine Pero Ferande quosdam nummos cuidam deberet, cum nullam haberet viam exigendi ab eo, quoad sententia excommunicationis sibi obligauit, qua æs alienum dissoluere coactus fuit. Cum autem existimaret hoc modo satisfecisse, censuræ absolutionem petere neglexit: Ad mortis terminum peruenit hic homo: sacerdos ad eum sanctum sacramẽtum pertulit multa gente comitatus, & solitis petitionibus factis, cum vellet ei sacramẽtum administrare, quod in patena ex argento habebat nulla via aut diligẽtia potuit ab ea amouere. Qua re, tam ille, quam cæteri, qui aderant, cõmoti omnes foras vt irent, sacerdos iussit, existimãs fieri posse, vt id aliquo magno peccato accidisset, quod confitendum illi reliquum esset: Hoc autem ab illo petijt, & audiuit se nullius peccati fuisse reum, quod minime confessus sit. Tam igitur sacer-

dos

dos quā ægrotus maxima molestia affecti sunt: & sacerdos ægrotum interrogauit, nunquid in aliquam incidisset excommunicationem, cuius absolutionem non esset consecutus. Tunc ægrotanti in mentem superior sua negligentia venit, & absolutus, alia hostia illi administrata fuit, cū illa prior ad perpetuam huius miraculi memoriam conseruetur. Quod adhuc extat, & sanctissimum Sacramentum in eadem patena sine vlla corruptione est, tanquam si nunc tantum confectum esset. Visitur hoc sanctissimum mysterium à multis gentibus. Et ego, inquit historicus Illescus, licet indignissimus, in meis manibus patenam maximā cum admiratione habui, cum viderem panis species incorruptas permanere abhinc cētum & viginti annis. In quo duo miracula cernuntur: Alterū, quod hostia ita sit patenæ affixa: Alterum, tamdiu sine corruptione esse. Quæ miracula nō solum eo conducunt, vt nos ad adorationem & venerationem sanctissimi Sacramenti excitent, verum ecclesiasticarum censurarum efficaciæ nos admoneant: ad hæreticorum sententiam improbandam, qui vtrumque negant.

VIII. *Matricidis Eucharistia sacra quando ministranda.*

Nicol. I. Papa in Decr. suis de pœnit. ti. 17. Matricidis Eucharist. quando ministranda.

MAtricida sic pœniteat, inquit Nicolaum Pontifex: Per vnum annum integrum Ecclesiam non ingrediatur, sed ante fores basilicæ stans, orans & deprecās Deum, perseueret, vt tanto eripiatur piaculo. Completo anno introeundi in Ecclesiam licentiam habeat, tantum inter audientes stet, sed nondum communicet. Completis tribus annis sacræ communionis ei gratia concedatur: oblationes vero non offerat nisi prius aliorum septem annorum curricula expleantur. Si autem ante annorum trium cursum, finis vitæ illius appropinquauerit, corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi particeps fiat.

TIT. XVII. De frequenti communione.

EXEMP. I. *De muliere in equam versa, quod diu à communionis perceptione abstinuisset.*

Ex Pallad. auct. Græc. in hist. Lausiac. sec. 17. c. 19.

ÆGyptius quidam libidinosus captus amore cuiusdam mulieris ingenuæ, quæ viro nupserat, cum non posset eam inescare propter pudicitiā, & castitatem erga suum maritum Parthenicum, conuenit improbus præstigiatorem, dicens: Aut eam incita, vt me amet, aut arte tua effice, vt eius maritus eam dimittat. Cum ergo prestigiator satis ab eo accepisset, vsus est suis præstigijs & incantationibus: & cum non posset eius animum mouere, vt ei assentiretur, effecit, vt videretur equa ijs, qui eam intuebantur. Cum ergo foris venisset eius maritus, aspexit vxorem in forma equæ: cumque in suo lecto cubuisset, alienum ei videbatur quod in suo cubili equa iaceret. Flet ergo eius maritus & lamentatur, quod rem non inueniat: Et quod existimans se alloqui bestiam, responsum non assequatur, præterquam quod solummodo eam videbat irasci: vnde magis angebatur animo, cum intelligeret eam esse suam vxorem, curiosis autem hominum artibus esse mutātam in equam. His de causis accersit vici presbyteros, & domum adducit, & ijs eam ostendit. Sed nec ij cognouerunt calamitatem, quæ eis acciderat. Tribus ergo diebus, neq; fœnum comedit vt equa: neque panem, vt homo, vtroque alimento priuata. Tandē vt Deus glorificaretur, & videretur virtus sancti Macarij, ascendit in cor mariti eius ducere eam in solitudinem ad sanctum virum. Et cum eam capistro ligasset vt equam, duxit solitudinem. Dum appropinquassent, steterunt fratres prope cellam S. Macarij cum eius marito contendentes, & dicentes: Cur huc adduxisti hanc equam? Is autem dicit: vt misericordiam consequatur san-

Mulier præstigijs apparet vt equa.

Pœna se mina, quæ quinque hebdomadis ab Eucharist. sumptione abstinuerat.

sancti oratione. Illi vero dicunt ad eum: Quid mali habet? Ille eis dicit: Quam videtis equam, illa est misera vxor mea: neque scio quemadmodum mutata sit in equam, & iam sunt tres dies, ex quo nihil comedit. Ii autem cum hæc audiuissent, referunt ad seruum Dei Macarium, eo iam intus pro illa orante: Et enim Deus reuelauerat, ipsis ad eum venientibus. Et ideo orabat, vt sibi declararetur causa propter quam hoc euenerat. Respondit autem sanctus Macarius fratribus qui ei renunciauerant: Adduximne aliquis huc equam? Dicunt, ita. Is vero eis dicit: Equi vos estis qui habetis equorum oculos. Illa enim est fœmina, ita vt est creata, non transformata, sed sic solum apparēs oculis eorum qui sunt decepti. Quæ cum esset adducta, aquamque benedixisset, & in eius nudum caput infudisset, super eius caput est precatus, statimque effecit, vt omnibus videntibus videretur fœmina: cum autem iussisset ei cibum afferri, fecit eam comedere. Et eam sic curatam dimisit cum suo marito, Deo agentes gratias. Eam autem admonuit vir Dei, sic dicens: Nunquam Ecclesiam deseras. Nunquam abstineas à communione Christi sacramētorum: hæc enim tibi acciderunt, quod iam quinque hebdomadis non accessisti ad intemerata nostri seruatoris sacramenta.

Ab Eucharistiæ participatione abstinere periculosum.

Aqua benedicta vis.

Sacramēta frequentia bonū est.

II. *Eorum nomina, qui ad sacram synaxin conueniunt, libro vitæ inscribuntur.*

Pallad. in hist. SS. Patrū c. 72

Ammona presbyter vir sanctus & valde humilis, aliquando offerens Deo cultum, videt angelum stantem à dextris altaris, & signantem fratres accedentes ad gratiam, & scribentem in libro eorum nomina. Cum autem non adfuissent aliqui in synaxi, vidit deleri eorum nomina, qui post tres dies sunt mortui.

III. *Elzearius Comes frequenter percipit Dominici corporis sacramentū.*

In vita eius c. 18 & 20 apud Sur. to 5. die 27. Sept.

Elzearius Comes Arianus è Narbonensi Prouinciā oriundus, illustris & nobilis genere: sed illustrior & nobilior sanctitate, inter ea præcepta, quibus familiam suam instituebat, volebat vt nobiles et milites, itemque virgines & matronæ qualibet hebdomada semel confiterentur peccata sua, & singulis mensibus deuotè perciperent Eucharistiæ sacramētum: volebat itē, vt viuerent caste & pure: qui secus facerent, eos sua domo expellebat: nolebat enim, vt quisquā pane suo vesceretur, quem sciret peccato mortifero implicatum, ne alios inficeret, & ne illius peccatum ipse fouere videretur. Omnibus diebus Dominicis quadragesimæ & aduentus, itemq; magnis ferijs totius anni, permultorumq; aliorum Sanctorum, præsertim virginum, pijssimè communicabat. Retulit ipse quandoq; Virgineæ coniugi suæ, cum Christi corpus acciperet, videri sibi optimum saccarum se in ore habere, ac deglutire. Illa autem interrogante, quid id sibi vellet, respondit, existimare sese, velle Deum, vt crebro sacrosanctam Eucharistiam percipiat.

Frequenter communicat Elzearius Comes adhuc iuuenis.

IIII. *Impius quidam irridens frequentem communionem qua ratione sit conuersus.*

Ex D. Antonino 3 p hist. c. 13. in O.

Circa annum Domini 1200. tempore Innocentij Papæ III. fuit vir magnæ sanctitatis nomine Ioānes Bonus de Mantua oriundus. Is cum aliquando communionem perciperet, à quodam fratre, qui nulla pietate erga sacram Eucharistiam afficiebatur, immo de ipsa impie sentiebat, de huiusmodi frequenti sumptione ridebatur. Cuius errorem aduertēs famulus Dei ei exprimens, confessus est, & non negauit incredulitatem suā. Tunc Ioannes duxit eum secum ad quendā fontem aquæ, & accipiens ex aqua illa cyatum

cyatum plenum, dedit illi bibendum. Quam cum bibisset, confessus est nunquam tam suaue vinum in vita sua gustasse: & sanctus vir ad eum: Non vides tu, charissime frater mirabile factum. Si igitur per me miserum hominem aqua virtute diuina conuersa est in vinum tam suaue, quanto magis credere debes per verba sacerdotis, quæ sunt verba Christi, panem & vinum conuerti in substantiam corporis, et sanguinis Christi: Ex tūc cessauit dubietas & error à mēte fratris illius.

V. *Ad frequentem communionem Constantinopolit. excitat S. Euphemia.*

Ex Euagrij li 2. hist. c. 3. Bar. t. 6. an. 451.

IN honorem sanctæ martyris Euphemiæ basilica amplissima constructa est è regione Constantinopolis. Sæpenumero autem aut Episcopis, qui ordine illius orbis Ecclesiam rexerant, secundum quietem ipse martyr apparens, aut alijs quibusdam ob piam vitę rationem nobilitatis accedens, iubet, vt ipse templo festum delicijs & opiparis epulis celebrent, sacram scilicet Eucharistiam sumendo, Deumque laudando. Quod vbi significatum est Imperatoribus, Pontifici, & toti ciuitati: ad templum accedunt omnes, tam qui Reipublicæ clauum tenent, quam sacerdotes, magistratus, ac reliqua vniuersa multitudo quo efficiantur mysteriorum participes.

Eucharistia sæpe sumēda.

VI. *De Ludouico Imperatore, qui diuturno morbo affectus quotidie communicabat.*

Apud Baron to 9. Ann ad an. 840 7.

LVdouicus Imperator cum lecto affixus iam esset vitamq; cum morte commutaturus, adfuerunt eius consolationi venerabiles Antistites & alij Dei serui quāplurimi. Inter quos erat Hethius venerabilis Treuirorum Archiepiscopus, Othgarius, Moguntiæ similiter Archiepisc. sed & Drogo frater Domini Imperatoris Metensis Episcopus, necnon sacri Palatij Archicapellanus: Quem quanto sibi propinquiorem nouerat, tanto ei familiarius sua omnia, & semet credebat. Per eundem quotidie confessionis munus, sacrificium spiritus contribulati, & cordis humiliati, quod Deus nō despicit, offerebat. Cibus eius erat solummodo per dies quadraginta Dominicum corpus, laudante eo iustitiam Dei, & dicente: Iustus es Domine: At quia Quadragesimæ tempus non ieiunans exegi, saltem coactus idem ieiunium tibi exoluam.

Lud. Imper. quotidie pec catū confessus & communicat

VII. *De sacrosanctæ Eucharistiæ perceptione non modo à monachis & sacerdotibus sed etiam à sæcularibus frequentanda.*

Lud. Blosius Monil. spirit. c. 6.

SAncta Virgo Gertrudis intellexit à Domino quod illi non irreuerenter, nec indignè sumunt Eucharistiam qui eam piè sumūt ex desiderio honoris, laudis atque gloriæ Dei, quæ sanè gloria diuina in hoc præcipuè elucescit, quod summa illa maiestas tam indignis hominibus se communicare nō dedignatur. Igitur pij quique sacerdotes, & etiam monachi ac moniales bonæ voluntatis, qui absque fictione Deum, propriamq; salutem quærunt, & suum ordinem sanctaq; Congregationis suæ statuta seruare student, ac humiles, spiritualesque esse conantur, & tempus vtiliter traducunt, & quando sene negligunt, vel in aliquo delinquunt, sacerdoti suo pure confitentur, quicquid conscientia testatur esse peccatum: hi Deo satis confidere debent, sicque super eius misericordia & benignitate sacramentum Eucharistiæ accipere, quoties ex ordine datur, vel ex bona cōsuetudine illud recipere solēt. Similiter quotquot viri vel fęminæ seculares viuunt in aliquo statu qui à Deo & Ecclesia nō discordet, siue sint in matrimonio, siue extra matrimoniū, siue vendant, siue emant, seu quauis alia licita ratione victū sibi parent, si bona voluntate præditi ex Dei gratia perseuerant in bono & à grauibus culpis sese continent, vitamque suam secundum Dei præcepta, ac sanctæ Ec-

Eucharistia perceptio sæcularib. etiā frequentanda.

X. *Abbatissa negans S. Lutgardi communionem, in promptu castigatur.*

In vita eius apud Sur. to 3. 6 Iun. c. 12.

SIngulis diebus Dominicis, quemadmodum hortatur B. Augustinus, Christi corpus percipiebat Lutgardis Virgo sanctissima: sed Agnes eius Abbatissa parum cauto vsa consilio, id ei interdixit. At pia Lutgardis: Ego quidem, inquit, mater charissima, libenter obediam tibi, sed certissime prævideo Christum hanc iniuriam in tuo corpore vlturum. Confestim Abbatissa intolerabili morbo afficitur, vt in Ecclesiam ingredi non posset: nec cessauit dolor per momenta increscens, donec indiscretionis suæ culpam agno sceret, & Lutgardem sineret pristino more vti. Aliæ quoque, quæ hac in re contra illam erant aduersatæ, aut notabiliter ex hac luce subtractæ sunt, aut humilitatis ductæ spiritu, se ad illam conuerterunt: nimirum dignus zelus sponsi in improbas sponsæ suę perturbatrices.

XI. *De sacra Communione à Catharina Senensi frequenter suscepta.*

S. Ant. 2 p. h. st. tit. 23 c. 14 §. 8.

DE frequentata à Catharina Senensi Eucharistia, istud refert Antoninus Archiep. Florentinus: Erat, inquit, satis inter laicos vulgatum, quod Catharina ista quotidie communicabat, & ex sacramento absque alio cibo vitam transigebat, sed quod piè dicebant & suspicabantur, vtique verum non erat: Non enim quotidie, sed frequenter sacramentũ sumebat. De qua etiam frequẽtatione cum quidam satrapæ, magis Philistinorum, quã Christianorum, murmurarent, rationibus conuincebantur, quod primi Christicolæ quotidie communicarent, etiam laici, vt patet in Actibus Apostolorũ, vbi dicitur: quod quotidie frangebant panem, & erant perseuerantes in doctrina Apostolorum & communicabant in fractione panis, quod ab omnibus exponitur de Eucharistia. Et cũ semel quidam Episcopus argueret eã

Act. c. 2.

domesticè de tanta frequentatione cõmunionis, cũ Augustinus dicat: Quotidie Eucharistiam sumere, nec laudo, nec vitupero, singulis tamẽ diebus communicandum hortor: Respondit virgo sacra in præsentia plurium: Ex quo Augustinus non me vituperat in dictis suis, quare tu, Pater Reuerende, me vituperas? Sicq; cõfusus tacuit.

De Consec. dist. 2.

XII. *Sæpe Eucharistiam percipiebat S. Christina virgo mirabilis in Hasbania.*

Th. Cantip. in vita eius apud Sur. 23. Iun. c. 14.

PRæstantissimum Dominici corporis & sanguinis sacramentum crebro, maximeque Dominicis diebus, cũ multa deuotione percipiebat Christina Virgo mirabilis, ex eoque, vt ipsa aiebat, & corporis robur, & ingentem spiritus lętitiam capiebat.

XIII. *De cogendis aliquando monachis ad frequentem communionem.*

Pallad. hist Lausiaca SS. PP. c. 52 in vita Apollin. Abbatis

QVod oporteat nonnunquam cogere fratres ad refectionem, à Lotha accepimus, qui coegit angelos: & quod oportet, si fieri potest, monachos quotidie communicare sacramentis: Qui enim se ab eis procul amouet, Deus quoque procul ab eo recedit: Qui autem hoc facit assiduè, assiduè suscipit Seruatorem: est enim, inquit, vox salutaris: [Qui comedit carnem meam, & bibit meum sãguinem, manet in me, & ego in eo.] Hoc confert monachis salutaris passionis commemorationem continenter facientibus, quotidie etiam se præparare, vt omni ex parte digni sint, qui suscipiant cęlestia sacramenta: q̃nquidem sic quoq; consequimur remissionem peccatorũ.

Gen. 18. & 19

Ioan. 6.

Per sacramentum altaris consequitur remissionem peccatorum

XIIII. *Quod frequens Eucharistiæ sumptio plurimum conducat ad consequendam vitæ Christianæ perfectionem.*

Greg li. 1. ep. 47 & apud Bar. t. 11

GRegorius VII. Pontifex Max. Mathildem beatricis Ducissę Tusciæ filiam, egregię indolis puellam, mense Februarij, nempe xiiij. Kalend. Maij

ann. Do. 1074. 12. 13. Mai litteras dat, quibus eam ad sanctissimæ vitæ cultum quem susceperat, studiosissimè persequendum hortatur. Meminit quoque ijsdem se aliàs commonuisse, vt ad perfectam Christianæ religionis vitam excolendam, in his duobus potissimum insistat, vt sacratissimam Eucharistiam frequenter accipiat, & erga Dei Genitricem propensiori amore sit affecta. Aurea plane sunt hæc Gregorij verba: Inter cætera, quæ tibi contra principem mundi arma, Deo fauente, contuli: (quod potissimum est) vt corpus Domini frequenter acciperes, indicaui: & vt certæ fiduciæ Matris Domini te omnino committeres, præcepi. Deque his pluribus agens ad finem, ista de studio frequenter sumendi Eucharistiam, & cultu erga Dei Genitricem exhibendo, hæc addit: Debemus, ô filia, hoc ad singulare confugere sacramentum, singulare appetere medicamentum. Hæc ideo, charissima B. Petri filia scribere procuraui, vt fides ac fiducia in accipiendo corpus Domini maior tibi accrescat. Talem quidem thesaurum, taliaque dona, non aurum, non lapides pretiosos amore patris tui, cælorum videlicet Principis, à me tua requirit anima, licet ab alijs sacerdotibus longè meliora pro meritis accipere possis. De Matre vero Domini, cui te principaliter commisi, & committo, & nunquam committere, quousque illam videamus, vt cupimus, omittam; quid tibi dicam? Quam cælum & terra laudare, licet vt meretur nequeant, non cessant: hoc tamen proculdubio teneas, quia quanto altior, & melior, ac sanctior est omni matre, tanto clementior & dulcior circa conuersos peccatores & peccatrices, &c. His Mathildis suffulta subsidijs, mirum dictu, quantum in Christiana vita profecerit, quantum se super cæteras fœminas exaltauerit, quantum etiam super Reges & Principes eminentior apparuerit, & fortior sit inuncta etiam robore militari.

Perfectio Christiana duobus modis acquiritur.

Greg. Papæ monitiones ad Mathildem.

Sacra communio et cultus B. Virginis optima ad perfectionem adiumenta.

TIT. XVIII. De Communione spirituali, eiusque suscipiendæ desiderio.

EXEMP. I. *Cuidam communicandi desiderio laboranti, nec valenti, hostia sacra diuinitus defertur.*

Retulit nobis Dominus Bernardus de Lippa Abbas Liuoniæ, nunc Episcopus ibidem, rē satis gloriosam. Cum quidam, si bene memini conuersus, qui nuper fidem susceperat, monachos communicare vidisset, & sibi hoc minimè licere cognouisset, stans contra altare communicandi desiderio suspirauit: Et ecce pius Dominus sine sacerdotis ministerio, de altari per sacramentum descendere dignatus est in os, qui mox hostiam aperto ore ostendens, & causam tantæ gratiæ manifestans, cunctos, qui aderant, in stuporem conuertit: Eandem enim hostiam defuisse repererunt in altari.

Cæsarius l. 3. miraculorum c. 37.

II. *Catharinæ Senensi communicandi desiderio flagranti diuinitus adfertur particula oblati sacrificij.*

Cum aliquando Catharina Senēsis iliaca infirmitate correpta esset, speraretq; nihilominus templum adire, summo mane indicat Raymundo confessario suo, vt sacrum aliquamdiu differret, eo quod cuperet adesse, et sacra synaxi refici. Verum quia nimium tardaret, misit ad eum denuo, vt non diutius expectaret. Itaq; rem ille diuinam aggreditur; & dum progreditur, Catharina doloribus alleuiata accedit, inscio tamen sacerdote, & in loco remotiore ab altari, in quo fiebat sacrum, se collocat. Post consecrationem vero, cum frangeretur hostia, vna particula instar vnius fabæ ab eius conspectu, Deo ita dispensante, subtracta est, duabus maioribus partibus hostiæ in manu remanentibus. Finita fractione, circumspicit quærens particulam illā, sed nec in calice, nec alibi reperire potuit. Ne vero quærēdo adstante tædio affi-

D. Anton. 3 p. Chron. tit. 23 c. 14 §. 8.

afficeret, prosequitur, ac species sacramenti sumit. Completo sacro, mandat sacerdos ministro, vt neminem ad altare accedere fineret, donec particulam, paulo accuratius quæsiuisset. Cũ ergo vestibus sacris exutus fuisset, aduenit Carthusianus, qui cupiebat eum cum Catharina conuentum. Adeunt illam vterq; simul, & dum Carthusianus cũ illa de negotio tractat, Raymũdus ibi præsens solito tristiorem se ostendit. Catharinæ tristitiæ causam interroganti, liber ille exposuit, amissionem videlicet particulæ hostiæ sacræ. Et illa, Quæsiuisti, inquit, diligẽter? Quæsiui, Respondit ille. Tum illa subridens ait: Non erat necesse te propterea tristari. Equidem arbitror, infit ille, te mihi illam abstulisse. Et illa, Nõ mihi, inquit, vitio vertas, quia non ego, sed alius abstulit. Hoc tamen scias velim, quod nũquam inuenies. Tum fassa est sibi diuinitus delatam fuisse: Dum enim sociæ meæ, inquit, nollent, vt communicarẽ, ne ipsis molestiã adferrem, acquieui: recurri interim ad benignissimũ sponsum meum Iesum Christum, qui sublatam particulam ad me detulit; ideoq; noli contristari, sed potius gaude in ipso cum gratiarum actione.

III. *Laurentius Iustinianus in Missa abstractus Virgini absenti communicare optãti Eucharistiã ministrat.*

Tho. Bozius lib. 15. de Signis Ec. c. 4. ex Bern, Iust. in vita eius c 8 apud Su. 8. Iã.

LAurentius Iustinianus Venetiarũ Patriarcha, vixit Eugenio IV. sedente. Referam autem quod illi contigit; vt pio sanctæ Virginis de communione recipiẽda desiderio satisfaceret. Verba auctoris hęc sunt. Sacra, inquit, Virgo quædã erat magnæ sanctitatis; hæc per multos annos abstinentia, vigilijs, orationibus steterat ante Dominum: Accidit autem, vt solemnitate Corporis Christi, neq; sorores aliæ, neque ipsa communicare diuinis misterijs possent; & cum ægrè ferrent, & illa in primis sanctissima mulier oratum Laurentium mittunt, quia prope esset monasterium, vt si gratiam communicandi eo die habere non possent, ipse saltem dignaretur, dũ celebraret pro ancillis suis orare. Promittit Laurentius. Quum autem celebraret ad populum, post eleuatum sacramentum, factus est extra seipsum detulitq; eum spiritus ad illam mulierem in cella clausam, & cõtemplationi vacantem, quæ forte tunc miro desiderio communicandi teneretur, & sacra illi mysteria communicauit, siue in corpore, siue extra corpus, Deus scit, ab oculis quidem totius populus non discessit, donec ad seipsum reuersus ab illo pietatis officio, reliquum Missæ peregit.

IV. *Mirabile Catharinæ Senens. communionis sacræ desiderium, & effectus mirabilior.*

Raymũ. Capuan. in vita eius.

SAncta Catharina Senensis tanto ardebat sacræ cõmunionis desiderio, vt nisi ea frueretur, animi deliquio pręamore oppressa concideret. Ex ipsa autem Eucharistia tanta cælestium copia in eius mentem dimanabat, vt alimentum omne stomachus eius reijceret, & si quid per vim ingestum esset, rursus violenter per os reijceret.

V. *Moribundo Eucharistiam desideranti & habere non valenti cælitus à B. Francisco defertur.*

D. Bon. in vita S Franc. ca 3. de miraculis.

BArtholomæus Caietanus ciuis, cũ ad constructionem cuiusdam ecclesiæ beati Francisci non modicum desudaret, ruente trabe quadam infirmiter posita, eiusque opprimente ceruicem, fuit grauiter conquassatus. Ipse vero mortem sibi sentiens imminentem, vti erat vir fidelis & pius, à quodam fratre viaticum postulauit. Quod frater ille tam celeriter afferre non valens, quia mori subito credebatur, beati Augustini verba protulit, dicens ei. Crede & manducasti. Sequẽti vero nocte beatus Franciscus cum vndecim fratribus illi apparuit, & inter vbera portans agniculum ad lectum eius accessit, vocauitq; illum ex nomine dicẽs: Bartholomæe, noli timere, quia nõ preualebit *Augu.*

aduersum

aduersum te inimicus, qui te in meo seruitio voluit impedire. Hic est agn⁹, quem tibi dari petebas, quem & propter bonum desiderium suscepisti; Cuius etiam virtute consequeris vtriusq; hominis sospitatem. Et sic per vulnera manum ducens, ad opus quod cœperat, eũ redire præcepit. Qui valde mane consurgens, & ijs qui eum semi necem reliquerant, incolumis & lætus apparens, admirationem intulit & stuporem. Sed & ipsorum mentes ad beati Patris reuerentiam & amorem, tam exẽplo sui, q̃ sancti miraculo excitauit.

VI. *S. Mechtildis affligitur ex eo quod à diuinis suspensa priuata sit communione; sed ibi Christus eam consolatur.*

Ex lib. 1. Reuelatiõ. ca. 4. Io. Garetiõ. 13.

CVm instaret tempus nobilissimi conuiuij, quo S. Mechtildis dilectum animæ suæ, Iesum percepisset in sacratissimi corporis & sanguinis sui communione, audiuit eum sibi dicentem. Tu in me, & ego in te; & in æternum non derelinquam te. Eo tempore, quo Canonici, vicem Episcopi gerentes, congregationem pro quadam pecuniæ summa, grauiter affligẽdo à diuinis suspẽdissent, in die Assumptionis gloriosæ Virginis, cum hæc Dei famula nimio affligeretur dolore, ꝑpter carentiam Dominici corporis, visum est illi Dominum abstergere lacrymas ab oculis eius, dicens ei: Hodie mirabilia videbis. Cum autem instaret, hora sacratissima, quo eleuanda erat hostia, visus est eleuare hostiam, quasi in aurea pyxide clausam, & sindone velatam. Per quod significabatur, hoc sacramentum omni humano, siue angelico intellectui esse absconditum.

TIT. XIX. De Eucharistia in ecclesijs asseruata.

EXEMP. I. *Olim in columba aurea asseruabatur sacra Eucharistia.*

Ex Amphilochio

S. Basilius Cæsareæ Cappadociæ Archiepiscopus creatus regebat Ecclesiam diuina fretus prouidentia. Elapso autem aliquanto tempore rogauit diuinitus sibi dari gratiã, sapientiam, & intellectum, vt proprijs sermonibus posset illi incrementum offerre sacrificium, et vt adueniret in se Spiritus sanctus. Post sex igitur dies velut in ecstasi factus, septimo die aduenien te in illum Spiritu sancto, cœpit ministrare Deo per singulos dies (Interpres habet ministrare, vnde satis constat, in Græco haberi λειτουργεῖν quod nos vertere possumus missam facere, vel sacrificare) atque aliquo interiecto temporis spatio, fide & oratione cœpit propria manu ministerij (idest liturgiæ, sic enim euidenter apparet in Greço legi) mysteria scribere. Porro nocte quadam veniens ad eum Dominus, in visione cũ Apostolis, propositionem panis faciens in sancto altari, excitauit eum dicens: Secundum petitionẽ tuã repleatur os tuũ laude, vt proprijs sermonibus offeras sacrificium incruentum. At ille non ferens oculis visionẽ surrexit cum tremore; & accedens ad altare, cœpit, dicere, simul etiam scribere in charta: [Repleatur os meum laude,] vt Hymnum dicat gloriæ tuæ Domine Deus qui creasti nos, & adduxisti in vitam hãc & cæteras orationes sanctæ liturgiæ, vel sancti ministerij. Et post finem orationum, exaltauit panẽ, sine intermissione orans, & dicens: Respice Domine Iesu Christe Deus noster, de sancto habitaculo tuo, & veni ad sanctificandum nos, qui sursum cum Patre sedes, & hic inuisibiliter nobiscum ades. Dignare potenti manu tua tradere nobis, & per nos omni populo sancta sanctis. Populus respõdit; Vnus sanctus, vnus Dominus Iesus Christus cum sancto Spiritu, in gloria Dei Patris, Amen. Diuidens autem panem in tres partes, vnam quidem sumpsit cum timore multo; alteram vero reseruauit, vt cum ipso sepeliretur: tertiam reposuit in columba aurea, eamque pendere voluit supra altare. Porro Eubulus, & primi è Clero astabant ad

Iconij Episc. in vita Basili Magni. apud Sur. 1 die Ianu.

Psal. 70.

Eleuatio Eucharistiæ in Missa.

Asseruatio Eucharistiæ

templi

templi foras, videbantque lucem intelligibilem in templo; & viros gloriosos & illustres candidis amictos vestibus: cumque audirent voces populi Deum glorificantis, & Basilium cernerent altari assistentem, stupefacti in visione corruerunt in facies suas glorificantes Deum. Exeũte autem Basilio, ad illius pedes se deiecerunt: illoque sciscitante, quid sibi vellet isthæc adoratio, & illorum præsentia, indicauerunt ei visionem admirabilem, quam in templo vidissent. Tum ille gratias agens Deo sine intermissione, quod fecisset mirabilia, accersiuit aurifabrum, iussitque confici columbam ex auro, in qua eam quam diximus reposuit portionem, suspendens eam supra mensam sanctam, in specie sanctæ columbæ illius, quę apparuit in Iordane Domino baptizato.

II. *Ad confusionem Seuerianorum miraculum fit in cõmunione asseruata.*

Ex prato Spi. Soph. cap. 7. Bar. t. 6. Annal. Ecc. an. Christi 513. 24. 25. & Bozius lib. 24. c. 5.

CVm venissem Seleuciam conuenimus Abbatem Theodorum Episcopum eiusdem ciuitatis. Ille autem narrauit nobis dicens: Sub sanctæ memoriæ Dionysio huius ciuitatis Episcopo prędecessore meo tale quid contigit. Vir quidam erat in hac ciuitate negotiator, valde religiosus & diues, sed hæreticus: erat enim de Seueri sectatoribus: habebat autem seruum fidelem quendam sanctæ & Apostolicæ Ecclesiæ comunicantem. Hic secundum prouinciæ consuetudinem, die sancto Cœnę Dominicę, sumptam Cõmunionem inuoluit in linteo mundissimo, & in armario reposuit. Contigit autem, vt post sanctum pascha vir ille fidelis mitteretur Constantinopolim negotij cuiusdam gratia; dimissa per obliuionem sancta communione in armario: dedit autem eius clauem Domino suo. Quadam vero die aperiens armarium Dominus, inuenit linteolum, inuolutasque in eo sanctas particulas communionis. Contristatus est autem in hoc, & hæsitabat quidnam de illis faceret. Nam ex illis communicare nolebat eo quod essent sanctæ Ecclesiæ Catholicæ; ipse vero Seuerianæ hæresis. Et tũc quidem dimisit eas in armario, vt erant cogitans: quia rediturus esset seruus & sumpturus eas. Cum autem venisset Cœna Domini, nec seruus ille redijsset, voluit eas Dominus ipsius comburere, ne rursus & in secundum annum seruarentur. Apertoque armario, vidit omnes sanctas particulas culmos & spicas germinasse. Vnde ingenti timore comprehensus, in nouo admirandoque spectaculo, sumens sanctas particulas, & cũ omni domo sua clamans, Kyrie eleison, conuenit ad sanctam Ecclesiam sacrosanctam ac Venerabilem Episcopum Dionysium. Hoc autem magnum & terribile & omnem rationem, omnemque mentem excedens miraculum, non vnus, aut duo, aut tres, vel pauci aliqui viderunt, sed omnis ecclesia, ciuesque, rustici, & indigenę, qui continentem ambulant, & qui nauigant, viri, & alij omnes: & illi quidem clamabant: Kyrie eleison: Cæteri autem aliter Deum laudabãt: Omnes pariter Deo gratias agebant, pro ineffabilibus eius mirabilibus. Plurimi ergo ex hoc miraculo credentes, adiecti sunt sanctę Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ.

Miraculũ de asseruata Eucharistia et cõuersis Seuerianis

III. *Eucharistiam sacram seruare & ad collum suspensam ferre solebat S. Byrinus.*

Apud [illegible] De [illegible] Bar. t. 8. Annal. anno Christi. 635.

SAnctus Byrinus in Angliam Honorio Papa missus, cum peruenisset ad litus freti Britannici, nauem ascensurus, diuina celebrat mysteria, sibi suisq; viaticum parans, salutaris hostiæ pia libamina Deo obtulit. Vrgente vero nauigationis articulo, ad nauim festinans introducitur: Insurgente vento; dum alta sulcarent pelagi, reminiscitur Byrinus, se rem præcipue carã amisisse, & nautis vrgentibus impeditum in litore, vnde abscesserat, reliquisse. Dederat enim ei Honorius Papa pallam, super quam corpus Christi consecrabat, & in qua corpus Domi-

nicum

tum fide procubuit,ac illum,quem venerabatur,magna voce ac omni inuocauit conamine, eique miracula cuncta, quæ olim fecerat, in memoriā reduxit: nā & vetusta & noua callebat. Tandem impudentia quadam pia & pulchra impudens facta, illam imitabatur, quæ ob tactum fimbriæ Christi à fluxu sanguinis est sanata. Et quidnam facit? Super altare caput reclinat, ac cum simili clamore & lacrymarum profluuio, instar illius, quæ olim pedes Christi rigauit, opem implorat; & non antea se cessaturam est comminata, quam sanitatem fuisset adepta. Inde totum corpus pharmaco illo suo perunxit. Et si alicubi manus ex venerando corporis & sanguinis Christi sub exemplari quid recondiderat, (proh miraculum:) discessit, cum confestim de corporis salute facta est certa, tam anima, quam corpore ac mente reuelata, mercedem spei sumens, id quod sperauerat, animæ sanitatem, corporis etiam bonam valetudinem nacta.

Miraculum.

VIII. *De viatico in pixide pro decedentibus reseruando.*

Cōc. Turo 4. c. 4.

Concilium Turonense IIII. quod circa annum Domini 798. est celebratū, statuit, vt omnis presbyter, hoc est, animarum pastor, habeat pixidem aut vas tanto sacramento dignum, vbi corpus Dominicum diligenter recondatur in viaticum recedentibus à sæculo, semperq; sit super altare, obserata propter mures & nefarios homines: & de septimo in septimum diem semper mutetur. Illa à presbytero sumatur, & alia, quæ eodem die consecrata est, in eius locum subrogetur, ne forte diutius reseruata, mucida, quod absit fiat.

IX. *Eucharistia præcipitur asseruari in altari, sed non intra imagines.*

Cōc. Turo 2. c. 2. apud Baron. to. 7. an. 570.

In Concilio quoque Turon. II. decretum est, vt corpus Domini in altari, non in imaginario ordine, sed sub crucis titulo componatur: nempe, inquit Baronius, vt digniorem sibi vendicaret locum, non inter sacras imagines super altari poni solitas, sed sub ipsa cruce, quæ in meditullio ipsius altaris poni cōsueuit. Ea propter Felix Episcop. Bituricensis, qui huic synodo interfuerat, tertioq; loco subscripserat, ipse perelegans vas aureum ad sacratissimam Eucharistiam cōseruandam turris instar fabrefieri curauit, quod Venantius Fortunatus hoc epigrammate celebrauit:

In tabernaculo preciosissimo Euchar. custodienda.

Venan. ap. Fortun. apud Baron. to. 7. in appē.

Quā bene iuncta decēt, sacrati vt corporis Agni
Margaritum ingens aurea dona ferant
Cedant chrysolitis Salomonia vasa metallis:
Ista placere magis ars facit atque fides.
Quæ data, Christe, tibi Felicem munere sic sint.
Qualia tunc tribuit de grege pastor Abel.
Et cuius in corda vides, pietate coæquas,
Par vidua merito, quæ dedit æra duo.

TIT. XX. De Eucharistia in supplicatione honorifice deportata.

EXEMPL. I. *Pius V. sacrosanctum Christi corpus in supplicatione ipsemet, licet æger, pedes circumfert.*

Leu. Sur. i Chron. 1566.

Pius V. Pontifex Maximus, anno Domini 1566. in festo sacramenti sacrosancti Eucharistiæ, licet fractis esset viribus, & medicorum opera vteretur; attamen vere pius Pontifex, nō sella pro more gestatus, nec corona Pontificia ornatus, sed cum maxima populi ędificatione pedibus ingrediēs, illud pręstantissimum corporis Christi voluit circumferre sacramentum.

Pius V. circumfert Euchar.

II. *Carolus V. Imper. religiosissimus supplicationem, in qua venerabile sacramentum gestabatur, sua suorumq; Principum prӕsētia honorat.*

Idē ibi. an. 1530 & Pontus Heuter. li. 3. rerū memorabiliū eodē anno.

Carolus V. Imperator cum ad celeberrima illa comitia Augustana aduentasset, postridie, hoc est, decimo quarto Cal. Iunij, pro veteri laudabiliq; Ecclesiæ more, ipso nimirū die corporis Christi, solēnis supplicatio per vrbem habita est, in qua gestāda erat sacrosancta Eucharistia, quā sua inclyta

præ-

Cæsar in tereß pro cessioni. præsentia, & suorum Principum cœtu frequentissimo, cum Hispanis & Belgicæ Principibus cum eximia quadam in Deum pietate, & haud vulgari splẽdore concelebrare, paribusq; votis frequentare vouit. Multum egit per suos, cũ Saxone & Lutheranis Principibus, vt publicæ illi processioni interessent, sed hoc ab ijs impetrare non potuit, cũ fere ad meridiem cum illis egisset: persuaserant enim illis ipsorum concionatores idololatriæ crimẽ admitti ab ijs, qui Eucharistiam adorarent: negant enim Christum esse in Eucharistia extra tempus sumptionis. Fuit ea horrenda blasphemia, sed illi in sua sententia tanquam in magna luce permanserũt. *Lutheranorum impietas & blasphemia* Eucharistiam gestabat Cardinalis Maguntinus, à dextris Rege Ferdinando, à sinistris Ioachimo Brandeburgico Principe eum deducentibus: Ante Eucharistiam præcedebant Principes sæculares, itemque Clerus cum alijs permultis. Post eam sequebatur Carolus Imperator nudo semper capite, tametsi sol esset ardentissimus, in manu ferẽs quadrifidam facem ardentem: quod idem fieri voluit à cunctis Proceribus & Principibus Imperatorem sequebãtur omnes Archiepiscopi & Episcopi. *Vmbellã gestãt seni Principes in processione.* Vmbellam ipsam, sub qua portabatur sacrosancta Eucharistia vicissim gestabant seni Principes sæculares. Porro lõgissima processione diuersi generis musici cõtinebant in laudem Dei. Omnibus rite peractis. Cæsar valde acerbè tulit Lutheranorum Principum detractationem, iussitque, vt quam primum altera die cum publica fide Augusta excederent: sed Principum Catholicorum precibus ab ea sententia se deduci passus est. *Pietas Caroli V* Fuit certe hic Princeps longè optimus, semper egregia in Deũ pietate, ita vt omnibus perspicuum esset; eum non tam suis viribus aut opibus, quæ quidem erant amplissimæ quam præpotentis Dei auxilio & fauore niti. Et quia ipse diuini honoris & cultus admodum studiosus fuit, propterea vbique fere euidentissimis præpotentis Dei auxilijs mirificè fruebatur, adeo vt ipsi etiam Turcarum potentissimo Tyranno eius prosperitas formidolosa fuisse dicatur: non enim debent Christiani piorum Principum prosperos successus fato vel fortunæ adscribere: quod quidam faciunt ethnico quodam spiritu parum Christiane, cum ex diuina prouidentia omnia pendeant, & Deus amplissimis verbis *1. Reg. 2.* sæpe polliceatur in scriptis diuinis, se glorificaturum eos, qui ipsum glorificant. Nec ijs obstat, quod sæpe diuer- *2. Ma. 6.* sum euenisse legimus. Expedit enim interdum etiam aduersis iactari flatibus pios, ne rebus nimium ad voluntatem fluentibus superbia intumescant.

111. *Ob impiorum risum & subsannationem haud abstinendũ à circumgestatione venerab. Sacramenti in processione.*

ANno Domini 1562. cum Dominici corporis festus instaret dies, ad maiorem Christo Iesu honorem tribuendum, maioremq; tanti mysterij memoriam & venerationem excitandam, statuit, non publicè tantum, quam Metropolitanus Clerus præclaro cum ordine, pretiosa veste plurima, coronis, ob solis æstum & nudorum capitum munimen, quernis habere solet, processioni adesse, sed suis etiam manibus venerabile sacramentum gestare. *P. Nicol. Serar. us de rebus Moguntiacis li. 5 c 8. an no. 1562.* Dissuadebant plurimi: aiebant rem hisce temporibus esse nouã, suspicionis plenam, hæreticorum vicinorum, imo & intestinorum risibus & sannis obnoxiam. Sed quo illi magis dehortabantur, eo ille magis ad Christianam pietatem exercendam excitabatur, ita vt cum res vicinis in locis increbuisset, maximi fuerint vel ad spectaculum, vel ad explorandum concursus. *Daniel Archiep. Mogunt. frendẽtibus hæreticis Euchar. venerabundè circũfert.* Ipsa igitur Theophoriæ sacræ luce circumgestauit Archiepiscopus arcam testamenti noui sacertimam, sacrosanctum Domini corpus, Catholicis exultantibus, Deumq; & Archiepiscopum laudantibus: hæreticis obstupescentibus,

partimq;

partimq; probantibus, partim improbãtibus. Ex illo autem tempore cœpit, quem hodie videmus, mos, vt à circum fusis hæreticorũ vrbibus & pagis Moguntiam ad sacra ista Christophoria spectanda concurrant tam multi.

IV. *Miraculum circa cereos in honorem venerabilis Sacramenti in processione deportatos.*

Franc. Gõzaga de Origine Seraphicæ religionis. par. 3. in Prou. Valẽtiæ Cõuẽtu 14.

CVm aliquando P. Guardianus Frãciscanus Conuentus S. Barbaræ Castellonij, processionem iuxta religionis morem Dominica infra octauam corporis Christi per claustrum tantummodo fieri decreuisset, cogereturque à deuota Communitate Conuentus septa egredi, atque ad oppidum vsque processionaliter progredi, ac ipsum totum lustrare, venerabile sacramentum, sic ex quadam simplicitate affatus est; Sãctissime Domine, processio quidẽ iuxta populi votum fiet, sed quicquid ceræ consumptum fuerit, tu eris soluendo, Mira res. E 24. qui per quatuor horas & amplius arserunt, nihil penitus imminutum fuit.

TIT. XXI. De cęlestibus sacræ communionis ministris.

EXEMP. I. *Christus Dominus Anglorum turba comitatus communionem dat S. Dionysio Areopagitæ.*

In vita eiusapud Sur. c 29 die 9 Octo. & lo. Gareiũ cẽt 9 ex Hilduino Abb. 840

Missam in carcere celebrat S. Dionysi

CVm S. Dionysius martyr carcere cum socijs: Rustico & Eleutherio propter Christũ detineretur, post multas ibi ad populum, qui eo irruperat, exhortationes, Dominica Missarum solemnia, vt confirmarentur participatione corporis & sanguinis Domini fideles, velut iam in cęlis positus celebrauit: hora namque, qua frangebatur panis sanctus, quo ipse & populus communicare debebant, resplenduit lux de cœlo super eum, & omnes, qui ibi aderant, qualem nemo eorum antea viderat: in qua veniẽs apparuit ei Dominus Iesus Christus, etiam cunctis videntibus, quibus est datum videre, cum multitudine Angelorum; & accipiens panem sanctum dedit illi dicens: Accipe hoc, mi chare, quod mox complebo tibi vna cũ Patre meo, quoniam mecum est maxima merces tua, & his, qui audierint te, salus in regno meo. Nunc facias fortiter, & memoria tua erit in laude: dilectio autem, & benignitas, quam semper habes, pro quibuscunque petierit, impetrabit.

Communionem ministr. Christus S. Dionysio.

II. *Christus Dominus sacram corporis sui Eucharistiam suis ipse manibus porrexit S. Honorato.*

Pet. de Natal. li. 2 Ca. sãc 86. M. Mar. Spalat. li. 4. c. 12 ex Breu. Ambiã.

NE tam admirabilis sacramenti homines mortales tãtum ministros esse putaremus, nonnunquam etiam ab excellentiore, hoc est, vel ab ipso Christo, vel spiritali creatura ministratum legimus. Honorati quarti post Firminum Episcopi Ambianensis exemplo disci potest. Is dum missam aliquãdo celebraret, cum ante se in altari sacram hostiam attentius considerasset, iam sumere volens, manibus contingere hæsitabat. Itaque depictæ ibi imaginis Christi manu sublatam, sibique porrectam hausit, sumere non recusans, quod diuinitus dabatur. Et certè dignus fuit à Christo communicari, qui se tactu etiam eius indignum iudicauit. Ab omni deinceps inquinamento carnis illæsus permansit.

III. *Eucharistiam dedit Angelus Marco monacho.*

Pall. in hist. Lausiaca. c. 20 Sozõ. li. 6. c. 19

MArcum ferunt (ait Sozomenus libro sexto historiæ Ecclesiasticę) etiam in ætate iuuenili admodum fuisse placidum, prudentem, & sacrarum scripturarum memorem, denique vsque adeo Deo charum, vt Macarius affirmarit, quod cum presbyter Cellimorum esset, abs se nunquam acceperit, quæ sacerdotes initiatis ad mensam sacram dare decet, sed Angelus ei dederit, cuius se manum ad iunctaram vsque tantum vidisse dixit.

Angelus sacramẽti minister.

IV. O...

IV. *Onuphrius singulis Dominicis sacram synaxim ab Angelo percipit.*

Petr. de Nat. li. 5 ca. 106. Mo. Marul. lib. 4. cap. 12. In Caro tinis ext. 4. circa an. 382.

ONuphrius confessor, seruus Dei, per annos sexaginta in eremo vastissima & profundissima Ægypti hominibus mansit incognitus. Ex quibus triginta annis vsus fuerat solis palmæ fructibus, & herbarum radicibus pro cibo: alijs vero triginta, pane cælico sibi per Angelum ministrato: vbi multas diaboli insidias perpessus fuerat, quas tamen omnes Dei gratia superauerat. Addiditque Paphnutius Abbas, qui desertum illud circumiẽs eum reperit, qualiter singulis Dominicis diebus Angelus Domini sacram ipsi Eucharistiam diuinitus deferebat.

V. *De Maioro Episcopo, cui Angelus ter venerabile Sacramentum administrauit.*

Petr. de Nat. li. 9 ca. 103.

MAiorus Episcopus apud insulam Sargiam Britanniæ Sampsoni in Dolensi Episcopatu successit, in quo dum verbis & exemplis populum Domini laudabiliter pasceret, in somnis ab Angelo monitus Episcopatui cessit, & eremum petijt. Is virgo perpetuo permanens, solo pane hordeaceo contentus, feria quarta & sexta nullum capiebat cibum, & semper ferebat cilicium. Cui in vigilia Paschæ oranti Angelus ter apparuit, eique obitus sui diem prænunciauit, de cuius manibus sanctus vir Eucharistiam tertia vice visibiliter sumpsit.

VI. *Diuo Bonauenturæ sacra administratur Eucharistia per Angelum.*

In vita eius c. 12 per Ultramontanum de Mar IV. Voc apud in. Iuly 13 t. 3. Chr Francis. 2 p. li. 2.

SAnctus Bonauentura Cardinalis & Episcopus Albanensis, adhuc in minoribus agens, demissæ mẽtis humilitate potius, quam ex iniustitia pluribus diebus abstinuerat perceptione sacratissimi corporis Christi, veritus ne si illud indignus sumeret, indicium sibi manducaret, & biberet. Cumque die quadam in Missa deuotus adesset, Deus respiciens ad illius humilitatem, particulam consecratæ hostiæ, de manu celebrantis per Angelum acceptã, illius ore clementer immisit. Respexit enim ad humilitatem serui sui, propter quam beatus ab omnibus gentibus prædicatur; eique hoc singulari beneficio indicat, vt omnem sæpe celebrandi scrupulum amoueat, & cum Creatore suo, à quo amabatur, familiariter conuersaretur.

cap. 2. 1. Co. 11. D. Bon. communionem ab Angelo accepit.

VII. *De muliere, quæ communionem ab Angelo percepit.*

In vita S. Elzearij cap. 17 apud Surium to. 5. 27. Septem.

BErtranda Carmara Carpento arctensis, mulier sanctæ vitæ, & diuinarum rerum valde perita fuit. Ea cũ in quadam solemnitate ad perceptionem corporis Dominici se deuote præparasset, & sacerdos per incuriam vel obliuionem hostiam pro illa consecrare neglexisset, diuina benignitas eam miro quodam modo consolata est. Cũ enim Missæ illius sacrificio admodum piè interesset, & Christi corpus spiritaliter ederet, Angelus Domini partem hostiæ consecratæ accipiens ab altari ei sumendam præbuit: presbyter vero Christi corpus percipere volens, cum illam hostiæ partem non reperiret, licet multo studio hinc inde eam perquireret, magno animi dolore affectus est, donec à Bertranda didicit, quid ipsi Dominus præstitisset.

VIII. *Columba Secundo militi communicaturo sacramentum defert.*

In vita Faustini & Iouitæ mart.

NOn minori admiratione dignum, nec minus ad huius sacramenti spectans dignitatem illud fuit, quod in vita Faustini & Iouitæ martyrum legimus: hi namque cum Secundum militem Mediolani baptizassent, & communione quoque membrum Ecclesiæ facere voluissent, nec haberent panẽ, ex quo sacramentum conficerent, à columba alite rostro delatum accepere, eique sumendum porrexerũt, sacrum esse minimè dubitantes, qui sic afferebatur. Quoniam autem in columbæ figura Spiritum sanctum apparere solitum

tium Euangelia testantur, hoc ideo cōrigisse potuit, vt credamus, sicut credimus, ibi Deum Patrem, ibi Spiritum sanctum esse, vbi filius est, cum trium personarum simplex vnicaque substantia separari non possit. Quem ergo honorem toti Trinitati exhibendum censes, huic vni sacramento deferre non dubites, nō visibilem eius figuram tātummodo oculis attendens, sed sub visibili figura inuisibilem veritatem altamente contemplans.

Helinā. ī Chron. Ioannes Naucle. vol. 2. gene. 38. Stapletō. ī Collect. de S. Thoma, & Ferr. Rebādene. ira de Vitis sanctorū 21. Decēb.

IX. *D. Thomas Apostolus iam diu beatus dignis sacram præbet communionem.*

ANno Domini millesimo centesimo vigesimo venisse dicitur Ioannes Patriarcha Indorum, narrans Calisto Papæ, & Cardinalibus, Prælatisq; alijs in consistorio publice qualiter S. Thomas Apostolus omni anno communicet populū manu sua, dignis Eucharistiæ sacramentum porrigens, quā & retrahit ab indignis.

P. Francisco Sacchino in Rittaeius.

X. *Stanislaus Koska religiosus Societ. Iesu ex Angelorum manibus S. Barbara assistente S. percipit Euchar.*

CVm Stanislaus Koska nobilissimus adolescēs desiderium Polonus set uiendi Deo in Societate Iesu concepisset, vti ipse retulit cuidā Patri per dimidium annum, nescio quem metum, nè confessario cor suum aperiret, semper illum prohibuisse narrabat. Tandem cū sibiipsi vim intulisset, atq; cū lacrymis desiderium aperuisset, tantam esse consequutū longo tēpore spiritus lætitiam, vt animo vix capere potuerit. Post aliquod tempus, cū in aduersam valetudinem incidisset, visum sibi esse in cubiculo canē nigrum terribilem, qui in eius pectus ter insiliebat, ac eū suffocare nitebatur. Quem cum semel atq; iterum Deo supplicans, ac signo crucis se muniēs à pectore depulisset, tertio Dei auxilio sic reiecit, vt neque insiliret amplius, neque compareret. Interea morbum esse auctū, ac à medicis præsentibus desperatam fuisse suam valetudinem: recepisse autē non multo ante suam ægritudinem diē festum S. Barbaræ, in cuius vita legerat, quod qui se illi deuotum commendaret, sine sacra Eucharistia non esset ex hac vita migraturus, quo die sese orationi dedisse, confessum esse, & sacris mysterijs communicasse, ac sancte supplicasse, vtilius intercessione, cū ex hac vita illi egrediendum esset, sine viatico non discederet, ab eadē in illa ægritudine idem precatum esse, pauloque post vidisse duos Angelos sanctissimū Sacramentum in medium deferre, ac ex manibus ipsorū illud suscepisse. Deniq; cum medicorum consilio auxilia defecissent, deinceps sibi visum esse gloriosissimam Virginem ad se venire, ac in lectulo suo infantem deponere, cuius conspectu recreatum pristinam incolumitatē breui recuperasse.

TIT. XXII. De Missæ sacrificio in genere.

EXEMP. I. *Præclarum D. Andreæ Apost. testimonium de veritate sacrificij Missæ, & corporis Christi in Eucharistia.*

CVm S. Andreas Apostolus constanter pro Christo Ægeæ Proconsuli sese opposuisset, eumque S. Crucis mysterium fuse docuisset, tū dixit Ægeas: Ista verba illis narrare debes, qui tibi credunt: mihi autem nisi hoc consentias, vt sacrificium dijs omnipotētibus offeras, in ipsa cruce, quā laudas te fustigatum affigi præcipiam. Andreas respondit: Omnipotenti Deo, qui vnus & verus est, ego omni die sacrifico, nō thuris fumum, nec taurorum mugientium carnes, nec hircorū sanguinē: sed immaculatum agnū quotidie in altari Crucis sacrificio: cuius carnes posteaquam omnis populus credentium mādu cauerit, & eius sanguinem biberit, agnus qui sacrificatus est, integer perseuerat, & viuus: & cum vere sacrificatus sit, & vere carnes eius manducatæ sint

In vita eius apud Sur. 30. die Nouemb.

Missa celebratio quā antiqua.

sint à populo, & vere sanguis eius sit haustus tamen (vt dixi) integer permanet, & immaculatus & viuus. Ægeas dixit: Quo potest hoc fieri? Andreas respõdit: Si vis discere quomodo hoc potest fieri, assume formam discipuli, vt possis doceri quod quæris. Aegeas dixit: Ego à te tormentis exigam huius rei notitiã. Andreas dixit: Miror te hominẽ prudentem tam stulte locutum. Ergo tu tormẽtis putas me diuina pandere sacrificia? Audisti mysterium crucis, audisti mysterium sacrificij. Si credideris Christum filium Dei, qui crucifixus est à Iudæis, verum Deum esse, pandam tibi quo ordine occisus viuat agnus: qui cum sacrificatus fuerit, & comestus, integer tamen, & immaculatus in suo regno permanet. Aegeas dixit: Cum sit occisus, & ab omni populo (vt asseris) deuoratus, quomodo integer perseuerat, & viuus? Andreas respondit: Si credideris ex toto corde tuo, discere poteris: si non credideris, penitus numquam tu ad indaginem huius veritatis attinges.

II. *De miraculo quod contigit S. VVulframno in mari sacris operanti.*

Ionas Abbas q. floruit anno 729 in vita S. VVulfrãno. lo. Ga- uetius citatur 8 & Baron. to. 8. an. 700.

DVm nauigaremus in Frisiam, positus nobis in medio mari, quod adiacet regioni Morinorum, adfuit hora, in qua sacrificiũ Deo victimæ salutaris immolandum erat. Tunc iactis anchoris, nauis immobilis persistebat: & celebrante sancto Pontifice VVulfranno Missarum solemnia, ventum est ad locum, vbi minister patenã Præsuli porrigere debuit, extensaq; manu expectabat horam, qua susciperet eam. Sed dũ minister eã abluere vellet, in mare ex eius manibus collapsa est. Finita vero oratione, imperat Diacono, vt in eum, in quẽ patena ceciderat, locum mittere manũ. Quo facto ab imo maris eadẽ patena diuinitus reuecta eiusdem ministri manu inhæsit. Quod videntes nautæ, cæteriq; nauis comites, Dominum cunctipotentem totis viscerum præcordijs collaudauerũt, qui per seruũ suum tale dignatus est operari miraculum. Sicq; commixtionẽ corporis & sanguinis idẽ sanctus Præsul faciẽs, nomenq; Saluatoris glorificans, sacrosancta Missarũ solemnia cõpleuit. Languore corporis, quẽ diu protraxerat, per dies ingrauescente, septimo die, postquam obitum suũ Dominici corporis & sanguinis perceptione muniuit, soluta est ab ergastulo corporis anima sancta. Hæc Vuando Abbas ad Ionam de his, quæ ipse vidisset.

Miraculũ de patena in mare demersa superna. Missa sacrificiũ in mare celebratum.

III. *Constantinus Imp. Missam in castris celebrari curabat.*

Sozomen. l. 1 hist. Eccl. c. 8

COnstantinus Imperator in palatio extruxit ecclesiam: & tabernaculũ ecclesiæ figuram exprimẽs, cum cõtra hostes prælio contenderet, secum circumferre consueuit, ad eum finem, vti neque sibi in solitudine vitam agenti, neque exercitui deesset ædes sacra, in qua quidem deberent Deum laudibus efferre, precibus solicitare, & sacra mysteria percipere: nã Sacerdotes & Diaconi, qui secundum ecclesiæ institutũ ista munera obirent, tabernaculũ assidue secuti sunt. Ex eo tempore militares Romanorum ordines, qui iam vocantur Numeri, singuli sibi tabernaculum separatum construxerunt, habueruntq; secum Sacerdotes & Diaconos ad rem diuinam faciẽdam designatos.

Missa celebrata suo Constantino Magno.

IV. *Sanctus Barlaam olim in suo hospitio Missam celebrabat, alijsque sacram synaxim porrigebat.*

Iõã. Damasc. in vita Barlaam & Iosaphat ca. 12.

DAmascenus in vita Barlaam & Iosaphat: Alij (loquitur de Monachis) inter se cõstructis ædiculis, Dominicis diebus ad vnam & eandem ecclesiam conueniunt, ac diuina mysteria, hoc est, incruentum puri corporis, ac pretiosi sanguinis Christi sacrificium percipiunt: quæ quidem Dominus pijs in peccatorum remissionẽ, ac tum animi, tum corporis illuminationẽ, & sanctificationem donauit. Cum idem Barlaam Regis filiũ baptizasset, super eũ

Effectus Eucharistiæ. Idẽ c. 19 Barlaã [illegible] c. celebrat.

Spiritus

Spiritus sancti gratia venit: cumq; ad ipsius cubiculũ redijsset, atq; incruenti sacrificij sacrũ peregisset, immaculata Christi mysteria ipsi impertiuit. Postea ille spiritu exultabat, Christum Deum laude atque gloria afficiens.

Idẽ ibidẽ c. 39. Missam esse sacrificium. Barlaã imminẽte morte Missam celebr.

Item capite trigesimo nono: Barlaã deinde ad quosdam fratres longo interuallo ab ipso dissitos eum (Iosaphatum) amandat, vt ea, quæ ad sacrosanctum sacrificiũ conficiendum accõmodata erant afferret. Cum igitur longinquũ illud iter fortissimo animo confecisset, atq; ea, quæ ad sacrosanctũ sacrificium opus erant, attulisset, diuinissimus Barlaam incruentum sacrificium Deo obtulit: perceptisq; Christi ab omni labe puris mysterijs, ac Iosaphato item impertitis, spiritu exultauit.

v. *Diaconorum manibus pro altari ad celebrandum vtitur Theodoretus.*

Theodo. cap. 20 hist. SS. Patrũ in vita S. Maris.

Theodoretus in historia sanctorum Patrum scribit in vita sancti Maris: Cum longo tẽpore diuinus Maris desiderasset videre offerri spiritale & mysticum sacrificiũ, rogauit, vt diuini doni illic fieret oblatio. Ego vero lubẽter parui: & iussi sacra vasa afferri, pagus cum haud longè aberat: & pro altari vsus Diaconorum manibus, mysticum, diuinũ, & salutare obtuli sacrificium. Ille autem omni spiritali implebatur voluptate, & existimabat seipsum cælum videre: dicebatq; se nunquã tantam cœpisse lætitiã. Ego autem cum ab eo valde fuerim dilectus putaui me & ei iniuriam esse facturum, si non etiam mortuum laudauerim, & alijs, si non hanc optimam philosophiam eis proposuerim imitandam.

VI. *Admirandis signis diuinitus ostenditur S. Spiritus in Missæ sacrificio præsentia.*

Baro. to. 10 Annal. an. Domin. 878. 43.

Cvm Dei amore & Spiritus seruore sacram oblationem in altari offerebat S. Ignatius Episcop. Constantinopolitanus, vt in ipsomet altari sacro aperta Spiritus sancti assistentiæ argumenta cernerentur: videbatur diuinus & sacer ille panis totus alteratus, totus instar cælestis carbonis factus gratia cœlestis ignis micans. Visa est etiam aliquando sancta Crux, quæ super altare sacrum sita est, concitata & eleuata, & dum sacer panis exaltaretur, frequenter paulatim moueri eadem Crux videbatur, sancti videlicet Spiritus obumbrationem hoc pacto significans. Die vero Paschatis præcipuè, ita vehementer Crux ipsa commota est, vt omnes sacerdotes & Pontifices, præsertim aliarum Patriarchaliũ sedium, ob miraculum hoc perterriti, magna voce clarificauerint Deum multo tempore.

ex Niceta.

Ignatio sacrificã-ti quæ cõtigerunt.

VII. *Missæ sacrificium dignè, decenterque oblatum Deo esse valde gratum.*

In vita eius cap. 8 apud Sur. to. 5. die 7 Septemb.

Cvm S. Euortius Aurelianensis Episcopus rem sacram aliquãdo faceret, ecce ipsa hora confractionis panis cœlestis, cũ ex more sacerdotali hostiã eleuatis manibus tertio Deo benedicẽdam offerret, tanquam nubes splendida apparuit super caput eius, & manus porrectis digitis tertio oblatã benedicens. Rite autem peracto sacrificio, dixit vir sanctus ad eos, qui aderãt, incipiens ab Episcopis vsque ad extremũ è plebe: Dicite, quæso, beatissimi fratres, num quod miraculum sub sacrificio videritis? Illis negantibus, subdiaconus Baudilius: cuius tum erant ministerij vices; Vidi ego, inquit, sed præ timore vix ausus sum eloqui. Videbatur mihi, te eleuante hostiã, manus de nube, quę operuerat caput tuũ, tertio benedicere Deo oblatam. Episcopus ait: Beatus es, frater charissime, cui tanta sunt mystica ostensa. E populo quoque duo reperti sunt tantæ visionis participes, Elusinus pœnitens, & Procopia castimonialis: quibus Episcopus dixit: Beati estis etiam vos: quia nõ caro, & sanguis hæc reuelauit vobis, sed Deus qui in cœlis est. His vero cõpertis, omnis Ecclesia clamauit: Gra-

In Missa sub eleuatione miraculum.

Matt. 18.

nenti manus vestimenta attigit: quæ cum exoscularetur, statim sanitate recepta ambulare cœpit, vt impleretur illud dictum Dominicum ad Apostolos: [Etiam maiora his facietis, credentes in nomine meo.] Quod tamen signum sanitatis vt mirabile fuit, ita etiam nec occultum.

Io 14

III. *In ædibus priuatis non posse fieri sacra mysteria absque Antistitis licentia.*

Iustin. Imp. in authent. Coll 5 tit. 12.

QVanto sanctius & reuerentius de tremendis hisce mysterijs sensit laudatissimus Imperator Iustinianus, qui in authenticis suis constitutionibus sic ait: Et priscis sancitũ est legibus, nulli penitus esse licẽtiam domi quæ sacratissima sunt agere; sed publice sincerè procedere in credulitatem & Dei culturam, secundum sanctionem de his sacratis actibus traditam. Et nos etiam hanc in præsenti ponimus legem, quam cum omni cautela tenere volumus. Omnibus enim interdicimus magnæ huius ciuitatis habitatoribus, magis autem etiam totius nostræ ditionis, in domibus suis habere quasdam quasi orationum domos, & in his sacra celebrare mysteria, & huic fere quædam Catholicæ & Apostolicæ traditioni extranea. Sed si quidem domos ita simpliciter aliqui habere putant oportere, in sacris suis, orationis videlicet solius gratia, & nullo celebrando penitus horum, quæ sacri sunt mysterij; hoc eis permittimus. Inuidia enim nulla est, si volunt circa hæc habere habitacula quædam, & in eis tanquam in sacris orare: alijs autẽ omnibus abstinere, nisi tamen in ijs voluerint aliquos inuitare clericos, hic quidem sanctissimæ maioris ecclesiæ, & sub ea sanctissimarum domuum, voluntate ac probatione sanctissimi Archiepiscopi ad hoc deputatos, in prouincia vero Deo amabilium Episcoporum. Hæc & plura his ibi Iustinianus Imperator. Porro an, & quatenus licitum sit in priuata domo habere Capellam siue sacellum, videatur Innocent. in cap. Ad hec, de election. Bal. in Margarita, verbo, Capella, versicul. fi. Concil. Trident. sessione 22. decret. 1. de reformat.

IV. *Celebrans in domo, aut prædio suburbano sine Clericis, dominium amittit, & ecclesiæ applicatur.*

Ide Imper ibid. Coll. 9. tit 6. de t. Eccl. § Si qs in sua domo.

SI quis in sua domo, aut in suburbano ecclesiasticum ministerium ministrare præsumpserit, aut alijs celebrare concesserit, sine clericis sanctissimo locorum Episcopo subiacentibus, iubemus hanc domum, aut suburbanum, aut prędium, vbi tale aliquid delinquitur, locis illius sanctissimæ Ecclesiæ vendicari per Deo amabilẽ Episcopum, & œconomum eius, & ciuilẽ Iudicem locorum. Si vero nesciente locorum domino, eius curatores, aut cõductores, aut emphyteutæ cõtrarium aliquid exerceri permiserint, dominũ quidem loci nullum præiudicium, aut dispendium sustinere; eos autem, qui hoc fecerint, aut fieri permiserint, ex Prouincia, vbi hoc commissum est, expelli, rebus eorum loci illius sanctissimæ ecclesiæ vendicandis.

TIT. XXIV. De Missa frequenter celebranda.

EXEMPL. I. *Missas celebrare etiam graui infirmitate detentus non cessat Gregorius Papa.*

Io. Diac. in vit eius l. 4. c. 67. apud Sur. 12. Mar tij. to. 2. ex. p. 35 l. 8.

SAnctus Gregorius Pontifex Romanus nõ omittebat, etiamsi esset infirmus, rem sacram facere: id cõstat ex epistola, quã ipse scripsit Eulogio Patriarchæ Alexandrino in hæc verba: Transacto anno suauissima sanctitatis vestræ scripta suscepi, quibus pro ægritudinis meæ nimietate respondere nunc vsque non valui. Ecce enim iam biennium pene expletur, quo lectulo teneor, tantisque podagræ doloribus affligor, vt vix in diebus festis vsque ad horarum trium spatium surgere valeam, & missarum solemnia celebrare.

Mox autem cum graui compellor dolore decumbere, vt cruciatum meum non possim gemitu interrumpente tolerare; qui dolor interdum lentus est, interdum nimius, sed neq; ita lętus, vt recedat; neq; ita nimius, vt interficiat.

II. D. Ambrosius quotidie celebrare solebat.

Bar to. 4 Annal ann. Do. 375.

DIuus Ambr. Mediolanensis Antistes, ipso in Episcopatum ingressu sic vitam instituit, vt curam rerum domesticarũ Satyro fratri reliquerit, sese vero totum spiritualibus Ecclesiæ curis penitus mancipauit. Erat Satyrus frater adeo spectatæ virtutis, vt in rebus agendis ac moderãdis ipsum habere consueuerit consultorem & arbitrũ. Ad sacrificium celebrandũ ita assiduus erat (quod ipse testatur) vt quotidie illud egerit, summa præuia animi præparatione. Quolibet vero die Dominico (vt auctor est S. August. in ecclesia pro concione populum docendum susceperit: cætera autem munia ecclesiastica sic strenue solus obierit, vt, quod ait Paulinus, circa baptizandos ipse solus impleret, quod post eius obitum vix quinque Episcopi perficere potuerũt.

Or. 9. ad Missã & ep. ad Sororẽ li. 5. conf. c. 13 In vita S. Paulin.

III. Quomodo S. Guduualus Archiep. assidue Missæ sacrificiũ obtulerit, & ei sacrificanti Angeli apparuerint.

Bredāb. l. 1. Coll. sacr. c. 21 & Sur. 6 Iul. to. 3. in vita S. Guduuali Archiepisc. & Cōf. an. 500 ſ:rs gia.

SOlebat sanctus Guduualus Missas assidue celebrare. Quanta autem puritate se tanto ministerio præpararet, diuinitus reuelatũ est. Ieiunijs, vigilijs precibus præmissis, cum sacro altari virginitatis bysso, & charitatis purpura adstaret indutus, atque ad cœlestia suspensus, cœli aperti sunt, & visio mirabilis ei exhibita est. Descendunt ad eum sancti Angeli; adstant consolationis gratia sacrificanti tremendis intersunt mysterijs, vna cum illo laudes depromunt Deo, cum ingenti reuerentia. Ille ceu splendida lucis columna stat sancta sanctorum tractans, agnum Dei immolans, iunguntur cœlestia terrenis, terrena cœlestibus, mortalibus immortales: pro tanta gratia diuinitus mortalibus collata immortales gratulantur.

IV. De Cassio Narniensi Episcopo, qui singulis diebus mysteria sacra pertractabat.

Gregor. Mag. ho. 37. in Euang.

MVlti vestrum, fratres charissimi, Cassium Narniensis vrbis Episcopum nouerunt: cui mos erat quotidianas Deo hostias offerre, ita vt pene nullus dies vitæ eius abscederet, quo non omnipotenti Deo hostiam placationis immolaret. Qui cum sacrificio valde etiam concordabat vita: nã cuncta quę habebat in eleemosynis tribuens, cum ad horam offerendi sacrificij venisset, velut totus in lacrymis defluens, semetipsum cum magna cordis contritione mactabat. Cuius & vitam, & exitum à quodam venerabilis vitæ Diacono, qui fuerat ab eo nutritus, referente cognoui. Aiebat enim, quod quadam nocte eius presbytero per visum Dominus astitit dicens: Vade, & dic Episcopo: Age quod agis, operare quod operaris, non cesset pes tuus, non cesset manus tua: natali Apostolorum venies ad me, & retribuam tibi mercedem tuã. Surrexit presbyter, sed quia è vicino Apostolorum natalitius dies imminebat, tam propinqui exitus diem Episcopo nuntiare pertimuit. Alia nocte Dominus redijt, eiusque inobedientiam vehementer increpauit, atq; eadem iussionis suæ verba retexuit. Tũc presbyter surrexit, vt pergeret, sed rursus infirmitas cordis impedimento facta est indicãdæ reuelationis. Et ad admonitionem quoque iteratæ iussionis obduruit pergere, & quæ viderat, manifestare neglexit. Sed quia magnam mansuetudinẽ contentę gratię maior sequi solet ira vindictæ, visione tertia Dominus apparens, iam verbis addidit verbera: & tam districta cæde mactatus est, vt in eo duritiam cordis mollirent vulnera corporis. Surrexit ergo eruditus ex verbere, perrexit ad Episcopũ, eumq; iam ex more iuxta beati Iuuenalis

Missa quotidiana sæper fuit laudabilis.

Punitione magna dignus est, q sæpius Dei gratiam contempsit.

nalis Martyris sepulchrum ad offerendum sacrificium consistentem reperit, secretum à circumstantibus petijt, seque eius pedibus strauit. Cumq; eum vbertim flentem Episcopus vix ad se leuare potuisset, lacrymarum causas cognoscere studuit. Ille vero relaturus ordinem visionis, prius vestimento ex humeris deuoluto, detexit plagas corporis, vt ita dicam, testes veritatis, & culpæ monstrauit quanta animaduersione districtionis membra illius accepta verbera liuore in flicto sulcauerāt. Quę mox vt Episcopus vidit, exhorruit, & quis sibi talia facere præsumpsisset, cū magnæ obstupefactionis vocibus inquisiuit. At ille respondit, hæc se pro seipso fuisse perpessum. Excreuit cum terrore admiratio, sed nullas iam presbyter inquisitioni eius moras adijciēs, secretum reuelationis aperuit, eique iussionis Dominicæ ea, quæ audierat, verba narrauit, dicens: Age quod agis, operare quod operaris, non cesset manus tua, nō cesset pes tuus: natali Apostolorum venies ad me, & retribuam ibi mercedem tuam. Quibus auditis, Episcopus se in orationem cum magna cordis contritione prostrauit, & qui oblaturus sacrificium ad horam tertiā venerat, hoc pro extensæ orationis magnitudine ad horam nonam vsque protelauit. Atq; ex illo iam die magis magisque aucta sunt ei lucra pietatis factusque est tam fortis in opere, quam certus ex munere: quippe qui eum, cui ipse debitor fuerat, ex ea promissione iam cæperat habere debitorem. Huic autem consuetudo fuerat, singulis annis natalitio Apostolorum die Romā venire: Iamq; ex hac reuelatione suspectus venire iuxta morem noluit. Eodē ergo tēpore solicitus fuit, secundo quoque anno vel tertio in mortis suæ expectatione suspensus, quarto, quinto, quoque & sexto similiter. Qui desperare iam de veritate reuelationis poterat, si verbis fidem verbera non fecissent. Cū ecce septimo anno vsque ad expectati natalis sacras vigilias incolumis peruenit, sed leuis hunc vigilijs calor attigit, atq; ipso die natalitio filijs suis se expectantibus, Missarum solemnia implere se posse recusauit. Illi vero, qui de eius erant pariter egressione suspecti, simul ad eum omnes venerūt sese vnanimiter adstringentes, vt die eodem nequaquam acquiescerent Missarum solemnia celebrari, nisi pro eis apud Dominum idem Antistes suus intercessor accederet. Tunc ille compulsus, in Episcopi oratorio Missas fecit, & manu sua corpus Dominicū pacemq; omnibus tribuit. Qui cuncto ministerio oblati sacrificij peracto, ad lectulum redijt, ibiq; iacens, dum sacerdotes suos ac ministros circumstetisse cerneret, quasi vale vltimum dicens, de seruando eos vinculo charitatis admonebat, & quanta debuissent concordia inter se vniri, prædicabat. Cū subito inter ipsa sanctæ exhortationis verba voce terribili clamauit, dicens: Hora est. Moxq; assistentibus ipse suis manibus linteū dedit, quod ex more morientium, sibi contra faciem tenderetur. Quo tenso spiritum emisit, sicq; sancta illa anima ad gaudia æterna perueniens, à carnis corruptione soluta est. Quem fratres charissimi, quem vir iste in morte sua imitatus est, nisi eum, quem in vita sua fuerat contemplatus? Dicēs enim, Hora est, de corpore exijt, quia Iesus peractis omnibus cum dixisset; [Consummatū est, inclinato capite tradidit spiritum.] Quod ergo Dominus ex potestate, hoc egit famulus ex vocatione. Ecce quotidianæ hostiæ illa cum eleemosynis & lacrymis missa legatio, quantam cum Rege veniente gratiæ pacē fecit. Ioã 19.

V. *D. Thomas Aquinas Missæ sacrificium offerre quotidie, & aliud postea eodem die audire solebat.*

ADmiranda fuit S. Thomæ Aquinatis viri sanctitate, & doctrina clarissimi, inter orandum animi pietas & deuotio; cum enim se daret rerum diuinarum contemplationi, adeo persæpe visus est mente in Deum sublimi-

ter excessisse, vt corpus pariter in aere suspensum videretur. Præcipua autem deuotione afficiebatur erga illud præstantissimum Eucharistiæ sacramentum, solebatque quotidie Missæ offerre sacrificium, nisi aduersa valetudine esset impeditus: nec hoc contentus, etiam alterius fratris Missam auscultabat, cui etiam vt plurimum ipse inseruiebat. Sub ipso autem sacrificio, tanti sacramenti amore ebrius, non raro in Deum rapiebatur totus lacrymis perfusus.

VI. *S. Laurent. Iustinian. Venetiarum Patriarcha etiam frequenter solebat celebrare.*

Bern. In stio. i vita Laur. Iustinia ni ca. 9. apud su 8. Ianu. Lauren. Iu7. quotidie sacrificat.

SAnctus Laurentius Iustinianus Patriarcha Venetus, vt legimus in vita eius octauo die Ianuarij, ex quo die factus est sacerdos, quotidie Missam celebrabat, nisi valetudine impediretur. Solebat enim dicere, quod qui cũ posset Domino suo frui, nõ frueretur, facile se declarare, Domini sui curam non habere. Idem fecisse quoque legimus S. Odilonem, teste Petro Damiano in vita eius.

TIT. XXV. De beneficijs & effectibus varijs sacrosancti sacrificij Missæ in viuentium gratiam.

EXEMP. I. *De prædio ab infestatione malignorum spirituum per oblationem sacrificij corporis Christi liberato.*

D. Aug. de Ciui: Dei ad Marcel lnũ lib. 22. c. 8.

VIr tribunitius Hesperius, qui apud nos est, habet in territorio Fussalensi fundum Cubedi appellatum, vbi cum afflictione animalium & seruorum suorum domum suam spirituum malignorum vim noxiam perpeti cõperisset, rogauit nostros me absente presbyteros, vt aliquis eorum illo pergeret, cuius orationibus cederent. Perrexit vnus; obtulit ibi sacrificium corporis Christi, orans quantum potuit, vt cessaret illa vexatio, Deoque protinus miserante cessauit.

II. *De quodam, cuius vincula soluebantur, quoties pro animæ eius absolutione ab eius coniuge oblatæ fuissent hostiæ.*

D. Greg. Magnus ho.. 7 in Euang. & lib. & l. 4 Dialo. c. 57.

MVltos, vt arbitror, vestrum, fratres charissimi, cõtigit nosse hoc, quod volo ad memoriam vestram narrando reuocare. Non longè à nostris fertur temporibus factum, quod quidam ab hostibus captus lõgo transductus est: cumq; diu teneretur in vinculis, eũ vxor sua, cum ex eadem captiuitate nõ reciperet, extinctum putauit. Pro quo iam velut mortuo hostias heb domadib. singulis curabat offerri. Cuius totiens vincula soluebantur in captiuitate, quotiẽs ab eius cõiuge oblatæ fuissent hostiæ pro animæ eius absolutione. Non longo post tẽpore reuersus, admirans valde suæ indicauit vxori, quod diebus certis, hebdomadibus singulis eius vincula soluebantur. Quos videlicet dies eius vxor, atq; horas discutiẽs, tũc eũ recognouit absolutũ, cũ pro eo sacrificiũ meminit oblatũ. Hinc ergo, fratres charissimi, hinc certa cõsideratione colligite, oblata à nobis hostia sacra q̃ rũ in nobis soluere valeat ligaturã cordis, si oblata ab altero potuit ĩ altero soluere vĩcula corporis.

Captiui vincula soluũtur tempore oblatio nis.

III. *De Baraca nauta per salutarem hostiam SS. Eucharistiæ liberato à naufragio.*

Idẽ li. 4. Dialogo rũ c. 57.

EX alia ẽt re, quæ nobis ante annos septem gesta est, certissime confirmatur: Agathus enim Panormitanus Episcopus, sicut fideles mihi ac religiosi viri multi testati sunt, atq; testantur, cum beatæ memoriæ antecessoris mei tpe iussus esset vt Romã veniret, vim nimiæ tempestatis pertulit, ita vt se ex tanto vndarum periculo euadere posse diffideret. Nauta vero illius, Baracã nomine, qui nunc eiusdem ecclesiæ clericatus officio fungitur; post naualem carabum regebat, ruptoq; fune, cum eodem carabo, quem regebat, inter vndarum cumulos repente disparuit.

ſparuit. Nauis autem, cui Epiſcopus præerat, tandem poſt multa pericula ad Oſticam inſulam fluctibus quaſſata peruenit. Cumq; die tertio Epiſcopus nautam, qui ab e o abreptus in carabo fuerat, in nulla maris parte videret apparere, vehementer afflictus mortuum credidit, ſed per obſequium, charitatis vnum quod mortuo debebat, impendit: & omnipotenti Deo pro abſolutione eius animæ offerre ſacrificium victimæ ſalutaris iubet: quo oblato, reparata naue, perrexit ad Italiam. Cumq; ad Romanum portum veniſſet, illic nautam reperit, quem mortuũ putabat. Tunc inopinata exultatione gauiſus eſt, & eum qualiter tot diebus in illo tanto maris periculo viuere potuiſſet, inquiſiuit. Qui videlicet indicauit, quoties in illius tempeſtatis fluctibus cum eodem quem regebat, fuiſſet carabo verſatus, qualiter cum illo vndis pleno natauerat, & quotidie eo à ſuperiori parte deorſum verſo ipſe carinæ eius ſuperſederat, adiũgens, cum diebus ac noctibus hoc inceſſanter faceret, iamq; eius virtus funditus ex fame ſimul et labore cecidiſſet, quo eum ordine diuina miſericordia ſeruauerit, indicauit. Etenim quod etiam nunc vſq; teſtatur, dicens: Laborans in fluctibus, atque deficiens, ſubito mentis pondere ſum grauatus, ita vt neq; vigilare me crederem, neque depreſſus ſomno eſſem: & ecce in eodem medio mari me poſito quidam apparuit, qui mihi panem ad refectionem detulit. Quem mox vt comedi, vires recepi, nec longe poſt nauis tranſiens affuit, quæ me ab illo vndarum periculo ſuſcepit, atq; ad terram deduxit. Quod ſcilicet Eps audiens, requiſiuit diem, atq. illum fuiſſe diẽ reperit, quo pro eo presbyter in Oſtica inſula Deo oĩpotẽti hoſtiã ſacræ oblationis immolauit.

IV. *Virtute ſacrificij Miſſæ vincula captiui Iunnæ ſoluuntur.*

Vener. Bed. li. 4 Beda libro quarto Anglicanæ hiſtoriæ ſcribit: In prælio, quo occiſus eſt Rex Elbuini, memorabile quoddã factum eſſe cõſtat, quod nequaquam ſilentio prætereundum arbitror, ſed multorum ſaluti, ſi referatur, fore proficuum. Occiſus eſt ibi inter alios de militia eius, iuuenis vocabulo Iunna, qui cum die illo & nocte ſequente inter cadauera occiſorum ſimilis mortuo iaceret, tandem recepto ſpiritu reuixit, ac reſidens, ſua vulnera, prout potuit ipſe alligauit. Deinde modicum quieſcens, leuauit ſe, & cœpit abire, ſicubi amicos, qui ſui curam agerent, poſſet inuenire. Quod dũ faceret, inuentus eſt, & captus à viris hoſtilis exercitus, & ad dominum ipſorum, Comitem videlicet Edilred Regis adductus. A quo interrogatus, quis eſſet, timuit ſe militem fuiſſe confiteri, ruſticum ſe potius & pauperem, atq; vxorio vinculo colligatum fuiſſe reſpondit, & propter victum militibus adferendum in expeditione ſe cum ſui ſimilibus veniſſe teſtatus eſt. At ille ſuſcipiens eum, curam vulneribus egit, & vbi ſanari cœpit, nocte eum, ne aufugeret, vinciri præcepit, nec tamen vinciri potuit. Nam mox vt abiere, qui vinxerant, omnia ſunt eius vincula ſoluta. Habebat enim germanum fratrem, cui nomen erat Iunna, presbyterum, & Abbatem monaſterij in ciuitate, q̃ hactenus ab eius nomine Iunnaceſtri cognominatur. Qui cum eum in pugna perẽptũ audiret, venit quærere, ſi forte corpus eius inuenire poſſet: inuentumque alium illi per omnia ſimillimum, putauit ipſum eſſe, quem ad monaſterium ſuum deferens honorificè ſepeliuit, & pro abſolutione animæ eius ſæpius Miſſas facere curauit. Quarum celebratione factum eſt, quod dixi, vt nullus poſſet eũ vincire quin continuo ſolueretur. Interea Comes, qui eum tenebat, mirari, & interrogare cœpit, quare ligari nõ poſſet, an forte litteras ſolutorias, de quibus fabulæ ferũt, apud ſe haberet, per quas ligari nõ poſſet? At ille reſpondit, Nihil talium artium noſſe. Sed habeo fratrem, inquit, preſ-

Eccl. hiſtor. Gentis Angl. c. 22 anno 679. Io. Garetius Centur. 7. D Vnilbl. Lindan. l. 4. Panop. Euang. ca. 55.

Missarũ celebratione liberatur captiuus

presbyterum in mea prouincia, et scio, quia ille me interfectũ putat pro me Missas crebras facit, & si nunc in alia vita essem, ibi anima mea per intercessiones eius solueretur à pœnis. Dumq; aliquãto tempore apud Comitem teneretur, animaduerterunt, qui eum diligentius cõsiderabant, ex vultu & habitu, & sermonibus eius, quia nõ erat de paupere vulgo, vt dixerat, sed de nobilibus. Tunc secretè aduocãs eum Comes, interrogauit intentius vnde esset, promittens nihil ei male facturũ pro eo, si simpliciter sibi qs esset, proderet. Quod dum ille faceret ministrũ se Regis fuisse manifestans, respondit: Et ego per singula tua responsa cognoueram, quod rusticus nõ eras. Et nunc dignus es morte, quia omnes fratres et cognati mei in illa sunt pugna interempti: nec tamen occidam, ne fidem, quam promisi, præuaricem. Vt ergo cõualuit, vendidit eum Londoniæ Fressoni cuidam, sed nec ab illo, nec cum illuc duceretur, vllatenus potuit alligari. Verum cum alia atque alia vinculorũ genera hostes imponerent, cumq; vidisset qui emerat, eum vinculis non potuisse cohiberi, donauit ei facultatẽ se se redimendi, si posset. A tertia autẽ hora, quando Missæ fieri solebant, sæpissime vincula soluebantur. At ille dato iureiurando vt rediret, vel pecuniã illi pro se mitteret, venit Canticam ad Regem Lodheri, qui erat filius sororis Edildridæ Reginę, qui & ipse quondã eiusdem Reginæ minister fuerat, petijtq; & accepit ab eo pretium suæ redemptionis, ac suo Dominò pro se, vt promiserat, misit. Qui post hæc in patriam reuersus, atq; ad suum fratrem perueniens, replicauit ex ordine cuncta quæ sibi aduersa, quæ in aduersis solatia prouenissent, cognouitq; referente eo, illis maximè temporibus sua vincula fuisse soluta, qbus pro se Missarum fuerant celebrata solemnia. Sed & alia quæ periclitanti ei commoda contigissent, & prospera per intercessionem fraternam, & oblationem hostiæ salutaris, cælitus sibi fuisse donata intellexit. Multique hæc à præfato viro audientes, accensi sunt in fide, ac deuotione pietatis ad orãdum, vel eleemosynas faciendas, vel ad offerendas Domino victimas sacræ oblationis, pro ereptione suorum, qui de sæculo migrauerant. Intellexerunt enim, quod sacrificium salutare ad redemptionem valeret & animæ & corporis sempiternam.

Ait corpore exuti quõ à pœnis soluia.

V. *De captiuo Missæ oblatione sæpe vinculis soluto.*

Leõtiꝰ et Metaph. i vita Io. Eleemosynarij apud Su. to. 1 & Bar. t. 8. Annal. an. 614.

CVm lethalis morbus aliquãdo inuasisset ciuitatem, maximæ curæ erat Ioanni Patriarchæ Alexandrino accedere ad ægrotorum visitationem, & eorum, qui decedebant, sepulturã. Sępe autem etiã assidebat ijs, qui emittebant animam, & eorum oculos suis tegebat manib. Iubebat synaxes quoque celebrari pro ijs, qui dormierant, asserens & affirmans defunctis multũ prodesse, quæ pro ijs fiunt, commemorationes, & sacra ministeria. Ad fidem autem faciendam eorum, quæ dicebãtur, tale quid etiam narrabat, quod factum fuerat, non ita multo ante. Dicebat enim, quod à Persis quidam abductus captiuus, in custodia, quæ appellatur Lethe, asseruabatur vinctus. Lex autem erat apud Persas, vt qui coniecti erant in eam custodiam, nunquam reuocarentur, & ea ratione consentaneum est, eam fuisse vocatam Lethen, idest, obliuionem. Illinc autem cum quidam potuissent aufugere, & in Cyprum venire, affirmarunt parentibus adolescentis, eum esse mortuum in custodia. Illi vero tres quotannis synaxes celebrabant, tanquã eo mortuo. Quatuor anni præterierant; cum filius illinc aufugiens redit domum. Quem cum parentes, non tanquam, qui fugisset à custodia, sed tanquam, qui surrexisset à mortuis, cum magno stupore aspexissent & fuissent ineffabili voluptate repleti, & alia faciebant & dicebant, quæ anima, quæ talem vidisset,

Missa à defũctis celebrata, viuentibus prodest.

face-

faceret & diceret; & quemadmodum ei tanquam iam mortuo fecerāt iusta, quæ fiunt mortuis: & cum eum docuissent, quinam essent ij dies, nempe dies sanctorum Theophaniorum, & dies salutaris Paschæ, & dies sanctæ Pentecostes; hæc cum ille audisset, & in memoriam reuocasset, parentibus affirmabat, quod ijs ipsis diebus relaxabatur à vinculis, aduentu cuiusdam, qui gestabat lampadem, & fruebatur omni securitate; diebus autem sequentibus tenebatur vinculis, sicut prius.

Vis sacrificij Missa.

VI. *De illo, qui terra obrutus per sacrificia et orationes Ecclesiæ ab Angelo pascebatur.*

Tho. Bozi in lib. 15 sig. Ecc. Dei cap. 2 ex Petro Cluniac. li. 2. cap. 2.

Nullo modo omittamus quod Petrus Cluniacensis literis mandauit; adscribam verba ipsius: Est in Gratianopolitano Episcopatu locus in venis subterraneis plurimū ferri habēs, quod multo incolarum, & rusticorum sudore assiduè eruitur; ac fornacibus coctum, & expurgatum per circumiacentes terras fabris ferrarijs, vel quibuslibet pro lucro venditur. Inde & villa, quam ijdem homines iuxta incolunt, Ferraria nuncupatur. Solent autem huiusmodi homines, dum terræ abdita fodiendo perscrutātur, spe maioris lucri lōgius procedere, & per subterraneos specus pertinaciter maiorē ferri materiam perscrutari. Huic operi dum quodam tempore quidam rusticus indefessus instaret, intima terræ fodiundo acriter rimaretur, repente maxima moles terræ delapsa, aditum, per quem ingressus fuerat, obturauit: quia tamen fodiendo longius processerat, ac multum post se spatij exhausta terra inane reliquerat, mortē euasit: & velut in domo clausa, ac validis munitionibus vndique circumsepta, egredi quidem non potuit, incolumis tñ permansit: sed tenebris tā tenebrosi carceris circumseptus, spe omni euadē di sublata, ac velut in amplo sepulcro sepultus, mortem ipsam adhuc viuens iam cernere existimabat. Quem iam p aliquot dies vxor sua mortuum credēs ad animam eius spiritualibus beneficijs adiuuandam conuersa est: vnde per annum integrum omni hebdomada vnam ei Missam à sacerdotibus celebrari faciens, & pro eo panem & candelam offerens, salutari sacramento, vt mos est Ecclesiæ, animæ defuncti mariti subuenire satagebat. Vna tñ in anno hebdomada extitit, qua mulier alijs intenta negotijs, Missam, vt proposuerat, marito prouidere neglexit. Ecce totius anni pene emenso spatio, rursus fossores metalli officio assueti, irrequieti instātes, ad locum, quo iam dictus rusticus adhuc viuens latebat, paulatim fodiendo perueniunt: quorum dum voces, & malleorum sonitus iam appropinquantium rusticus inclusus audisset, quantis potuit nisibus vociferari cœpit: cuius illi vocem audientes, & (vtpote artis illius periti) hominis subterranei esse cognoscētes, sese inuicem cohortati sunt, & ad eum tandem post multum fossionis laborē peruenerunt: quem accensis luminibus curiosè circumspicientes, illum esse, quem anno iam præterito ibidē obrutum esse sciebant, agnouerunt. Admirati, & vt par erat, tantę rei nouitate stupefacti, quō illic viuere potuisset, instantissimè inquirebant; at ille respondit: Isto, quem modo remouistis, terræ obice foramini, per quod intraueram, obiecto, cum hoc carcere, quē videtis, retentus fuissem, atq; aliquantis diebus sine cibo & lumine permansissem, subito mihi iam pene deficienti, cum pane simul & lumine quidam adstitit, qui me confortatus, & ad cibum capiendum admonens, tetras tenebras illa candela, quam ferebat clarissimè illustrabat. Eo pane per spatiū septem, aut octo dierum, (vt mihi videbatur) refectus, totidem diebus illa candela illustratus, & famis periculū euadebam, & huius fossæ tenebras euitabam. Post septem vero vel octo dies, rursus ille, qui prius, cum recenti pane & renouato lumine adueniebat, eaq;

mihi

mihi dimittens recedebat. Hoc per vnius, vt mihi videbatur, anni excursum æquo pene temporis interuallo, nūquam facere destitit, excepto vnius hebdomadæ spatio, quo mihi præsentiam suam, munusque solitum, nescio qua de causa subtraxit. Hoc illi ab eo audientes, & quod pro illo vxor eius per totū illum annum fecerat, ad mentem reuocātes, cuncta ei protinus exposuerunt: deinde hominem de cauernis illis subterraneis educentes, vxori propriæ, vicinis omnibus, & populo ad tantum spectaculum concurrenti, mirum dictu, post annuam sepulturam, incolumem reddiderunt, qui simul cōgregati, & quod mulier pro eo fecerat & quod ille de se narrabat examinantes; eisdem diebus panem, quo reficiebatur; candelam qua illustrabatur, & in illo specu oblata fuisse inuenerunt, quibus mulier pro eius requie & Missā celebrari faciebat, & sacerdoti Missam celebranti panem simul, & candelam offerebat. Glorificantes ergo Dominum, & non minus quam pro mortuo suscitato vt vere dignum erat, gratias agentes, quantum recta fides Deo placeat, quantum fidelium oblationes vel sibi, vel alijs prosint, quantam super omnia salutem salutaris hostia, Deo oblata dignis operetur, luce clarius agnouerunt.

VII. *A diutini morbi molestia curatur Princeps Anglus virtute Missæ ab Anselmo celebratæ.*

Ex vita B. Ans. Arch ep. Cātuar. per Ed.. cerū Angl Sa ? 1. Apr. t 2. & B e dmb. li. 1. Colla. c. 11.

VNus ex Principibus terræ Anglicanæ diuturna languoris molestia vexatus fuerat. Hic, agnito Anselmum in ecclesia beati Stephani missam ex more celebraturum, festinauit illo, arbitrans sibi ad recuperandam sanitatem vtile fore, si Missæ tanti viri, ac benedictione meruisset potiri. Fateor, vidimus hominem suorum manibus innixum ecclesiam introeuntem, mortuo, quam viuenti similiorem: sedit, & finita Missa, egressus est. Nobis vero, nec quis, vel vnde, aut cur aduenerit, scientibus atque cursantibus, idem uir, euolutis paucis diebus, ad patrem uenit flexis genibus ei pro adepta sanitate gratias agens. Ad quod cum obstupesceret, indicauit ordinem gestæ rei, confirmans, quod ab ea hora, qua se Missæ illius præsentauit, omni doloris uexatione depulsa, sanitati restitutus sit. At ille nihil ad se hoc pertinere, sed ipsius fidei ac meritis beati Martyris, ad quem diuertit, asscribendum asserens, quæ saluti animæ illius competerent, eum instruxit, & familiarem sibi effectum, correctori uitæ, vt post multorum testimonio comperimus, reddidit.

VIII. *Missæ sacrificio sanatur febricitans, & simul oculi dolore laborans.*

Pet. Maffæus Bergoma li. 14 h Ind.

PRimarij uiri urbis Armuziæ in India filius febri grauissima laborabat: eidem erat oculus diuturna tabe putridus & sæuo tumore diruptus: duplici malo multis adhibitis effectu nullo remedijs cum in humana ope iam nihil esset spei, mœrens pater Gasparem demissè obtestatur & obsecrat, vti pro salute charissimi filij, tam periculose ægrotantis, litare dignetur. Fecit ille: neque diutius dilatum è cælo beneficium est: eo ipso, quo salutarem hostiam obtulit, die, non solum æquatis humoribus vniuersa febris abijt, sed etiam delapsis ex oculo maioribus squamis plane restitutum est lumen. Tum parens, accito festinè Gaspari, liberatam utroque simul morbo iuuenem, uix præ lætitia sui compos, ostendit: agitque gratias immortales, quod sibi pariter ac nato spiritum, lucemq; reddiderit. At Gaspar, modesto uultu, constantique sermone, Deiparæ Virgini, cuius uotiuum erat sacrum, tantam virtutem, adeo insigne miraculum tribuit. Idē pro amico pene iam animam agente rogatus fecit: ille, sacro uix dum absoluto conualuit.

Missa sacrificiū sanat ægrotos.

IX. Missæ sacrificio triginta ægri mirabiliter curantur.

Tho. Bozius li. 5 de sign. Eccl. c. 2, & l. 6 15 c. 2 Annal. 1583.

ANno Domini 1583. in insula Cusa apud Iapones, erant in domo quadam Funai circiter ægroti triginta: Missam celebrari in eo loco, in quo morabantur, supplices petiuerunt. Cõcessum est illis. Sacrificio peracto, repente omnes è lecto sani surrexerunt.

X. De puero claudo à S. Launomano Abbate sacrificio Missæ pristinæ valetudini reddito.

In vita S. Launomani Abb. & conf. qui vixit anno 610. Bredeb. lib. 1. c. 39.

QVodam die claudus quidam sancto Launomano Carnotensi Abbati oblatus est in ipsis monasterij foribus, idque ab illius ægri patente, qui ad eius genua se demittens cum lacrymis exclamauit: Homo Dei, miserere mei, & huic puero tuis precibus redde pristinam sanitatem, aut donec is viuat, tuo sumptu, hic illi victus quotidianus ex officio misericordiæ subministretur. Cui ait vir Dei: Vnde mihi hæc virtus, qua tuo filio possim salutẽ restituere? Creatoris hoc opus est, non creaturæ: interim vero potẽs est Deus, nec difficile est illi præstare fidei tuæ hoc ipsum quod petis, sustine parumper, ac vna cum filio tuo accipe benedictionem, ac deinde recipere te licebit ad locum, vnde huc venisti. Itaque sancto viro Missæ sacrificium offerente, & sub ipso sacrificio pro pueri salute Dominum obsecrante, solemni peracta prece, fragmento panis benedicti (sic enim loquitur historiæ huius auctor) & patrem refecit, & puerum curauit, simulque ambos dimisit.

XI. Missæ sacrificio impeditur Robertus Gallorum Rex, quominus possit inuadere castrum.

Bar. t. 10 Annal. Ecc. anno 998. 5. 6. ex Glabro li. 2. c. 8.

ANno Domini duodemillesimo nouis motibus contigit Galliam agitari. Ascendit Robertus Rex in Burgũdiam cum magno exercitu pugnatorum, ducens etiam secum Richardum Rothomagorum Comitem, cum triginta millibus Northmannorum, quoniam Burgundiones ei fuere rebelles, nolentes eum suscipere in ciuitatibus & castris, quæ fuerant Ducis Henrici, eius videlicet auunculi, quin potius sibi in proprias diuisere partes. Deueniens quoq; Rex primitus cum omni exercitu ciuitatem Antisiodorum, eam obsidione circumdedit. Qui diu ibi crebris assultibus fatigatus recedens, non aduersus eam præualuit, quæ fertur nunquam fraude, vel hoste fuisse * decepta. Relicta namq; ciuitate, Rex cum vniuerso apparatu bellico conuerti se ad castrum beati præsulis Germani expugnandum, quod munito aggere præpollens hæret ciuitati: vallauerat enim illud Landrici Comitis exercitus, nec non eiusdem loci familiares viri, hostium siquidẽ metuentes sacri gregis direptionem. Occurrit interea furenti Regi Odilo venerabilis Abbas Cluniacensis monasterij, cupidus interuenire inter partes vtrasque: sic quidem vt Regi exhiberetur honorificentia, solidaretur concordia Principum, pax patriæ firmaretur. Qui minus posse fieri cernẽs quod decreuerat, hortabatur fratres octo tãtummodo, qui ad Confessoris custodiã relicti fuerant (nam cæteros cum suo Abbate, Hilderico nomine, iussio Regis inde exire compulerat) vt orationi instarent assiduè, si forte Domini pietas eos, pariterque locum à tanta obsidione dignaretur eripere.

Robert. Gallorum Rex Antisiodorũ obsidet. * capta.

Sexto igitur obsidionis die illucescẽte, nimio Rex arreptus furore, indutus lorica, simul & galea, omnemque exercitum dictis acuens, habẽs etiam secum Hugonem eiusdem vrbis Pontificem, solum ex omni Burgundia parti Regis fauentem. Eidem namq; Regi in procinctu iam constituto occurrit venerabilis Abbas Odilo, illum increpans, eiusq; Primates redarguens, cũr aduersus tm̃ Dei Pontificem, scilicet Germanum, hostili manu insurrexissent, cui specialiter (vt in gestis illius inuenitur) vsui fuit, Dei auxilio, & bel-

Ab Odilone Abbate increpatur.

la

mira, res noua, res (ni fallor) hactenus inaudita. Ab illo quidem languore cōualuit: sed interdum ex corde procedere sentiēs velut acus, cruciabatur atrociter, donec per morsuram brachij, q̄ nulla cicatrix obduxerat, acus educeret vis occulta. Crudele remedium, sed huiusmodi congruebat auctori. Plures in hunc modum quam triginta per tēporum interualla prodierant: quædā, vt vulgo dicitur excapsetæ, quædā admittendis filis idonea foramina præferentes. Præterea prædictus Abbas ad domum, vbi hæc actitabantur, aduenit. Celebris est persona; cuius hoc opus, & alia non indigna admiratione narrantur: sed parcendum adhuc superstiti, & nomen credidi reticendum. Huic pater anxius miserabilem exhibet filiam, nec sine lacrymis lugubrem explicat tragœdiam. Eadem hora fit fides dictis, & sentiens acum mulier gemebunda deplorat. Iam peruenerat ad foramen, solitus iam præcesserat cruor, iam cœperat apparere, iam particula eius exierat. Et accedens vnus ex fratribus laicis, eidem Abbati deseruiens, cruentam extraxit, annis pluribus ad testimonium conseruandam. Orat Abbas, & locum vulneris tangens, in virtute fidei pollicetur, nec ferrum vltra, nec chalybem inde processurum. Factum est: sed mutata materia est, malitia nondum prorsus extincta. Cœperunt lignei sudes paruuli, quales vulgo brocas appellant, ex quercino robore, vel fraxinei, pro ferreis acubus egredi, crassiores spinis, & modicè longiores. Nec vnius tamen omnes, sicut nec acus fuerant, longitudinis vel crassitudinis erant. Sexdecim in hunc modum intra annum & paucos menses ex muliere ligna prodierunt. Adfuit demum reuerendus Petrus Antistes, cui diuinitus seruabatur tanti miraculi plenitudo. Offertur mulier missarum solemnia celebranti, sicut præceperat vespere præcedenti. Eadem hora septimum decimum lignum ex muliebri corpore egreditur, quod sub oculis omnium Sacellanas extraxit. Confitentem itaque mulierem Præsul absoluit, & sacram ei tradens Eucharistiam ab omni deinceps cuiuscunque materiei progressu iubet esse securam. Sic ab omnibus iam præstigijs liberata adhæsit viro, filiosque procreauit. Et vt dicitur, hodieque superstes virtutem prædicat, quam in se ipsa meruit experiri.

Res omnino stupenda.

XIV. *De tribus cæcis, quibus tempore sacrificij Missæ, & sancti Martini ope lumen restitutum est.*

INter miracula B. Martini Turonensis Antistitis habetur, quod Vltrogotha Regina, auditis miraculis, quæ ad locum fiunt, vbi sancta eius membra quiescunt, tanquam sapientiā Salomonis expetijt corde deuoto prospicere. Abstinens ergo se à cibis & somno, percurrentibus etiam largissimis eleemosynis, peruenit ad locum sanctum, ingressaque basilicam timens & tremens, nequaquam audebat adire sepulcrum, indignam se esse proclamans, nec ibidem posse, obsistentibus culpis, accedere. Tamen deducta vigilijs nocte & orationibus, ac profluis lachrymis, mane oblatis muneribus multis, in honorem beati Confessoris Missas expetijt celebrari. Quæ dum celebrantur, subito tres cæci, qui ad pedes beati Antistitis longo tempore priuati lumine residebant, fulgore nimio circumdati, lumen, quod olim perdiderant, receperunt. Quo facto, clamor in celū attollitur magnificātium Deū. Ad istud miraculū currit Regina, currit & populus, mirantur oēs fidem mulieris, mirantur gloriā Cōfessoris. Sed super omnia collaudatur Deus nr̄, qui tantam virtutem præstat sanctis suis, vt per eos talia operari dignetur, tale inter reliqua luminaria hic mundo B. Martinū immensum sydus attribuēs, per quem eius tenebræ refulgerent: qui vere sicut oliua fructifera, per singulos dies, factis exhibet gloriam Domino, & conuersionibus iustorum.

Seue. Sulp. t. lib. 1. Mirac. S. Martini c. 12

Missæ in honorem S. Martini celebratæ.

Miraculum ex Dei virtute ad inuocationē S. Martini factum.

XV. Sa-

XV. *Sacræ Missæ oblatione immensa locustarum multitudo interimitur.*

Georgius Presbyter in vita sancti Theodori; apud Sur. 22 April ex Metap.

IN loco Mazaniæ, qui est ad Siberim superiorem sub climate Mnozeniæ, ingruebat mense Iunij tanta locustarum multitudo, vt nebulæ instar totā regionem operiret, frugesq; et fructus omnes deuoraret. Quam quidem calamitatem incolæ conspicientes, audientesq; miracula, quæ S. Theodorus Archimandrita effecerat, supplices ad eum accesserunt, & ad pedes eius prostrati, rogarunt vt veniret, & precibus suis tantam à se calamitatem expelleret. Profectus cū illis peruenit ad Catholicam ipsorum ecclesiam S. Euenici, in eaque de more mansit. Postridie vero supplicem populum in agros dimisit, præcepitque, vt quodam in loco consisteret, & Dei misericordiam imploraret. Ipse vero tres accipiens locustas in manu sua, ꝓ populo Dñm obsecrabat: atque interim tres illæ locustæ in manu eius mortuæ sunt. Et gratias agens Deo, dixit ad populum: Reuertamur in ecclesiā, filij: Deus enim celeriter misericordiā suam nobis ostēdet. Reuersi igitur in S. Euenici templum, diuinum sacrificium peregerunt. Postero autem die in agros egredientes, locustas omnes mortuas inuenerunt, & Deum collaudauerunt.

Locustæ virtute Missæ interimuntur.

XVI. *De adolescente ad restim fere redacto, auditione tamen Missæ ex carcere libertate donato.*

P. Io. Bonif. li. de Instit. pueri Christiani c. 3 & Constan. oratione de Religione.

P. Ioannes Bonifacius, libello de Institutione Christiani pueri, adolescentiæque, hoc adducit exemplum: Cum in publica custodia, ait, facinorosi plurimi asseruarentur, illorū vnus tam desperato fuit animo, tamq; perdita & vesana lingua, vt Deum ipsum, à quo fati, generatiq; sumus, pessimis conuitijs lacesseret, seque pro impio, infidelique iactaret, non quod inferos esse abnueret, in quos se detrudēdum fatebatur; sed quia de Dei clementia diffideret, à quo se esse relictum & destitutum impudentissimè & insanissimè querebatur. Hunc adijt religiosus quidam vir, & amicè consolatus audiendæ rei diuinæ auctor fuit; sorque fuit: fore enim, vt si suā causam Deo, cui omnia sunt curæ, commendet; res hominis perditæ & afflictæ recreentur, ad portumq; perueniat, malorum fluctibus vel omnino repressis, vel aliqua ex parte sedatis. Paruit obstinatus ille: cumque in sacello carceris res diuina peracta esset, vinctusq; præsens fuisset, secuta est die postero libertas hominis, cui ex ipso altari Christus benignissimus liberationem pene est visus polliceri; tantumque medicina illa profuit, vt corporis, animique salutem ipsa vna præstiterit.

XVII. *Missa celebrata in honorem S. Sigismundi Regis sæpe liberat frigoriticos, siue quartanarios.*

Gregor. Tur. de Gloria Mart. c. 75. Bar. t. 7. an. 526.

SIgismūdus Burgundię Rex ab Clodomero Rege cum filijs captus, interfectusque eius iussu, Agaunum, vbi pro facinore pœnitentiam egerat, delatus est, ibique sepulturę mandatus. Quem in consortium Sanctorum ascitum, ipsa res, quæ geritur, manifestat. Nā si qui nunc frigoritici, qui & quartanarij, dici solent, in eius honore Missas deuotè celebrent, eiusque pro requie Deo offerant oblationem, statim cōpressis tremoribus, restinctis febribus, sanitati pristinæ restaurantur.

Missæ in honorem Sanctorū celebrantur.

TIT. XXVI. Missę sacrificium etiam defunctis in purgatorio detentis prodesse.

Iudas Machabæus amissa Hierosolymam pecunia iussit sacrificia & oblationes fieri pro ijs, qui in bello ceciderant. 2. Mac. 12.

EXEMP. I. *De fratre Bertrando apparitione defuncti deterrito ob neglectum pro defunctis sacrum.*

In vita S. Dominici p. 1.

FRater Bertrandus Ordinis S. Dominici Religiosus, vir sanctus, &

primus

Fratrem Theodoricũ de Apoldia l. 2 c 8. & Chron. S. Dom. li. 1. ca. 27. apud Su. Aug. 5.

primus Prouinciæ Prouincialis Prior, solebat fere quotidie missam pro peccatis celebrare. Sciscitante autem ex eo F. Benedicto, viro prudente, cur raro pro defunctis, frequentissime pro peccatis celebraret, ille respōdit: Vita defuncti de sua salute certi sunt: nos in periculis fluctuamus. Ait illi F. Benedictus: Si sint duo mendici, alter mēbris sanis, alter ijs carens, vtri potissimum opitulaberis? Respondit: Illi sane, qui se minùs iuuare potest. Tum Benedictus: Nimirũ, inquit, ij sunt defuncti, quibus nec os est ad confitendum, nec manus ad operādum: sed nostrā opem postulāt. Viui autem peccatores, & os, & manus habent, & possunt ijs sibi cōsulere. Sed cum à sententia sua nō deduceretur Bertrandus, sequenti nocte quidā terribilis defunctus apparuit ei, & fasce lignorum mirè eum cōpressit, atq; decies, & eo amplius, eum ea nocte excitans, perterruit et vexauit. Igit' prodeūte aurora F. Benedictum ad se vocat; narrat totius noctis historiam: inde religiosè & lacrymabundus ad arā accedēs, pro defunctis sacrificium obtulit, idemq; deinceps sæpius fecit.

Missam pro defunctis celebrare docetur frater Bertrandus.

II. *Per sacræ hostiæ oblationem à Centumcellensi presbytero factam iuuatur anima in purgatorio detēta.*

B. Greg. Dial. li. 4. c. 55.

SI culpæ post mortem insolubiles nō sunt, multorum solet animas etiam post mortem sacra oblatio hostiæ salutaris adiuuare: ita vt hanc nonnunquam ipsæ defunctorum animæ expetere videantur. Nā vir sanctus, vitæq; venerabilis Felix Episcopus Portuensis, à quodam presbytero, qui vsq; ante biennium vixit, & in Diœcesi Centumcellensis vrbis habitabat, atque ecclesiæ S. Ioannis, quæ in loco, qui dicitur Tauriana, sita est, præerat: cognouisse se asserit, quod idem presbyter in eodem loco, in quo aquæ calidæ vapores nimios faciūt, quoties corporis necessitas exigebat, lauari consueuerat. Vbi dum die quadam esset ingressus, inuenit quendam incognitum virum ad suum obsequium præparatum, qui sibi de pedibus calceamenta abstraheret, vestimenta susciperet, & exeunti de caloribus sabana præberet, atq; omne ministerium cum magno famulatu perageret. Cumque hoc sæpius fieret, idem presbyter die quadam ad balnea iturus intra semetipsum cogitans dixit: Viro illi, qui mihi solet deuotissimè ad lauādum obsequi, ingratus apparere non debeo: sed aliquid me necesse est ei pro munere portare. Tunc duas secum oblationum coronas detulit. Qui mox vt peruenit ad locum, hominem inuenit, atq; ex more eius obsequio in omnibus vsus est. Lauit itaque, & cū iam vestitus voluisset egredi, hoc quod secum detulerat obsequēte sibi viro pro benedictione obtulit, petens vt benignè susciperet, quod ei gratia charitatis offerret. Cui ille mœrens, afflictusque respondit: Mihi ista quare das pater? panis iste sanctus est, ego hunc manducare nō possum. Ego etenim, quem vides, huius loci dominus aliquando fui, sed pro culpis meis hic post mortem deputatus sum. Si autem mihi præstare vis, omnipotenti Deo pro me offer hunc panem, & pro peccatis meis interuenias. Et tunc exauditum te esse cognosce, cum huc ad lauandum veneris, & me minime repereris. In quibus verbis disparuit, & q homo esse videbatur, euanescendo innotuit, quia spiritus fuit. Idem vero presbyter hebdomada cōtinua se pro eo in lachrymis afflixit, salutarem hostiam quotidie obtulit, & reuers' post ad balneum eū iam minimè inuenit.

Balneāti ministrat defunctus.

Oblatio Missæ defunctis vtilis.

III. *Iustus monachus sacrificijs triginta Missarum à pœnis purgatorijs liberatur.*

Idē ibi.

NEque hoc silendum puto, quod actum in meo monasterio ante hoc trienniū reminiscor. Quidā namq; monachus Iustus nomine, medicinali arte fuerat imbutus, qui mihi in eodē monasterio constituto sedulè obsequi, atque in assiduis ægritudinibus meis excu-

Copiosus Iusti monachi frater. excubare consueuerat. Hic itaque languore corporis præuentus ad extremũ deductus est. Cui in ipsa sua molestia frater germanus, nomine Copiosus, seruiebat; qui ipse quoq; nunc in hac vrbe per eandẽ Medicinæ artem temporalis vitæ stipẽdia sectatur. Sed prędictus Iustus cum iam se ad extremũ peruenisse cognouisset, eidem copioso fratri suo, quia occultatos tres aureos haberet, innotuit. Quod nimirum fratrib. nõ potuit celari, sed subtiliter indagantes, atq; illius omnia medicamẽta perscrutantes, eosdem tres aureos inuenerunt absconditos in medicamine. *Nummi tres vbi inuenti.* Quod mox vt mihi nuntiatum est tm̃ malum de Fratre, qui nobiscum cõmuniter vixerat, æquanimiter ferre non valui quippe quia eiusdẽ mei monasterij semper regula fuerat, vt cuncti fratres ita cõiter viuerent, quatenus eis singulis nulla habere propria liceret. Tunc nimio merore percussus, cogitare cœpi, vel quid ad purgationẽ morientis facerem, vel quid ad exemplum viuentibus fratrib. prouiderem. Pretioso igitur eiusdẽ monasterij Pręposito ad me accersito dixi: *Prouida Gregorij factum.* Vide, vt nullus ex fratribus se ad eum morientem iungat, nec sermonem cõsolationis ex cuiuslibet eorum ore percipiat, sed cum in morte constitutus fratres exquisiuerit, ei suus carnalis frater dicat, quia propter aureos, quos occultatos habuit, à cunctis fratribus abominatus sit: vt saltem in morte de culpa sua mentẽ ipsius amaritudo transuerberet, atque à peccato quod perpetrauit, purget. Cum vero mortuus fuerit, *Sepultura in proprio [illegible] sterquilinio.* corpus illius cum fratrum corporibus non ponatur, sed quolibet in sterquilinio fossam facite, & in ea corpus eius proijcite: ibiq; super eum tres aureos, quos reliquit, iactate, oẽs simul clamãtes: [Pecunia tua tecum sit in perditione,] & sic eum terra operire. *Act. 8.* In quib. vtrisque rebus, vnam morienti, alterã vero voluit prodesse fratribus viuentibus: vt & illũ amaritudo mortis à culpa solubilem faceret, & istos auaritiæ tanta damnatio terreret, atque à culpa prohiberet; quod ita factum est. Nam cum idem Monachus peruenisset ad mortem, atque anxiè se quæreret commendari fratribus, & nullus è fratribus ei applicari & loqui dignaretur, ei carnalis frater, cur ab omnibus fratribus esset abominatus, indicauit. *Monachus proprietarius abominabilis.* Qui protinus de reatu suo vehementer ingemuit, atque in ipsa sua tristitia è corpore exiuit, qui ita est sepultus vt dixeram: sed Fratres omnes ex eadem eius sententia conturbati, cœperunt singuli extrema quæque, & vilia, & quæ eis habere regulariter semper licuerat, ad medium proferre, vehementerque formidare, ne quid apud eos esset vnde reprehendi potuissent. *Vnius correcti o multorũ emendatio.* Cum vero post mortem eius triginta iam essent dies euoluti, cœpit animus meus defuncto fratri compati, eiusq; cum dolore graui supplicia pẽsare, & si quod esset ereptionis eius remedium quærere. Tunc euocato ad me eodẽ Pretioso monasterij mei Pręposito, tristis dixi: Diu est, quod frater ille qui defunctus est, in igne cruciat: debemus ei aliquid charitatis impendere, & enim, in quantum possumus, vt eripiatur adiuuare. *Compassio ethica [illegible] Benedicti erga animam in purgatorio.* Vade itaque, ab hodierna die dieb. triginta continuis offerre pro eo sacrificium stude, vt nullus omnino prætermittatur dies, quo pro absolutione istius hostia salutaris non offeratur. *Trëtenarium pro defuncto Iusto.* Qui protinus abscessit, & dictis paruit, Nobis autem alia curantibus, atque dies euolutos non numerãtibus, idem frater qui defunctus fuerat, nocte quadam fratri suo germano Copioso per visionem apparuit. *Iustus defunctus Copioso fratri suo apparet.* Quem ille cum vidisset, inquisiuit, dicẽs: Quid est frater, qũo es? Cui r̃ndit: Nunc vsq; male fui, sed iam modo bene sum, quia hodie cõionem recipi. *Oblatione hostia Iustus defunctus à pœnis liberatur.* Quod idem Copiosus pergẽs protinus indicauit fratribus in monasterio. Fratres vero sollicite cõputauerunt dies, & ipse dies extiterat, quo pro eo trigesima oblatio fuerat impleta. Cũq; & Copiosus nesciret, quid pro eo fratres

agerent,

agerēt, & fratres ignorassent, quid de isto Copiosus vidisset, vno eodemque tempore, dum cognoscit ille quid isti egerant, atq; isti cognoscunt quid ille viderat, concordante simul visione & sacrificio, res apertè claruit, quia frater, qui defunctus fuerat, per salutarem hostiam euasit supplicium.

IV. *Quantum Missæ sacrificium prosit animabus in purgatorio detentis.*

In vita eius c. 4. apud Su. Septem. 10 s.5. SAnctus Nicolaus Tolentinas Ord. Fratrum Eremitarum S. Augustini religiosus, sacerdotio initiatus ad eremum Vallimauensem, quæ est iuxta Pisas, à Prouinciali Priore transmittitur. Vbi eximia pietate & deuotione promptus et sollicitus, mane quotidie Missam celebrabat. Cū vero nocte Dominicæ proximè sequētis, quo die pro hebdomadario erat summum sacrificiū oblaturus, in lecto parumper obdormijsset, spiritus quidem voce magna, & multo eiulatu vocat eum, ita dicēs: Frater Nicolae, vir Dei, respice in me. Ille respiciens in eum, & quia viuentē nouerāt agnoscere eum studēs, sed non valens, ocyus percunctatur, q nam sit: Respondit spiritus; Ego sum anima Peregrini Auxiniensis, quē viuentem nouisti seruū tuum, crucior q; in hac flamma. Deus enim non despiciens contritionem meam, non pœnis sempiternis, quas vt homo fragilis cōmerueram, sed locis Purgatorijs pro sua misericordia me addixit. Te igitur impensius oro, vt pro mortuis Missam celebres, vt eripiat ex his flammis. Vir beatus ait: Adiuuet te Saluator meus, cuius sanguine redēptus es; ego enim, qui ad summum sacrificium solemniter faciendū hoc præsertim Dñico die, cuius officium mutare non licet, deputatus sum; Missam pro defunctis dicere non possum. Tum ille: Veni, inquit, venerande Pr̄, & vide, num te deceat precibus tantæ, tamq; miseræ multitudinis, à qua missus sum, assensum negare, meq; miserum tam inhumaniter repellere. Duxit ergo eum ad alteram eremi partem, paruamque illam apud Pisas planitiem ei ostendit: & ecce videt promiscui sexus, diuersæ ætatis, & Ordinis innumeram multitudinem, hunc in modum ipsum deprecantem: Miserere pr̄ miserere turbę tuum auxilium exspectantis. Si enim pro nobis dignatus fueris Missas celebrare, maxima pars nostrum ex his tormentis atrocissimis eripietur. Euigilans autem vir sanctus, magna cōmiseratione permotus, cum multis lachrymis pro illis omnibus Saluatorem hominum deprecabatur. Mane vero corā Priore loci illius prostratus reuerenter, vt iactantiā vitaret, non rem totam, vt viderat, sed illorum importunas preces exposuit, orans, vt ipsius bona venia liceret ei tota illa hebdomada pro mortuis Missas celebrare. Victus Prior importunis eius precibus alium loco eius substituit. Ita ille tota hebdomada, & sacrificiū obtulit pro defunctis, & die ac nocte, pro multitudine, quam viderat, cum lacrymis instantissimè Dñm rogauit. Itaque ea hebdomada transacta, rursus ei apparet spiritus peregrini supradicti, & pro impetrata misericordia gratias agit, asserens bonam illius multitudinis partem, cū ipso diuina misericordia, & ipsius sacrificijs, precibusq; ac lacrymis, à pęnis acerbissimis liberatā, ī cęlos feliciter euolasse.

Purgatorio addicta aīa. Anima in purgatorio Missas exigunt.

Missas p defunctis die Dominico non facile celebranda.

Missæ operaria defūctos iuuant.

V. *Visum de defunctis in Missa ad pacem currentibus.*

Thō Cātipr li. 2. Apum. c 53.33. IN Austriæ partibus, sicut per Abbatissam quandam piam & religiosam audiui, quidā sanctissimæ vitę Cistercienfis Ordinis monachus fuit, qui in Missa celebrata pro mortuis, ante participationem corporis Christi, cum diceret: Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, dona eis requiem. audiuit voces clamantium à remotis; Festinate, festinate pacē suscipere, quia iam Missa propinquat ad finē. Qui mox vt stabāt Christi corpus tenens in manibus, fit raptus ī spiritu, & vidit innumerabilium aīarum multitudinem festinā-

visendam obtulit, indicans se à pœnis liberatam viuere in beata vita. Interroganti autem S. Thomæ de duobus fratribus suis, respondit illa, Landulphum quidem adhuc teneri in locis Purgatorijs, Arnoldum vero habitare in cœlis: addiditque: Tu quoque frater, breui nobis iungeris, sed maior te gloria exspectat, quam nos, ob susceptos pro Ecclesia labores.

TIT. XXVII. De pijs sacrificij Missæ ministris.

EXEMP. I. *De pio S. Thomæ Herfondensis Epis. in celebrando erga Christum passum affectu.*

In vita eius c. 3. apud Surium 2. Octob.

S. Thomas Herfordensis in Anglia Episcopus, vir cibi & potus abstinentiæ deditissimus, & castissimus, tanta animi pietate & deuotione rebus diuinis intererat, vt intuentium fidem & mores informaret tanta in Missæ sacrificio lacrymarum ab eius oculis copia manabat, ac si coram se Christum Dominum in carne humana patientem vidisset.

II. *Nicolaus III. Pontifex Max. Missam lacrymans celebrabat.*

Io. Naucl. volū. 2 Chronographiæ Gener. 43. ann. Do. 1278.

SCribunt historici, neminem ante Nicolaum III. Papā religiosius sacrificare visum, cum semper dum solēnia ageret, lacrymas funderet: erat enim religionis obseruantissimus, dotibus animi & corporis ornatissimus, adeo vt multa fecerit, plurima intentauerit suam prudētiam & animi magnitudinem ostendentia. Vacantibus ecclesijs nullus Pōtifex celerius ac maturius consuluit; notarios & tabellarios, vtpote sāguine pauperū & litigātium viuētes, à se vt pestiferos amouit.

III. *Ad rem sacram faciendam quomodo se præparabat Cardin. Hosius.*

Stanislaus Resc. l. 3. de vita Hosii c. 16 19.

STanislaus Hosius Episcopus Cracouiensis, Cardinalis, magnus veritatis assertor, Missæ sacrificiū quotidie p oē vitæ suæ tempus, vel offerre, vel sacerdotē offerentē aspicere cōsueuerat. adeo vt ne in magna corporis debilitate & languore à veteri suo instituto recedēdum putaret. Pridie vero illius diei, quo Missæ sacrificiū celebrare decreuerat, tribus tm̄ panis buccellis sese recreabat, vsque ad sexagesimū ætatis suæ annū. Deinceps cibo paulo copiosiore coactus est fractas ætate laboribusq; vires reficere. Ante Missam, nullis vnq̄ negotijs operam dare volebat, sed soli meditationi vacabat, reliquis oībus curis & cogitationibus ab aīo procul explosis. Quamobrem in ipso fępe diluculo, qualecumq; tandem cęlū esset, ad ecclesiam accedere consueuerat. Cui aliquando medicus; Malus, inquit, aer est, nocebit. Ille vero, Sed Deus, respondit, bonus est, iuuabit.

IV. *Quanta cordis compunctione & lacrymarum profusione sacrum faciebat S. Cuthbertus.*

Ex venerab. Beda li. 4. c. 28 Surius 20. Martij.

S. Cuthbertus Episcopus Lindisfarnensis, tm̄ cōpunctioni erat deditus, tm̄ cœlestibus ardebat desiderijs, vt Missarum solemnia celebrans, nequaquam sine profusione lacrymarū implere posset officium: sed congruo satis ordine, dum passionis Dominicæ mysteria celebraret, imitaretur ipse quod ageret, seipsum videlicet Deo in cordis contritione mactando, sed & astantes sursum corda habere, & gratias agere Domino Deo nostro, magis ipse cor, quam vocem exaltando; potius gemendo, q̄ canendo admoneret.

V. *Francisci Borgiæ pietas in Missa.*

P. Petr. Ribadeneira li. 4 de vita eius c. 4 & 14. Luc 19. Iob 3.

FRanciscus Borgia tertius Societatis Iesu Generalis, sacris operaturus, horas aliquot precationi impendere, seq; probe excutere solebat. Quotidie item rite cōfessus rem diuinam faciebat. In media Liturgię parte, lacrymas illi vbertim fluere solitas obseruatum. Post sacrū, gratias diutius Deo agere; qd velut in Zachæi domū diuertisset; vt nō nisi ægre ad prandiū, & cū suspirijs, Iobi atq. Bernardi exēplo, duceret

VI. *De ardore Francisci Xauerij tempore sacrificij Missæ.*

Horatius Tursell. vita eius l. 6. c. 5.

IN Francisco Xauerio Indorum Apostolo, super cætera in sacro faciendo pietatis ardor præcipuus eminebat, vtique cum ad consecrandam Eucharistiam, sumendamque ventum erat: tum enim; manantibus gaudio lacrymis ora complebat, simumque. Tantus porro diuinæ pietatis sensus in pronunciatione, vultu, totoq; corpore eminebat, vt in circumstantes redundaret, eosque pia quadam admiratione desigeret, rerum omnium oblitos. Nec defuerunt, qui confirmarent, eumdum dum rem diuinam faceret, sublatum paululum à terra, sublimemque abisse visum. Missæ porro sacrificio conuersionem ethnicorum præcipue à Christo Domino per eius mortem illorum causa obitam, enixè petere consueuerat. Ad eam rem quoque precationem ab se compositam frequenter adhibebat. Ea erat huiusmodi: Æterne rerum omnium effector Deus; memento abs te animas infidelium procreatas, easque ad imaginem & similitudinem tuam conditas. Ecce, Domine, in opprobrium tuum his ipsis infernus oppletur. Memento Iesum filium tuum pro illorum salute atrocissimam subijsse necem. Noli, quæso, Domine, vltra permittere, vt filius tuus ab infidelibus contemnatur; sed precibus sanctorum virorum, & Ecclesiæ, sanctissimæ Filij tui sponsæ, placatus, recordare misericordiæ tuæ, & oblitus idololatriæ & infidelitatis eorum, effice vt ipsi quoque agnoscant aliquando, quem misisti Dominum Iesum Christum, qui est salus, vita, & resurrectio nostra: per quem saluati & liberati sumus: cui sit gloria per infinita sæcula sæculorum, Amen. Sub sacrum porro, gratijs Deo rite actis, sollemne illi erat, certam pro mortuis recitare precationem, vt etiam cum pro viuis faceret, subleuaret animas eorum.

Ardor Xauerij in sacro faciẽdo.

Oratio Xauerij pro conuersione infideliũ.

VII. *Diuina mysteria haud temere esse pertractanda.*

Sophron. Pra spir. cap. 27.

DEcem fere millibus passuum ab vrbe Ciliciæ Ægina, villa quædã est, nomine Mardandos, in qua templum est sancti Ioann. Baptistæ. In hac senex quidã Presbyter sedebat, summi apud Deum meriti, magnarumque virtutum. Quadam vero die, villæ ipsius habitatores accesserunt ad Episcopum, accusantes senem, ac dicentes: Tolle à nobis senem hunc nam molestus nobis est. Dicit eis Episcopus: Quid vobis facit. Dicunt ei: Accedit Missam celebrare die Dominico, nunc hora tertia, nunc autem hora nona, vt sibi visum fuerit; nunc seruat solemnem ac legitimum ordinem sanctæ oblationis. His compertis, Episcopus assumens senem seorsum, ait illi: Quid ita facis, senior? An ignoras sanctæ Ecclesiæ statuta? Ait senex: Vera prosequeris, & rectè dicis: Verum quid agam, ignoro: die enim Dominico post nocturnos hymnos, prope altare sedeo, & quousque videam Spiritum sanctum altari obumbrantem, sancta Missarum solemnia non incipio. Cum autem aduenisse Spiritum sanctum aspicio, tunc ego sacra officia consumo. His auditis, Episcopus admiratus virtutem senis, conuocat habitatores villæ, satisfaciensque illis dimisit eos in pace.

Pastor animarum frustra accusatur.

Mysteria diuina sancte tractanda.

TIT. XXVIII. De impijs sacrificij Missæ ministris.

EXEMP. I. *De quodam sacerdote indignè celebrante, cui tertio corpus Dominicum communicare volenti fuit ablatum.*

Ex li. 1. ita Petri Cluniac. c. 2 Bred l. 1 cap. 4.

IN Teutonicis partibus presbyter quidam, dum religiosam vitam agere videretur, & pœne quotidie sacra Missarum solemnia celebraret, dumque sibi minus caute prouideret, hostis antiqui insidias incurrit, & in turpem, sed occultam peccati foueam, carnis dele-

delectationem delapsus est. Sanctimonialem namque quandam dum inprimis visitationis gratia adiret, ad postremum assiduitate colloquij, & incauta familiaritate allectus miserabili casu in illam incurrit. Qui cum post lapsum ad cor redire, & quam citissimè redire debuisset, proprijs fæcibus delectatus diu conuerti distulit, & peccatum peccato adiungens, vsum peccandi fecit, sicq; longum funem, quo arctius stringeretur, assiduè peccando contexuit. Cumque in luto scelerum volutaretur, non verebatur tamen ad altare Domini irreuerenter accedere, & sacramenta redemptionis nostræ, Missam frequentius celebrādo, temerare. Quod cum longo tempore, Dei abiecto timore, agere non formidaret, iram pariter & misericordiam Domini, vt subiecta declarant, erga se miserabiliter persensit: nam cum & scelus non desereret, & sacra diuina impuris manibus (vt sæpe dictum est) attrectaret, contigit quadam die, dum vsque ad perceptionem sacri corporis Christi, totam de more Missam explicasset, iamque se ad sacramenta sumēda pararet, repente caro Christi cum sanguine, tam immundum vltra non ferens habitaculum, ab ipsius iam pene tenentis manibus euanuit, admirans ille & obstupescens, ab altari citissime, Missa finita, recessit. Cumque indignationem Domini, tam euidentis signi ostensione, circa se commotam cognosceret, volens tamen hoc certius probale, secundo Missam aggressus est. Cui vniuersa, vt prius, peragenti, cum ad sacramenta sumenda ventum esset, simul omnia, vt prius, subtracta sunt. Iam vero, vt dignum erat, in metum & trepidationem non modicam perductus, vt de toties repetito miraculo iam absque vlla hæsitatione certissimus redderetur; tertio quoque, quod iam bis contigerat, attentare veritus non est: sed cum, omnibus, vt ante peractis, iam solli iti er, quæ apposita erant, oculis obseruaret, & manibus contrectaret, vsque ad sumendum aptaret; subito oculis, manibus, & ori, tertio inuisibiliter sublata disparuerunt. Tandem igitur, tam euidenti miraculo tremefactus presbyter, se pessime egisse, seque terribilem Dei iram incurrisse absque vlla dubitatione cognoscens, & qualiter enadere à tanto periculo posset, sollicitus cogitare cœpit. Vltimum ergo peccantibus remedium esse sciens pœnitentiam ad eam toto corde confugit, & proprium Episcopum adiens, ei cunctaque fecerat, quæque contigerant, cum lacrymis multis patefecit, impositumque sibi ab eo laborem pœnitendi, toto animi nisu, tam deuote, quam constanter exercuit. Ieiunijs namque & vigilijs, verberibusque & varijs cruciatibus, iumentum lasciuiens, hoc est, corpus suum, secundum Apostolum, fatigans, qui concupiscentias suas sequendo, reprobus factus fuerat, eas in seipso damnando, electorum numero adiungi laborabat. In qua corporis & cordis contritione multo tēpore emenso, cum eius mentem de venia præsumere securior iam conscientia suaderet, adijt Episcopum, & quid egerit indicans, vtrum, vt ante consueuerat, ad sacra accedere auderet, consuluit. Qui nódum planè Deo reconciliatum metuens, vt adhuc pœnitentiæ insisteret admonuit, quatenus dignis pœnitentię fructibus Deo exhibitis, purgatior & securior congruo tempore, altaris sacramenta, non ad iudicium, sed ad salutem percipere posset æternam. Acquieuit ille salubri admonitioni; & ad propositum pœnitentię reuersus, tota carnis & spiritus virtute ad fores diuinę pie tis pulsabat, & spiritu con tribulato, lacrymisque indeficientibus iram Domini in misericordiam conuerti cogebat. Quid multa? Longo rursus temporis spatio in hac penitudine transacto, ad Episcopum redijt, eique vt patri, secreto cuncta pandens, vt sacramentorum particeps esse mereretur, suppliciter deprecatus est. Cuius

cõuersionem iam Deo acceptam, tam ex his, quæ ab eo audiuerat, quam ex his, quæ in eo videbat, confidens, vt sacerdotale officium aggrederetur, assensit. Quod ille, de Domini bonitate, & conscientiæ testimonio confisus, nõ iam præsumptione, sed deuotione implere curauit: accedens itaque ad altare, totumque se lacrymis, & contritione cordis immolans Deo, vsque ad perceptionem Sacramẽtorum vniuersa ritè peragens peruenit. Et ecce nouo, & inaudito nostris dumtaxat sæculis miraculo, trium antedictarum Missarum panes, qui indignè sumere volenti sublati fuerãt, cœlitus allati sunt, eoque iam diuino iudicio ad hæc sumenda digno facto, ante eum super altare positi apparuerunt. Cumq; etiam oculos in calicem admouisset, conspexit pœne vsque ad summitatem sanguine repletum, & illarum Missarum detrimenta ad istius peruenisse augmenta. Admiratus igitur, & toto hominis interioris iubilo Deo gratias agens, suamq; pęnitentiam susceptam, ac Domini maiestatem placatã agnoscens, certus factus est de Domini misericordia, & qui vnum apposuerat, quatuor panes, imo vnum Christi corpus, & sanguinem cum multa, vt dignum erat, exultatione percepit.

II. *De sacrosancta Eucharistia refugiente manus adulteri.*

Gr. Tur. lib. 1. de Glo. mar tyr. c. 86.

DEfiemus scelera nostra, ait D. Gregorius Turonensis Episcopus, & plangimus, cum nos mundos esse nescimus, & ad ipsum altare Domini accedentes, audenter sanctum corpus eius et sanguinem, cum simus actu polluti, potius ad iudicium sumimus, quã vt veniam consequamur. Nam recolo quod in mea adolescentia gestũ audiui. Dies Passionis erat Polycarpi martyris magni, & in Ricomagensi vico ciuitatis Aruernæ eius solemnia celebrabantur. Lecta igitur passione cum reliquis lectionibus, quas Canon sacerdotalis inuexit, tempus ad sacrificium offerendum aduenit; acceptaq; turre Diaconus, in qua ministeriũ corporis Dñici habebatur, ferre cępit ad ostium, ingressusq; templum, vt eã altari superponeret, elapsa de manu ei9 ferebatur in aera, & sic ad ipsam arcã accedens, nunquam eam manus Diaconi assequi potuit: quod non alia credimus actum de causa, nisi quia pollutus erat in conscientia: sæpius enim ab eodem adulteria ferebantur cõmissa. Vni tm̃ presbytero, & tribus mulieribus, ex quibus vna mr̃ mea erat, hæc videre licitũ fuit, cæteri non viderunt. Aderam fateor et ego tum tpis huic solemnitati, sed hæc videre non merui.

Euchari stia manus adulteri refugit.

III. *De vltione diuina in Sacerdotem diuina ministeria temere tractantẽ.*

Ex eod. Gre. ibi. cap. 87.

SIc & Epachius presbyter, dũ temerè, quæ indignus erat agere, pręsumpsisset, cum diuino iudicio solo proiectus occubuit. Hic enim dũ Dñici natalis vigilias celebrare ecclesiam expetijsset, per singula horarum momenta egrediebatur è tẽplo Dei, ac in domo sua pocula lasciua spumantibus pateris hauriebat, ita vt affirmarent multi, eum post galli cantum in ipsa nocte vi disse bibentem. Sed cum esset ex genere Senatorio, & nullus in vico illo Ricomagensi superius memorato, iuxta sæculi dignitatem haberetur nobilior, celebrare Missarum solemnia expetiĩt. Nec dubitat miser vino madefactus appetere, quod ieiunus quisq; nõ sine metu põt terrente cõsciẽtia explicare. Verum vbi explicitis verbis sacris; cõfracto corporis Dñici sacrõ, & ipse sũpsit, & alijs distribuit ad edendũ: mox equini hinnitus ad modum vocẽ emittens, ad terram ruit, & spumas, cũ ipsa mysterij sacri particula, quam dentibus comminuere non valuit, ab ore proijciens, inter manus suorũ ab eccl'a deportatur. Nec caruit vltra hac ępilepsiæ infirmitate; sed per singulos lunares cursus incremẽtis, decremẽtisq; hæc semper pertulit, quia ab haustu nimio vino minimè infelix abstinuit.

Ieiuniũ necessarium ad rem sacram faciendã.

IV. Can-

IV. *Cancro affligitur sacerdos luxuriosus, indignè communicans.*

Palladi° D. Euagrij discip. in hist. Laus. sect. 17.

Presbyter cancro laborans curari potest.

CVm Palladius Euagrij discipulus aliquando accessisset ad Abbatem Macarium, inuenit extra eius cellā iacentem quendam vici presbyterū, cuius caput ita erat exesum à morbo, qui dicitur cancer, vt etiam ipsum os totū appareret in vertice. Is accessit ad ipsum, vt curaretur; nec eū admittebat ad colloquium. Rogaui autem eum, dicens: Miserere huius miseri: & saltem da ei responsum. Is vero mihi respondit dicens: Est indignus qui curetur; amandata est enim disciplina eius. Quod si velis eum curari, persuade ei, vt deinceps abstineat à ministerio sanctorum sacramentorum. Ego autem ei dico: Quamobrem quæso? Is vero dicit: Fornicans sacrum ministerium peregit, & ideo castigatur. Nunc ergo, si metu desistat ab eo, quod ausus est facere per contemptum, Deus ipsum curabit. Postquam ergo dixi ei qui affligebatur, iureiurando est pollicitus, se non amplius sacrificaturum. Tūc eum accepit, & dixit ei: Credisne esse Deū, quem nihil latet? respondit ille: Maximè. Deinde ei dicit Macarius: Non potuisti Deum illudere? Dicit ille: Non potui, Domine mi. Dicit ei Macarius; Si agnoscis tuum peccatum, & Dei disciplinam, propter quam hæc subijsti, corrigitor in posterum. Qui confessus est peccatum, & spopondit se non amplius peccaturum, neque altari ministraturū, sed sortem laicam amplexurum. Deinde sic sanctus ei manus imposuit: & paucis diebus fuit curatus, capillisq; ei creuerūt, & sanus domum redijt Deum glorificans: egit autem magno quoque Macario gratias.

Sacramentorū administratione indignus fit sacerdos immundus.

Confessio peccati, & votū.

V. *Sacerdos diuina indignè tractans mysteria, quo miraculo ad correctionem vitam redactus sit.*

Ex aucto re Anonymo c. 27. Surius 17. Noueb.

IN vita Hugonis Lincolniensis Epi, qui ante trecentos annos virtutibus Pastoralibus ornatissimus apud Anglos floruit, sic Surius ex antiquo scriptore: In villa, inquit, quadam sacerdos erat vitæ valde dissolutæ, quē hoc ordine diuina bonitas ad pœnitentiā vocauit. Celebrans ille Missarum solemnia, manibus cœpit indignis Regē tractare maiestatis: cumque ad illum venisset locum, vbi hostia frangenda erat, sanguis protinus emanauit; territus ille vitam mutauit in melius, cunctisque audire volentibus factum publicauit. Accidit autē beatum Hugonem per eam villam iter facere, sacerdotemq; accersitū, non propter miraculum, sed ob vitæ sanctitatē, de quibusdam spiritalis vitæ studijs interrogare. Tanta enim pœnitentiæ austeritate pristinā vitam iam correxerat, vt sanctum eum fama cunctis proclamaret; cumq; sancto Episcopo narrasset prodigium, quod ipsi acciderat, hortatus est eum, vt cruorem ipsum tanquam veritatis testem inspiceret, sed penitus non acquieuit: quinimo famulis suis idem suggerentibus ita fertur respondisse: Habeant ipsi signa infidelitatis suæ; nobis autem, qui verè credimus, sub speciebus sacramentalibus verum corpus & sanguinem Christi contineri, signa quid proderunt? Quosdam etiam abire volentes, vt viderent, durius obiurgabat, quod non deuotione, sed curiositate id facerent; siquidem scriptum nouerat: [Beati qui non viderunt, & crediderunt.]

Sanguis de corpore Christi effluit Sacerdotis dissoluti pœnitentia unde.

Curiositatem arguit, non pietatē. Ioan 20

VI. *Episc. Argentinensis leuitatem in Missæ sacrificio vltio diuina sequitur.*

Rupertus abbas Tuitiensis in vita S. Heriberti c 8 apud Surium 16 Martij.6.

CVm quidam Episcopus Argentinensis Missarū solemnia celebrare aggrederetur, vbi se ad populum verterit, dicturus de more, Pax vobiscum: Imperatorem intendens, tanto risu solutus est, vt funditus oblitus esse videretur, ad quid se conuertisset: vbi vero ad prandiū ventū est, cunctis pariter considentibus, percutitur morbo pleuretico, interq; manus ad propriū delatus hospitium, die decimoquarto reddidit spiritū. Viderat autē ante annos septem,

Leuitas Episcopi in Missa exhibita mox castigatur. septem, vt solitus erat narrare, visionē: videlicet adstitisse sibi senem quendā, veste purpurea, pontificalique redimirum infula, qui se profitens esse Kilianum: Tale, inquit ille, mihi profudit oraculum: Age per hos septem annos qualia Episcopum decent opera: quia non longius à Domino vitæ spatium positum est. Quomodocunque ille visionem acceperit, qualiterque se præparauerit, qualiscunque in illa hora ...iæ mortis inuentus fuerit, rectè nimi... um sapienti, huic talis, vt dictum est. ...llius exitus meditationem mortis renouauit vel auxit, magnumque fuit temperantiæ eius indicium, quod pro tempore flendi, differendo suis vel sibi tempus gaudendi, tristibus exequijs priuatus interesse maluit.

VII. *De quodam sine ordinibus celebrante, cuius manus sacer ignis deuorauit.*

Ex Cæsario Heisterbachensi l. 9. c. 10. ABbas Daniel de Sconauia mihi narrauit, quod Clericus quidam, dum Parisijs studeret horrendum satis spectaculum in ecclesia sanctæ Mariæ Dei genitricis populo præbuit: nā sacer ignis pæne manus eius deuorauerat: quem secretius cum campanarius interrogasset, cuius esset ordinis, & ille respondisset: Sacerdotij, subiunxit, Nunquā sacro Chrismate manus istæ perunctæ sunt. Sentiēs ille spiritu Prophetico se deprehensum, confessus est culpam.

VIII. *Quidam sine ordinibus celebrāt videt Crucifixum lachrymantem.*

Idē ibid. cap. 6. DIaconus quidam Steinueldensis, de ordine Præmonstratensi, Gerardus nomine, apostatans, circa quatuor tempora se ordinem suscepisse finxit sacerdotalem, & Coloniæ in Basilica sancti Michaelis, quæ in portu Maris posita est, quasi primā Missam instruente eum Sacerdote, miserrimus celebrauit. Ego eidem Missæ tūc scholaris interfui, & multas recepit oblationes. Confessus est postea Sacerdoti, qui ei astitit, à quo ego audiui, quod quoties se conuerrit ad populum crucifixum contra se stantem viderit lacrymantem: est enim eadem imago antiqua, & sculpta, magna satis. Nam pius Dominus, qui olim fleuit super malitia ruituræ ciuitatis Hierusalem, etiā de præsumptione tanta lacrymari dignatus est. Ex lacrymis vero imaginis Christi considerans magnitudinē culpæ, pœnitentia ductus sedem Apostolicā petijt, & in eadem via finijt vitā.

IX. *Matrona quædam dubia de valore Missæ per ignarum aut indignū sacerdotem celebratæ miraculo confirmatur.*

Thom. à Kempis in vita Henrici F. ... cap 7. QVia sermo de venerabili Missæ sacrificio incidit, hic referam factū de quodam sacerdote in partibus Frisiæ, sed minus laudabilis vitæ. Siquidē bonæ memoriæ fratre nostro Alardo narrante cognoui, quod erat cum eo quidam presbyter paruę scientiæ, & famæ non claræ. Iste cum ecclesiā intraret, vt diuina celebraret, honesta quædam matrona, quæ eius imperitiam cognouit, cœpit intra se de eo suspectè cogitare, ac murmurando dicere; Quid tu, imperite, vis facere? & quomodo tu, indignè, poteris tam magnum sacramentum conficere? Hęc ea cogitante, presbyter cœpit celebrare, & diuina mysteria tractare, & consecrare. Factū est autem, dum venerabile sacramentum ritu ecclesiastico consecratum eleuaretur, & omnis populus hoc flexis genibus fideliter adoraret, matrona supradicta vidit in eleuatione apertis oculis figuram hominis Christi, nimiū stupida & perplexa. Finita itaq; Missa, hanc visionem alteri sacerdoti secretè exposuit, & quid mali de celebrante antea cogitauerat humiliter confessa est. Qui diligenter rei gestæ ordinem & visionem examinans matronæ respondit: Hoc Deus pro tua salute fieri permisit, ne de cætero male de sacerdotibus cogites; nec de vera consecratione dubites; licet malæ famæ sint, & indignæ

dignæ

dignæ vitæ. Illa hæc audiens firmam fidem tenuit, & Deo iudicium de sacerdotibus commisit.

x. *Propter peccata Diaconi retardatur tempore Missæ descensus Spiritus sancti.*

Sophron Prat. spir. c. 150

NArrat Ioannes Euiratus, siue Sophronius in Prato de Episcopo Rumellæ celebrante Missam coram Agapito Papa. Hic Episcopus, qui Spiritus sancti descensum, hoc est, vt ego reor, vim diuinam transmutantem oblata in corpus & sanguinem Christi signis visibilibus cognoscere solebat; tūc minime videbat: proinde consecrationē haud terminabat. Sciscitatur Agapitus ex Episcopo moræ causam. Respondit ille, Diaconum qui flabellum tenebat, esse remouendum ab altari. Remouetur. Eo remoto solita signa apparuerunt Papa vidente: & alia miracula secuta sunt, quæ Episcopi sanctitatem declararunt, & Diaconi peccatis atque improbitate fuisse retardata docuerunt.

xi. *Aliud eiusdem rei exemplum.*

Metap. in vita eius c. 38 apud Sur. 12. Maij. Lepra in fronte per eiusmur rebus sa cris indi gnus Dia conus.

EPiphanius Constantiæ Cypri Episcopus nunquā sacra mysteria perficiebat, donec vidisset visionem, quæ statim ei reuelabatur post prolata quędam verba. Cum vero aliquando tertio protulisset verba illa, nulla sese obtulit visio. Cum autem lugens orasset, vt eius rei causa indicaretur, primus obseruat in fronte Diaconi, qui à sinistris ventilabrum tenebat ministratorium, lepram apparere. Quod nulli manifestum erat. Episcopus itaque accepto de manu Diaconi ventilabro, dixit: Vade, fili, domū, ne modo sumas diuina mysteria. Ipse autem statim egressus iuit domum; datque Epiphanius alteri diacono ventilabrum: cumque verba cōsueta protulisset, mox apparuit visio. Accersito autem Diacono dimisso, sciscitatur ex eo lepræ causam. Qui respondit, ea nocte propria fuisse

Epipha.

vsum vxore. Tūc monuit Clerum Epiphanius, vt qui vxores haberēt, essent tanquam non habentes. Ex eo tempore non ordinabat amplius eos, qui habebant vxorem, sed viros sanctos, qui vitam viuebāt monasticam, & viduos viros probatos. Licebat tum videre ecclesiam, tanquam pulchram sponsam ornatam sacerdotio.

nius caelibes vult esse Diaconos.

xii. *Propter impietatem Diaconi latet in Missa D. Io. Chrysostomi descensus Spiritus sancti.*

Metap. in vita S. Io Chrysost. Archiep. Constantinop. apud Sur. 27. Ian. Eucharistia elevatio in Missa. Impietas ministri impedit descensum Spiritus sancti.

HOc loco minime etiam prætermittendum, quod de S. Ioanne Chrysostomo celebratur. Hic enim cum inter diuina mysteria panem consecratum extolleret, totus à Deo afflatus (quid autem horum est incredibile in tam sancta anima?) quibusdam signis videbat Dei Spiritum ad dona proposita descendere. Cum autem vnus ex ministris, qui ei assistebant, in quandā mulierem ex ijs, quæ desuper solebant despicere, oculos coniecisset, & curiosè aspexisset, Magno Ioanni depulsa fuit visio Spiritus sancti. Ille autem nō ignorauit, sed ministrum continuo è sua statione monit. Ipse vero tum pristina sua visione non est frustratus.

TIT. XXIX. De sacrificij Missæ contemptoribus.

EXEMP. I. *De Michaelis Imperatoris diuina mysteria per ludibrium repræsentantis funesto interitu.*

Constant. Manasses in Annal. Michael Glycas 4. parte Annal. Baro. to. 10 862 1 Michaelis impietas in sacra mysteria. Matrio

MIchael tertius Imperator, cognomine temulentus, quem scriptóres Annalium, ob mores perditos & dissolutissimos, alterum Phaetontem, Neronem & Sardanapalum vocant, cum in omne flagitiorum genus sese venundaret, ad hūc tandem velut scelerum omnium apicem & coronidem progressus est, vt post quotidianos in omni turpitudine profectus etiam aduersus sacrosancta mysteria, Seraphis ipsis venerabilia, vir nequissimus debaccharetur; quippe acrem synapi fuc cum in craterem fundēs sacrum illud

formi-

munita respuit. Matrem persequitur Michael Imp. Funestus imptij Michaelis interitus. formidabile repræsentabat, ludens (vt dici solet) in ijs, quæ ludum iocumque non admittunt, & ridens in minimè ridiculis. Ita viuentem Michaelem mater videns, & Imperatorem Romanũ factum esse ludricum, totis visceribus & animo commouebatur, eumq; verbis castigabat, corrigebat, exhortabatur. Sed (quod prouerbio dicitur) cum mortuo colloquebatur, & admonitiones apud surdum cantillabat, ac tandem mater à filio regia expellitur, Basilius vero postea ad Imperium prouectus, cum Michaelem ceu vinosum ac temulentum damnasset, gladio viscera eius ad D. Mamantis edem, vt Glycas commemorat, traiecit. Talem impius ille tremendorum mysteriorum prophanator sortitus est exitum, matris persecutor, Dei contemptor, Imperij dissipator, à talibus viperis venenũ suum mutuantur aspides nostrorum sacramentariorum: sicque fere accidit, vt qui sunt sacrilegio pares, morum turpitudine sint similes.

II. *De quibusdam laicis Missæ sacrificium per ludibrium celebrantibus, eorumque diuina vltione.*

Ex libello German. Coloniẽsi. 1574 ex eusso, Bredẽb li. 1 Coll. 1. c. 60 VErissimis ac fide dignissimis testibus narratum, ac literis mandatũ legimus, anno Domini 1574. in Autumno, ciuitate Hollandiæ Gouda cõtigisse, vt Catholicus quidam ciuis grauiter decumberet. Irriserunt eum quidam Caluinisticę sectæ, dictitantes per ludibrium, leuius & facilius eum desungi posse, si Missam prius audiuisset. Nec mora, quidã ex illis, Hermannus Aldarech, profert habitum sacrũ, quo Ecclesia Catholica in tremendis mysterijs vti cõsueuit, eodemq; induitur. Paratur mensa, expediuntur cætera, quæ in sacris mysterijs vsurpari consueuerunt: adest subornatus Diaconus & Subdiaconus. Canitur Introitus, & quædam aliæ preces, vsurpantur omnes pæne per ludibrium cærimonię Ecclesiasticæ. Vbi peruentum est ad canticum, Agnus Dei, ecce festinus accurrit minister sacrificãtis, exponit vxorẽ eius coarctari doloribus partus. Ille sacrificium sine cauda & sale offerens non sustinuit eo persistere, donec abs[o]lueret, sed protinus excusso habitu, Missaque facta (vti aliquando ad D. Ioan. Voss. Altenanum, Melanchthonem dixisse ex ipso Altenano intellexi) sese festinus domum proripuit. Inter eundum nũtiatur ei, vxorem duos gemellos enixam. Faustum hoc nuntiũ: mox vt domum ingressus est, cõuertitur in luctum; vterque enim filiolus extinctus est. Vxoris deinde cubiculum ingressus, eam cum morte confligtari, & paulo post defungi videt. Ipse quoque postridie peste corripitur, cum omnibus, qui vel ministerio, vel cantu, immo etiam sola præsentia sacrificio, vel tacitè vel expresè suffragati erant, omnesq; eadem lue moriuntur. Catholicus vero ex infirmitate decumbens conualuit.

III. *De insigni miraculo, quod pueris Apamiensibus contigit, qui ruri verba consecrationis protulerunt.*

NArrauit nobis Gregorius Aphricanæ Prouinciæ Præfectus, fidelis vir, & Monachorum & pauperũ amator, bonisque omnibus semper congaudens: In Prouincia, inquit, mea (erat Apamiensis secundæ Syrorum Prouinciæ, ex oppido, quod dicitur Torax) ager est ab vrbe quasi quadraginta millibus distans, qui Gonagus dicitur: in hoc, siue in eius finibus, pueri pascebant pecora: & vt solet pueris contingere, puerili consuetudine voluerunt ludere. Cumq; luderent, dixerunt ad inuicem: Venite, celebremus Missam, & offeramus sacrificium & communicemus, secuti semper in sancta ecclesia presbyter facit. Quod cum placuisset omnibus, constituunt ex eis vnum in ordine presbyteri, duosq; alios pueros in ministrorum officio, veniuntque ad saxum quoddam (erat enim in planitie:) ac supra saxum in morem altaris apponunt panem, & vas testeum cum *Ioannes Moschus curatus Prati spiritualis ca. 196. Bred. li. 1. c. 64.*

vino.

vino assistuntq. vnus quidē corā altari, qui fungebatur officio presbyteri, medius; duo vero alij hinc, atq; hinc, veluti ministri. Et ille quidem sanctæ oblationis verba dicebat; illi vero fasciolis, quæ ferebantur, pro flabellis vtentes, auram faciebant: qui vero presbyteri fungebatur officio, ideo sanctæ oblationis verba sciebat, quia consuetudo fuit in ecclesia, vt pueri in Missis ante sacrarium assisterent, primique cum Clericis communicarent sanctis Christi Dei nostri venerādisque mysterijs. Quoniam vero quibusdam in locis alta voce consueuerunt presbyteri sancti sacrificij orationes pronuntiare, pueri, vt propius adstantes, sæpius eas audiendo didicerant. Cum igitur omnia secundum Ecclesiasticam consuetudinem fecissent, priusquam panes frangerent ac communicarent, ignis cælitus delapsus, quæ proposita erant, consumpsit omnia, saxumque totum combussit, ita vt nihil omnino, neque saxi, neque eorum, quæ fuerant proposita, relinqueretur. Hoc repente factū cum pueri vidissent, in terram omnes præ timore corruerunt, ac diutiùs semiuiui permanserunt, neque erumpere vocem, neque de terra surgere valentes. Cum vero non redirent domū hora, qua consueuerant reuerti, sed pauidi in pauimento iacerent exierunt parentes eorum, vt viderent, cuius rei gratia consueto legitimo tempore nō reuertissent. Egressi autem pueros omnes humi iacentes inuenerunt, neque agnoscentes aliquos, neque loqui se alloquentibus valentes. Parentes itaque semiuiuos eos adspicientes, vnusquisque filium suum assumentes domum retulerunt, videntesque pueros in huiusmodi excessu diutius durantes, mirabātur nimium causam, stupores eorum omnino ignorantes, nec discernere valentes, sæpiusque illos per totum diem interrogantes, responsum nullum ab eis accipere potuerunt & quæ illis acciderant, scire omnino nequiuerūt, donec dies illa, & nox tota præterijt. Tunc enim & pueri paulatim in seipsos reuersi cuncta illis retulerunt, quæ gesta fuerant, & quæ illis contigerant. Assumentes vero parentes suos, & loci ipsius omnes habitatores, egressi sunt, & locum eis ostenderūt, in quo mirabilia ista contigerant, vestigia quædam elapsi ignis indicantes. Audientes vero quæ facta fuerant, & ipsis indicijs rerum admoniti, in ciuitatem cucurrerunt, cunctaque Episcopo ciuitatis nuntiarunt. Qui perculsus magnitudine & nouitate miraculi, cum omni clero festinus accurrit: vidensq; pueros, & rursus ab eis quæ euanuerant audiens, & cælestis ignis vestigia intuens, pueros quidem omnes continuo in monasterium immisit, locum vero monasterium fecit latissimum, supra locum autem ignis ecclesiam construxit, & sanctum erexit altare.

IV. *De funesto interitu cuiusdam hæretici contumeliosi in tremendum Missæ sacrificium.*

Contigit prope ciuitatem Hardervvicum, Catholicum quendam in die Cinerum agere in diuersorio inter hæreticos; qui cum ientaculum sumerent, & Catholicum inuitarent, vt cum ipsis ientaretur, isq; antiqua ieiunij religione ductus renueret; illi hominem dicterijs & cōtumelijs exceperunt, dictitantes; si factum audisset, iā faciliorē fore ad ientandum. E uestigio quidam ex illis prosiliens; Ego, inquit, operā hanc illi præstitero, arreptumq; orbem mensarium eleuauit in despectum tremendi sacrificij SS. Eucharistiæ moxque eleuata in altum brachia obriguere, vt ad se reducere non posset; pauloque post in eodem loco exspirauit. *Tilm. Bredeb. l. 7. Coll. sac. c. 63*

V. *De præcone Euangelico in Ecclesiæ Catholicæ cæremonias, & eleuationem SS. Eucharistiæ contumelioso, eiusque diuina vltione.*

Anno Dnicę incar. 1578. Siluę ducis Brabanię cōtigit (sicut à viro admodum *Idē ibid. cap 6.*

dum fide digno, qui id temporis Siluæ ducis fuit, accepimus) vt quidam nouorum dogmatum præco in ecclesia parochiali D. Petri Apostoli concionaretur: qui cum inter cætera eleuationē SS. Eucharistiæ miris cachinnis & contumelijs exagitaret, aliasque Catholicæ Ecclesiæ cærimonias effreni verborum petulantia proscinderet, mox in ipso suggestu inter ipsa profanæ sermocinationis ludibria diuinitus morbo corripitur, animamque non multo post exhalat, & clam à suis sepelitur.

VI. *De vindicta diuinitus irrogata cuidam Lutherano fœdè se gerenti in tremenda Missæ mysteria.*

Stanislaus Rosci. l. 2 vita Cardinalis Hozij cap. 20.

CVm Petrus Phaem, Germanus, Societatis Iesu Sacerdos, in ciuitate Elbinga, vbi concionabatur contra Lutheranos, aliquando celebraret, & sacram Eucharistiam eleuaret, ausus est homo quidam turpissimus, depositis in medio templo caligis (ò mores Lutheri cacangelo dignissimo?) obscenissimas corporis sui partes (quæ nisi tegantur etiam in occulto, apud homines honestos turpe ducitur) altare versus exponere. Sed audaciam hominis secuta est vltio diuinitus irrogata: nā illico in eodem loco concidit, cum pes vnus cespitasset, sociorumq; manibus in proprias sedes deportatus graues pœnas suæ in Deum contumeliæ persoluit.

VII. *De vltione diuina in militem loci sacri, vbi Missa fiebat, profanatorem.*

Ex Annal. Societ. an. 1594. Colleg. Taur. Prou. Medic.

HÆreticus militum præfectus, cum Profligato per duellum exercitu, Secusio recederet, in templum sancti Lazari non longè dissitum secessit, ibique in contumeliam religionis Catholicæ ad altare ventris onus egessit; sed diu non tulit facinus impune. Digredienti ab arce sclopus cor impio homini è medio pectore auellit.

VIII. *Prohibentur laici sacrosanctam Eucharistiam administrare.*

PEruenit ad nostram notitiam, quod quidam presbyteri in tantum parui pendant diuina mysteria, vt laico aut fœminæ sacrum Domini corpus tradant ad deferendum infirmis: & quibus prohibetur, ne sacrarium ingrediantur, nec ad altare appropinquent, illis sancta sanctorum committuntur. Quod quam sit horribile, quamque detestabile, omnium religiosorum animaduertit prudentia. Igitur interdicit per omnia Synodus, ne talis temeraria præsumptio vlterius fiat, omnimodis Presbyter per semetipsum communicet. Quod si aliter fecerit, gradus sui periculo subiacebit.

Burcha. Episc. lib. 5. ca 30. ex Concilio Remē si, circa an. 874.

TIT. XXX. De Angelis tremendo Missæ sacrificio adstantibus.

EXEMP. I. *Tempore sacrificij Missæ præsens est Angelorum multitudo magna.*

CVm sacerdos Spiritum sanctum inuocauerit, sacrificiumq; horrore ac reuerentia plenissimum perfecerit, communi omnium Domino manibus assidue pertractato, quæro ex te, quoto illum in ordine collocabimus? quantam autem ab eo integritatem exigemus? quantam religionem? Considera enim; quales manus illa administrantes esse oporteat: qualem linguā, quæ verba illa effundat; qua denique re non puriorem sanctioremq; esse cōueniat animam, quæ tantum illum, tamq; dignum spiritum receperit. Per id tempus & Angeli sacerdoti assidēt, & cælestium potestatum vniuersus ordo clamores excitat, & locus altari vicinus in illius honorem, qui immolatur, Angelorum choris cinctus est. Id quod credere abundè licet vel ex tāto sacrificio, quod tum peragitur. Ego vero & commemorantem olim quendā audiui, cum diceret senem quendam, virum admirabilem, ac cui reuelationum

D. Chrysost. lib. 6 de sacerd.

num mysteria multa fuissent diuinitus detecta, sibi narrasse, se tali olim visione dignum habitum à Deo esse, ac per illud quidem tempus derepente Angelorum multitudinem conspexisse (quatenus aspectus humanus ferre poterat) fulgentibus vestibus indutorum, altare ipsum circumdantium: deniq; sic capite inclinatorũ, vt si qui milites præsente Rege stantes videãt.

Visũ de Angelorũ præsentia.

Ibidem. Recte cõmunicãtium corpora ab Angelis deducuntur in cælum.

Item & alius quidã mihi narrauit, non ille quidem ab alio edoctus, sed dignus habitus qui & vidisset ipse, & audiuisset, quod qui de vita hac emigraturi sunt, si mysteriorum huiusmodi cum pura ac munda conscientia fuerint participes, spiritum efflaturi, ab Angelis, illorum corpora satellitum more stipantibus, propter assumptum illud sacrum hinc rectà in cælum deducantur.

II. *Christum in Eucharistia adorant Angeli.*

Idẽ Chrysost. homil. 63. ad pop. Antio. et ho. 3. ad Ephes.

Cogitemus, quod illum sursum sedentem qui ab Angelis adoratur, hunc degustamus. Considera quæso, mensa regalis est apposita, Angeli mensæ ministrantes, ipse Rex adest, & tu adstas oscitans? Sordescunt tibi vestimenta, & nihil est tibi curæ. At pura sunt; igitur adora & communica. Dũ profertur sacrificium, & Christus immolatur & ouis Dominica: cum audieris, oremus omnes communiter, cum vela videris detrahi, tunc supernè cælũ aperiri cogita, & Angelos ascẽdere.

III. *Diuinis adstant mysterijs Angeli splendidissimis, pretiosissimisque vestibus amicti.*

Ex Nilo Abb. in epist. ad Anasta. Epis. Baro. to. 5. Annal. an. 407. Missæ cũ celebra c

Ioannes Chrysostomus sacerdos admirandus ecclesiæ Constantinopolitanæ, immo vero totius orbis splendor, vir animi perspicacis, omni fere tẽpore videbat domum Domini refertã Angelorum cœtu, & tunc in primis, cum diuinum & incruentum sacrificium offerebatur. Quo quidem tempore stupore & lætitia plenus, rẽ præcipuis amicis spiritualibus priuatim enarrauit. Cum cœpisset, inqnit, sacerdos sanctum sacrificium seu oblationẽ facere, plurimæ statim ex illis Virtutibus è cælo descẽdẽtes stolis indutæ splẽdidissimis, nudis pedibus, intentis oculis, pronæ altari magno cum silentio & reuerentia, quoad venerandum illud mysterium expletum fuit, circumstetere runt. Deinde huc illuc singulę per totã domum diffusæ, Episcopis, Presbyteris & Diaconis distributionem corporis & prætiosi sanguinis ministrãtibus adhæserunt, satagentes, & sedulo adiuuantes.

rit Angeli visi assistere. Angelorũ in corporibus assũptis reuerẽtia in Missa.

IIII. *Euthymius vidit sæpe Angelorum turbam vnà secum Deo sacrificantem.*

Ex Cyril lo Erem. in vita S. Euthymij loã. Garettus Cent. 6. ante an. 503. Missa incruẽtum sacrificium.

Ex hominibus excessit quidã Theodosius, à Ruba vero ad Lauram redit magnus Euthymius; & aliquando quidem vna sabbathorum, ille quidem Deo ministrabat, & ei incruentũ obtulit sacrificium: Domitianus autẽ adstabat ad dexteram cum mystico illo ventilabro, cum iam esset peragẽda ter sancti glorificatio. Terebonque Saracenus, & Chrysippi frater Gabrielius, alter quidem prope, alter vero stans intra aram, ò magnam Christe tuam in Euthymium gratiam? vident ignem veluti in quodam diffusum linteo desuper descendentẽ, qui in etiam ipsum Euthymium, & cum eo Domitianum intus complexum, sit circa ipsos permansisse ab initio ter sancti vsque ad completum ministerium. Terebon autem metu correptus, & exterritus ab ara recessit: & nõ amplius audacter & temere ingressus est adyta, sed in templi constitit vestibulo, cũ magna in synaxim reuerentia, vt mihi postea narrauit Cyriacus Anachoreta, qui hæc audierat à Terebone & Gabrielio, qui viderunt. Aiunt vero eum quoque aliquando dixisse Fratribus quibusdam, qui cum eo seorsim versabantur, quod sæpe videret terribilem Angelorum visionem vna secum Deo mini-

S. Euthymius vidit sæpe Angelos secũ Deo sacrificantes.

ministrantem, & sacra contrectātem, & quod in Dominici corporis sumptione, aliquos quidem ex ijs, qui accedebant, videret illuminari, aliquos autē veluti obscurari, & morte affici quicunque scilicet erant indigni ea luce.

V. *De quodam Abbate simplice, qui cum Sacramentum offerret, Angelos videbat, & cur ab ijs monitus.*

Sophron. Prati spi rit. c. 199 NArrauit quidā Patrum, quod senex quidam mundus & sanctus existens, cum offerret Sacrm, videbat Angelos sibi dextra, læuaq; assistentes. Porro hic ab hæreticis consecrationis ritum perceperat, & veluti simplex, & rudis diuinorum dogmatum, qn̄ offerebat, in simplicitate & innocētia, dicebat quæ nō decebant secundum rectam fidem, ignorans, quod falleretur. *Simplex quidā sa crifican do Angelos videt. Formam consecrationis cer rum; ens monetur et à Dia cono & ab Ange lis.* Per diuinā igitur dispensationem perrexit ad eum Diaconus quidā peritissimus diuinorum dogmatum. Cōtigit autem sanctum senem præsente illo sacrificium offerre. Dixit autem ei Diaconus; Verba quæ in offerendo dixisti, rectæ fidei non sunt, sed hæreticorum, & prauæ opinionis hominum. Senex autem confidens, qm̄ videbat Angelos dum offerebat, non intendit his quæ dicebantur à Diacono, sed cōtempsit. Diaconus autem persistebat dicēs: Falleris, Abba: nō enim admittit fides Catholica ista, quæ dicis, neque mater Ecclesia. Cum autem videret Diaconi cōstantiam in se arguendo senex, atque in oblatione salutari sanctos Angelos, vt cōsueuerat, intueretur, ait eis: Diaconus iste mihi hæc, & ista dicit, quomodo se habet veritas? Dicunt ei Angeli; Ausculta ei, nam vera loquitur, & rectè illa prosequitur. Dixit autem eis senex: Quare vos non dixistis mihi? Dixerunt autem illi Angeli: Deus ita disposuit, vt homines corrigantur. Aduertendum autem hic est, hunc simplicem Patrem potius ex Dei misericordia, quam ex vi illorum verborum sacram Eucharistiam confecisse, ni illa formam corrumperent.

TIT. XXXI. Vt Angeli sancti sacerdoti celebranti aliquando ministrent.

EXEMP. I. *S. Osvvaldo Episc. sacrificanti adest Angelus, eiq; ministrat.*

CVm B. Osvvaldus Episcopus Vvigorniensis adhuc iuuenis in Floriacensi Monasterio monasticam vitā sāctissimè coleret, iuxta locum, in quo orare solebat, crypta quædam erat, ad cuius fores duodecim pauperes quotidianum victū à monasterio percipiebant; atq; ex ijs vnus S. Osvvaldo sacras hostias offerēti ministrabat. *In vita ei⁹ apud Sur. c. 16 Octo. 15. circa an. D. 1170.* Quadam ergo die, cū vir sanctus post Euangelium recitatum oculis in cęlum erectis oraret, minister eius vidit reuerendi vultus personam, candidissimū panem, sed exiguum, inter manus, quas vsq; ad caput suū porrectas habebat, digno cum honore tenētem. Ea visione licet mirè perterreretur, sustinuit tn̄, nec subitam arripere fugam voluit. Sed cum eundem panem cum Sacerdotis in Missa processu paulatim crescere, atq; ad insolitam molem prouehi cerneret, vltra illic hærere nō ausus extra ostium aufugit. Itaque solus remansit Osvvaldus presbyter, & qui videbatur, à dextris ei assistens Angelus eius. Interim minister identidem caput ostio templi inserens, quid circa altare gereretur, trepidus explorabat: cumque seruus Dei; Per omnia sæcula sæculorum, & quædam alia pro consuetudine diceret, nec ille respondere auderet, audiuit Angelum ad singula respondentem, eique officiose ministrantem. Peracto sacrificio, minister introspiciens, & Angelum iam videns, trepidus ad virū Dei accessit, causam fugæ suæ exposuit, sciscitans ab eo, nū ipse quoque Angelum vidisset. Tum ille: Equidem vidi, inquit, & audiui ea, quæ dicis. Sit benedictum nomen omnipotentis Dei, qui me tua opera destitutum, in sacro ministerio suo nō deseruit. Interdixit autem ei, ne, dū esset in viuis, cuiq̄ eam visionē aperiret.

II. Diuo

II. *Diuo Gregorio Magno, sacris operam nauanti respondent sancti Angeli.*

Io. Diacon. in vita Gregor. Mag.

CVm aliquando die Paschæ in ecclesia sanctæ Mariæ maioris Gregorius primus Pontifex maximus celebraret; & [Pax Domini sit semper vobiscum,] dixisset, Angelus Domini alta voce respōdit; [Et cum spiritu tuo.] Propter quod Papæ ipsa die ibidem celebranti, & Pax Domini &c. dicenti nihil respondetur.

III. *Angelus Domini Proculo Episc. sacris operam danti opitulantur.*

Petrus Episcop. Aquilinus libr. 2. Catal. Sanct. c. 15.

PRoculus Episcopus & martyr è Syria Romam venit tempore Iustini Imper. totamque Romanam prouinciam percurrens Christum prædicabat, miraculis ac vitæ sanctitate refulgens is cum die quadam rem sacram faceret præsente Valentino Episcopo Interamensi Angelus Domini acceptū de altari calicem in aera videntibus omnibus subleuauit, ac deinde in altari reposuit sanguine consecrato. Sanctus autem Presbyter de mādato Angeli sanguinem consecratum libauit.

IV. *Angeli laudāt Deū vna cū S. Gudvvaldo mysteria diuina tractante.*

In vita ei⁹ apud Sur. cap. 6 Iunij. Gudvvaldo sacrificanti apparent Angeli.

S. Gudvvaldus Archiepiscopus, vir sanctus solebat Missam quotidie celebrare. Quanta autem puritate se tanto ministerio præpararet, diuinitus reuelatum est. Ieiunijs, vigilijs, precibus præmissis, cum sacro altari virginitatis bysso & charitatis purpura adstaret indutus, atq. ad cælestia suspensus, cœli aperti sunt, & visio mirabilis ei exhibita est. Descendunt ad eum sancti Angeli, adstant consolationis gratia sacrificanti, tremendis intersunt mysterijs, vna cū illo laudes depromūt Deo cum ingenti reuerentia. Ille ceu splendida lucis columna stat sancta sanctorum tractans; agnū Dei immolans: iunguntur cælestia terrenis, terrena cælestibus, mortalibus immortales: pro tanta gratia diuinitus mortalibus collata immortales gratulantur.

V. *Fr. Ioanni Parmensi Franciscano sacra mysteria peragente ministrat Angelus.*

CVm Fr. Ioannes de Parma Ordinis S. Francisci Religiosus, sese Generalatu abdicasset, precibus cōtēdit, vt sibi à Generali, in locū eius suffecto daretur facultas petendi solitudinem Græccio in Prouincia Romana sitā, vt ibi à populi strepitu liberius Deo vacaret, vitaq; cœlestibus palē spiritibus traduceret. Cellæ eius, quā totos fere triginta annos inhabitauit, adiacebat, angusto quidē spatio delubrū, in quo sacris operabatur ministrante eiusdem Ordinis nō vulgaris pietatis Religioso. Factum est autē, vt hic diuturnioribus antelucanis precationibus fatigatus, ita somno oppressus iacuerit, vt hora etiā ministrandi sacro proxima nihilominus cōsopiretur. Interea vir sanctus ministrum perquirit, nec reperit; sacris se accingit peragendis, spe ministri proximè more suo vēturi. Hora cōstituta aderat, nec cōparebat Frater; adest Angelus, & fit minister, vultu ac veste referens Religiosum. Sacrificio ad finē perducto, adhuc quiescens Frater in somnis se à Fr. Ioanne accersitū percipit. Excitatur, Sacerdotem adit, & ait; Placetne, Pater mi sacrum facere? Tum vir Dei cognouit, Angelum, non Religiosum, sacro ministrasse. Ex to. 2. Chronic. Fr. Minorum l. 1. cap. 57.

TIT. XXXII. De Missa pie & frequenter audienda.

EXEMP. I. *Quam sit vtile & summè expediens rem sacram sæpius deuotè frequentare.*

Ex Aenea Sylvio Iulio Mazarin. Societ. Iesu in Ps. Miserere.

AB Ænea Syluio, qui postmodū Papa factus Pius II. dictus est, ad hanc rē exemplū de nobili quodā Illyrico refertur. Hic enim cum assidua & valida admodū tentatione ad suspendium agitaretur; adeo vt cū Iob dice-

Iob. c. 7. Lib. 22. de ciuit. cap 8. re posset; [Elegit suspendium anima mea,] post varios conflictus, & mille attentatos modos, tandē piū quēdam Religiosum pro efficaci remedio cōsuluit. Qui vbi narrantem suā miseriā audiuit, statim fraudem & artem diaboli agnouit, ac memor quod quidā discipulus S. August. ad instantiā cuiusdam noīe Hesperij Missam celebrans dæmones è domo, quā insederant, fugasset, nobili illi consuluit, vt singulis diebus Missam audiret. Placuit ei cōsiliū, & electo aliquo Sacellano prōptè idē executus est, & à molesta illa tentatione liberatū se sensit. Contigit autē postea Sacellanū ad prouincias amici sui in viciniam euocari; & hac occasione Missam dñi sui negligere; qui licet eā audire optaret, nō potuit tñ alibi tā facile inuenire, ideoq; ad locū illū vicinum cōtendit; sed tarde incedēti, passionibus & cogitationibus æqualiter onerato rusticus quidā occurrit; qui cū eum cogitabundum ac timidum aduertisset, rogauit, quò tenderet. Eo autem respondente, se Missam quærere, subiunxit alter: Frustra itaq; progrederis, iam enim dicta est. Quod responsum adeo melancholiam nobilis istius concitauit, vt prostrato vultu se ad pedes rustici abiecerit; qui attonitus ac ridens ei dixit: Tu mihi sagum tuū da, & ego omne meum meritū, quod audiendo sacrum adeptus sum, transferā: Placuit nobili conditio; & permutatione facta, plenus gaudio & deuotione ad ecclesiā abijt. Rusticus nouo lucro lætus simul cum sago tentationem illam diabolicam induit, quæ nobilem illum exagitare solebat: adeoque in eo vehemens & efficax fuit, vt eodem mane cum laqueo vitam suam finire coegerit. Quem reuersus ab ecclesia nobilis in via suspensum reperit, & diuina voluntate suspendij causam intellexit, ideoque consilium illud religiosum approbans, in solita sua deuotione progressum fecit, ac obtentam iam animæ serenitatem & pacem eodem modo conseruare conatus est.

Meritū vnius alteri applicari potest.

II. *Aulicus adolescens supplicio ignis innocenter afficiendus, audiendo sacrum liberatur.*

Rem maximè cognitione dignam, quæ in vita S. Elisabeth Reginæ Lusitaniæ scribitur, hoc loco silentio nō inuoluā. Habebat hæc Regina puerum oībus virtutibus ornatum, & præsertim fidelitate, per quē eleemosynas faciebat; aliū quoq; perditis moribus habebat, qui de hoc studioso puero ea ad Regē detulit, vt ipse Rex eum interficere decreuerit. Ex quo iussit cuidā calcis artifici, vt cum tali die & hora ad eum misisset quendā puerum, eū in calcariæ ignis medium proijceret. Puerum igitur die & hora dicta illuc misit. At cum solitus esset in ecclesiam ingredi, cum campanæ sonitum audiebat, qua significabatur hostię ad populum ostensio, & ibi permanere vsq; ad finem tñ spatium in nonnullis ecclesijs consumpsit, ita Deo disponente, vt hora data præterierit. Tūc Rex rei exitum cum scire vehementer desideraret, alium puerum misit, qui fuerat calumniator, ad calcis artificē, sciscitatū, num perfecisset quod à Rege sibi impositum fuerat. Ille autē hunc esse puerum existimans, de quo Rex locutus erat, in cōplexu cepit, & in calcariam proiecit. Hoc modo summ⁹ ille Iudex innocentis causam tutatus est, & reum debito supplicio affecit, & in eū illud malum conuertit, quod ipse alijs moliebatur, vt facere solet. Hoc casu Rex veritatem agnouit, & pœna huius tam inopinari exitus alterius pueri innocentiam, & alterius improbitatem cognouit. Hoc non vt miraculum, sed vt historiam cognitione dignam narraui.

Ex 2. p. Chronic. Frācisc. l. 8. c. 28 §. 1. Catechismi Lud. Granat. l. 2. c. 27. parag. 10.

III. *De pietate Alphonsi Regis in rē sacram, aliasque res diuinas.*

Alphonsus Siciliæ atq; Aragoniæ Rex virtutum oīum viua quædā imago, tū maxime religione, idest, vera illa sapientia, qua potissimum à brutis animalibus distinguimur, alijs lōgè supe-

Anto. Panorm. in proœmio lib. 4. de Gest. Alph. Reg.

superior atq; celebrior fuit. Christum etenim verũ & singularem Deũ sibi colendum vnicè delegit, sanctissima eius mandata ac præcepta custodiens, neq; remorabantur eũ ardua, vt sunt Regũ negotia, quin quotidie diluculo surgẽs orationes, quas vulgo vocant horas, in interiore sacello genuflexus cum gemitu ac suspirio ad Deum ipsum effunderet. Inde in tẽplũ prodiens iã die lucescente, Missas (sic.n. mysteria diuina vocamus) admirãda deuotione quotidie audit & videt: ieiunia oĩa nobis indicta inuiolabiliter obseruat. Mariæ Virginis vigilias, & quæ septẽ gaudia appellant, aqua dũtaxat & pane solo traducit nõnunquam nec pane aut aqua libata. Veneris præterea ac Sabbathi quoq; die, in Christi Saluatoris, ac Virginis Mariæ reuerentiã ieiunio affligitur: cumq; sit ipse in vestitu, cæteroq; corporis cultu moderatior, in extollendis tñ, exornandisq; sacerdotis atq; aris, oẽs oĩum, qui vnquam fuerunt aut sunt, cultus, & elegantias excedit, auro, gemmis, margaritis, vnionibus immensi pretij oĩa collucẽt ac micãt. Qui vero musica in tota Europa insignes habebantur, ingenti mercede accersebantur, quotidieq; in tẽpli choro Dei & Sanctorum laudes, diuinaq; officia concinentes audiebantur, lenta & hebetia corda, si quæ adessent, ad Dei amorem excitantes, excitata iam incitantes & inflammantes.

Pietas Alphõsi Regis erga rem diuinã.

IV. *Comes Castellæ visus est in pugna vexillũ prostrauisse, & solus victoriã contra Mauros obtinuisse, cũ tamẽ in ecclesia plures Missas audiret.*

Ex hist. Hispan. Ioã. Osorius to. 4. conc. de sacrificio Missa.

ALiud exẽplum in Hispanorum historia propositum de beneficio his cõcesso, qui Missæ sacrificio deuotè inter sunt, non reticebo. Erat comes Castellæ Garsias Ferdinãdez fili[9] insignis Comitis Ferdinãdi Goncalez in oppido, qđ nuncupatur Stantistenã de Garmaz. Venit cõtra eũ Rex Cordubæ nomine Almãcor cum ingenti Maurorũ exercitu. Decreuit vero Comes Castellæ in crastinũ pugnã inire cũ Mauris. Sũmo ergo mane Comes cũ suis sacro audito in pugnã prodiere. Sed ĩter nobiles milites quidã erat, q̃ dicebat' Pascual Viuas, cui tãta inerat à multis annis affectio ad Missę sacrificiũ, vt cũ semel ĩ ecclesiã intrasset, ab ea nõ exiret, donec oẽs Missas, q̃ in illa celebrabantur, audiret. Hic ergo solus armis circũdatus in ecclesia, q̃ duo Martino sacra erat, mãsit, donec octo Missæ celebratę sunt; is enim numerus sacerdotũ Religiosorum in ea erat domo. Minister vero eius ante ecclesiæ ianuã erat tenens dñi sui equum, lãceã & scutum, & incusabat dñm, quod ad pugnã nõ prodiret. Reportata insignis victoria à Mauris est: sed oĩbus visum est, solum Pascualẽ Viuas eam obtinuisse, qa ille vexillum Maurorum prostrauit, & antesignanum eorum occidit, & plurimos alios, ita vt ei soli victoria tribueretur, cũ ille ĩ ecclesia fuisset, nec pugnasset, pugnauit vero eius loco Angelus Dei in eius figura. Parta victoria Comes Castellæ accersiri iussit Pascualem Viuas, vt ei gratias referret pro obtenta victoria. Ille vero in ecclesia erat, nec p̃ pudore ad Comitem venire volebat. Adductus tandem est, apparueruntq; in armis eius & equo, ictus & vulnera, quæ visa fuerant in eo, qui eius persoñã susceperat in prælio. Ex quo oĩbus manifestum factum est, propter viri illius singularem deuotionem ad Missæ sacrificium, Angelũ loco illius pugnasse, ac hostes profligasse, quia tunc penitus deuicti Mauri fuere, cum octaua Missa finita fuit. Sicut ergo audiente illo sacrum, Angelus eius personam suscepit, & melius pugnauit, quã ille pugnasset, ita audiẽte te deuotè sacrum, Angel[9] negotia tua geret, melius q̃ tu.

V. *Quam sit sanctum & meritorium quotidie Missam audire.*

THomas Cantipratanus B. Thomæ Aquinatis condiscipulus narrat de quodã Andrea Daco, qui Ierosolymis cum esset peregrinus, & rediturus cũ

Tho. antip. l. 2. Ap. c. 40 parag. 3.

 socijs

ſocijs ciuibus ſuis, noluit cum illis ante Miſſæ auditionem inde diſcedere: ſed illis abeuntibus reſtitit in eccleſia: & poſt Miſſam, cum properaret, vt ſe illis aſſociaret, equiti occurrit inuitanti, vt in equi clunes aſcẽderet. Vbi obdormiſcens ſe eſſe in patria & ante fores paternas euigilans reperit eodem die. Cui ductor valedicẽs ſignificauit, hoc illi beneficium collatum ob religionem in audienda Miſſa.

Miſſam audire quã meritoriũ.

VI. *Eques nobilis; qui Miſſæ intererat, videtur in torneamento pugnare, & vincere.*

Cæſar. li. 7. Mira. cap. 39.

CÆſarius narrat de equite nobili, cui Vvalterus de Birbach nomen erat, qui quotidie Miſſam audiebat, etiam quo die pugnaturus erat in torneamẽto. Quam dum audiret, inchoato torneamento, viſus eſt ipſe pugnare ac vincere, cum tamen ipſe Miſſæ intereſſet eadem hora, & licet eſſet in ſtatu peccati, tamen Deus remunerabatur honore temporali bonum opus Miſſæ audiendæ.

VII. *Elzearij Comitis familia Miſſam quotidie audire cogitur.*

Auctor vita eius c. 18. apud Sur. 27. Septẽbris.

Familia optimè inſtituta.

SAnctus Elzearius Comes Ariani, qui continentiſſime per totam vitam cum Delphina coniuge vixit, rebus diuinis ita addictus erat, vt nõ cõtentus eſſet ipſe quotidie Miſſæ ſacrificio præſto adeſſe, ſed etiam familiã ſuã vniuerſam curabat vnam ad minimũ, nullo intermiſſo die, integram audire.

VIII. *Pietas & religio Vvenceſlai Regis erga ſacrificium Miſſæ.*

In vita eius.

SVvenceſlaus Boemorum Rex non cõtentus erat Miſſæ ſacrificio quotidie præſto adeſſe, ſed etiam meſſis & vindemię rpe, oblitus quaſi dignitatis ſuę, metebat, & vindemiabat, quę pro ſacrificio Sacerdotũ manibus afferret.

IX. *Staniſlaus Hoſius lecto licet affixus, exurgebat tamẽ, vt ſacrũ flexis genibus in loco deſignato audiret.*

Staniſlaus Reſcius lib. 3. vita Hoſii c. 19.

STaniſlaus Hoſius Cracouiẽſis Epiſcopus, magnus veritatis aſſertor, Miſſæ ſacrificium quotidie per omne vitæ ſuæ tempus vel offerre: vel offerentem Sacerdotem aſpicere conſueuerat, adeo vt ne quidem in magna corporis debilitate & languore à veteri ſuo inſtituto recedendum putaret. Et cum domi, obtenta in loco priuato celebrandi facultate, ſacrificium offerretur, adduci nõ patiebatur, vt vel medicorum conſilijs, vel amicorum precibus, languens & exhauſtum, atq; deficiens corpuſculum in lecto contineret; ſed ad locũ, vbi Miſſa fiebat, ita vt poterat, ſecedebat. In quo genibus flexis, & manibus in cælum eleuatis, vim lacrymarum profundens, Domini miſericordiam tota mentis animiq; contentione implorabat. Cum vero à quodam ex ſuis moneretur, vt in ſella potius ſedens, quam in genua prouolutus, & in pectus incumbens offerentem Sacerdotem aſpiceret, paulo concitatius & præter morem reſpondit: Ne me, inquit, facias delicatulum: ſic par eſt, vt ego, quem debeo cultum & reuerentiam, Deo meo exhibeam. Suadentibus etiam amicis & domeſticis, vt in lectulo ſuo diuinum Miſſæ ſacrificium audiret, cum quadam ignorantiæ & incogitantis conſilij exprobratione reſpondens; Minimè conuenit, inquit, vt ad cibum ſumendum è lectulo ſurgam, ad Deum laudandum proſtratus in lectu iaceam.

X. *Sacrum quotidie audiendum, nec facile interrumpendum, Thomæ Mori exemplo docemur.*

Tho. Slapleton. in vita eius cap. 6.

Tho. Mori pietas.

THomas Morus, martyr regni Angliæ Cancellarius, quod ad Dei cultum attinet, religioſam pene vitam ducebat: ſingulis diebus ante alia negotia quæcunque (ſtudijs interdum valde matutinis exceptis) ſacrum audiebat. Quod quidem quotidianum penſum ita defixum habebat, ſtrictèque obſeruabat, vt à Rege ipſo forte

acceſſi-

Sacrum integre audiendum.

accerſitus quum ſacro audiendo intenderet, ad Regem iterum & tertio vocatus venire noluerit, donec totum abſolutum fuiſſet: vocantibus & vrgentibus eum, vt relicto ſacro Regē accederet, reſpōdens: Se meliori domino obſequiū præſtare & perficere prius oportere. Quod memorabile factum plane ſimile eſt ei, quod Carolo Magno Imperatori exhibuit ſanctus Ludgerus primus Epiſcopus Monaſterienſis vir ſanctiſſimus. De quo ſupra par. 1.

X I. *B. Elizabeth cum maxima ſuiipſius abiectione Miſſæ ſacrificio intereſſe ſolebat.*

Theodoric⁹ Thuringus l. 2. de vita eius c. 11. Io. Garet. Centen. 13. ann. 1257.

CONſueuit beata Elizabeth ab adoleſcentia ſua cum humilitate maxima Miſſarū ſemper ſacris myſterijs intereſſe. Oculis namq; fidei excellentiam ineffabilem intuens Sacramenti, ad propriæ conditionis paruitatē reſpiciens, ornatum corporis exteriorē, capitis, pectoris brachiorum digitorum, cæterorumque membrorū intra Miſſę officium ſoluit, imminuit, inclinauit, vel penitus remouit. Hora vero Euangelicæ lectionis & Canonis, & qua Dominicum corpus & ſanguis immolatur à Sacerdote, & ſumitur, hanc humiliationem præcipuè ſtuduit exhibere. Flagrabat enim erga Sacramētum hoc feruore oium medullarū, ſtupore admirans grādi illā chariſſimā dignationem, & digniſſimam charitatem.

X I I. *Cur Symbolum Conſtantinopolitanum in Eccleſiis Catholicorum poſt Euangelium in Miſſa cantetur.*

Berno Augiēſ. lib. de rebus ad Miſſam ſpectantibus, apud Baron.ᵗ 11. Annal. an 1014. 5.

CVm Romanorū Presbyteri ab Hērico I. Imp. dū Romæ eſſet, interrogarentur, cur poſt Euangelium, vt in alijs Eccleſijs fiebat, Symbolum non canerent; Me, inquit Berno Augienſis, aſſiſtente audiui eos eiuſmodi reſponſum reddere, videlicet, quod Romana Eccleſia non fuiſſet aliquando vlla hæreſeos fæce infecta, ſed ſecundum S. Petri doctrinam in ſoliditate Catholicæ fidei permaneret inconcuſſa, & ideo magis ijs neceſſarium eſſe illud ſymbolum ſæpius cantando frequentare, qui aliquando vlla hereſi poluerunt maculati.

X I I I. *Vt ſoliti ſint olim Poloni gladium diſtringere, dum recitaretur Euangelium in Miſſa.*

Martin⁹ Cromer⁹ lib. 3 de rebus Polon. ad an. 999.

NOn videtur ſilentio prætereundū eſſe, quod ſub Mieſciſſa Polonorū Principe, qui regnauit triginta quinq; fere annis, honorificè Poſnaniæ ſepultus anno à Chriſto nato nongēteſimo nonageſimonono, inoleuit mos apud Polonos vt hoīes equeſtris ordinis in tēplis, dū Sacerdos apud altare ſtat, vnde recitaturus ſit Euangeliū, gladios mediotenus ſtringerent, quaſi profitētes Euangelij & Religionis defenſionem Choro autem reſpondente; Gloria tibi Domine, rurſus reconderent, Diuque hic mos manſit in Polonia.

X I I I I. *De ſilentio tempore Miſſæ ab aſtantibus ſeruando.*

Cæſar. lib. 9. Mirac. cap. 30.

REfert Cæſarius de monacho Ciſtercienſis Ordinis, qui in celebrāda Miſſa deuotè, eleuabatur à terra, ſed dū feſtinanter & ſine deuotione celebrabat, vel cum ſtrepitu circumſtantium impediebatur, ei gratia illa ſubtrahebatur. Vnde colligit auctor maximè prodeſſe deuotioni ſacrificantium ſummū in Miſſa ſilentium: Si enim Sacerdos legalis oraturus pro ſalute populi, ſolus ingrederetur ſancta ſanctorum, & oīs populus, vt de Zacharia legitur, foris eſſet expectās hora incenſi, ne orātē impediret, quāto magis ſacerdos gratiæ, qui non iā corruptibile pro vna gente ſacrificiū, ſed pro totius mūdi ſalute offert Deo Patri Filium, ſummā in altari pacē exigit & ſilentiū. Tū refert B. Ambroſium poſt Euangeliū monere cōſueuiſſe populū, vt à tuſſi & omni inquietudine ſe temperaret, ne quoquo modo Sacerdotē verba Canonis recitantē, & ſacrificium offerentē impedirēt. Hāc cōſuetudinē adhuc retinet Eccleſia Mediolanenſis tēpore ſolemni-

lemnioris Missę, in qua Archidiaconus ad populum conuersus ante Euangelij lectionem, voce contenta ex Ambone proclamat: [Silētium habete.] Cui respondit alius è choro: [Habete silentium.] Huius moris meminit, vt vsitatæ rei S. Isidorus in libro primo de ecclesiasticis officijs. Innuit & S. Ambrosius in præfatione psalterij, cum ait: Quantum laboratur in ecclesia, vt fiat silentium, cum lectiones leguntur.

S. Isidor. l. 1. c. 10. *S. Ambr. in praef. Psalterij.*

TIT. XXXIII. De ministro Sacerdotis in Missa.

EXEMP. I. *S. Iacobus Apostolus Stephano ministrante Eucharistiam conficere solebat.*

S. Iacobus Apostolus primus fuit Episcopus Hierosolymorum à B. Petro constitutus. Hic priusquam dispergerētur Apostoli & discipuli Dñi in orbem terrarum ad Euangeliū disseminandū, Hierosolymis Eucharistiam conficere solebat, illique S. Stephanus hac in re velut Diaconus ministrabat.

S. Ignatius id testatur ad Heronē Diaconū, cum scribet s. S. Stephanus Iacobo Apostolo in Missam ministrat.

II. *Diuus Thomas sacro suo peracto alterius etiam Missæ sæpe ministrabat.*

DE diuo Thoma Aquinate Doctore Angelico Ordinis Fr. Prædicatorū legitur, quod præcipua erga præstantissimum Eucharistiæ sacramentū deuotione afficeretur, soleretque quotidie Missæ offerre sacrificium, nisi aduersa valetudine esset impeditus. Nec hoc contentus, etiam alterius Fratris Missam auscultabat: cui etiam vt pluri mùm inseruiebat. In ipsa vero pretiosi corporis eleuatione, & ostensione ad astantes, legere solitus traditur illud ex Cantico SS. Augustini & Ambrosij: [Tu Rex glorię Christe: Tu patris sempiternus es Filius &c.] vsque ad finem.

Lau. Sur. in vita eius die 7. Mart. Lud. e Clitthe. conc. de S. Tho

III. *Hermannus quidam iam senex Missæ discit ministrare.*

FVit in ciuitate Svvollensi meo tempore (inquit Thomas à Kempis) ciuis quidam Hermannus de Geuet nomine, diues & honestus, pius & misericors super pauperes atque in hospitali S. Spiritus fidelis infirmorum & egenorum procurator. Hic quadam turbatione orta in ciuitate contra eum, & quosdam cōciues eius, confugit ad monasterium nostrum in monte S. Agnetis Virginis hospitandi gratia. Qui pro sua probitate, & mansuetudine susceptus est, & benignè tractatus cum multa charitate & fraterna beneuolentia. Modico autem tempore transacto, didicit Confiteor legere, & Sacerdoti ad Missam ministrare, licet iam senex esset; & litteras penit⁹ ignoraret. Quod cum tanta diligentia & deuotione fecit, vt alijs aliunde occupatis, sæpe bis vel ter vno die Sacerdotibus ad Missam libenter & alacriter ministraret. Siquidē Venerabili Patri nostro Vuilhelmo Vornikem tunc temporis Priori domus nostræ, spirituali amatori sanctæ Agnetis, frequenter inter summā Missam, choro canente, ipse retro in ecclesia superpellicio indutus magno cū affectu ministrauit. Nondum enim sua resignauerat; sed sicut hospes & amicus fidelis inter Fratres in ambitu claustri habitabat.

Thomas à Kemp. *p. 3. sermo. ad Nouicios exēpla 3.*

IV. *Quanti sit meriti, & præmij libenter sacro ministrare.*

S Mechthildis Virgo vidit animam cuiusdam conuersi in magna claritate, eo quod speciali deuotione, & diligenti studio, vbicunque poterat, ad altare seruiebat, & Sacerdotes cum omni ministerio prouocabat.

Ex li. 4. Spirit. gratiæ S. Mechtildis.

V. *Aliud eiusdem argumenti exemplū.*

DE Petro quodam iuuene religioso ita Cęsarius: Quadam etiam vice, cum ministraturus Domino Carolo Abbati quondam Villariensi confessionem dixisset, & absolutionē de more deuotius acciperet, audiuit vocem de cælo dicentem sibi: Dimissa sunt oīa peccata tua. Alio etiā tempore, cū sacristæ Missam celebraturo ipse astaret, &

Cæsar. li. 8 Mira. c. 13.

lampas

lampas extincta fuiſſet, lumẽ aliunde afferre volens, ſed anguſtia temporis præoccupatus non valens, flatu lampadem reaccendit.

VI. *Item alio.*

Ioſ. Pamphil. in Chronic. Eremit. S. Augu. §. Thomas de Argent.

IN Chronicis Fratrum Eremitarum S. Auguſtini narratur de Ioãne Reatino inſignis virtutis iuuene, qui ſacerdotibus omnibus indifferẽter ad Miſſam ſumma cum diligentia libentiſſimè miniſtrabat. Per aliquot autem ante obitum dies ad eum veniens Philomela quotidie ante feneſtrã ſuauiter canebat: & interrogatus quid ſibi ea vellet, reſpõdebat iocoſe, ſponſam eſſe ſuam inuitantem ſe ad paradiſum. Hic die quadam ad Miſſam miniſtrãs vidit ſuper altare lucẽ diuinã; & eadẽ die cœpit decumbere, & magna cum deuotione ſpiritum reddidit creatori.

VII. *De ijs qui non libenter Miſſæ inſeruiunt.*

P. Iacob. Aluarez de Paz Toletan. lib. de vita religioſe inſtituenda cap. 9.

SI tanta eſt huius miniſterij vtilitas, non recte faciunt, qui vel ob negligentiam, aut in deuotionem, aut falſam exiſtimationem ab eo ſe ſubtrahũt. Noui, inquit Iacobus Aluarez de Paz, aliquos in litterarijs ſtudijs non nihil progreſſos, & ſuſceptioni ordinũ proximos, qui erubeſcebant ſuper pellicium induere, & Miſſæ ſacrificio miniſtrare, quorum miſeram vitam, & lugendam immortificationem dolebã. Tam cæci enim erant, vt alia minora miniſteria, qualia ſunt legere aut diſputare, ſuſcipiant, & hoc beatorũ ſpirituum miniſterium detrectent; quaſi indecentius eſſet ſeruo Dei Sacerdoti, quam magiſtro lectionem interroganti reſpondere: aut inhonorabilius librũ Miſſalem ex vna in aliam partem trãſferre, & vrceolos miniſtrare, quã Fratribus in triclinio ſeruire. Hi prorſus videntur indigni Ordinibus, ad quos aſpirant; & ſatis oſtendunt, ſe non tam ſciẽtijs, quam ſuperbiæ ſtuduiſſe, & non ſapientiam, quæ ædificat; ſed loquacitatem, quæ inflat, comparaſſe.

TIT. XXXIV. De ſacris veſtibus ſacerdotalibus.

Præcepit olim Dominus, vt ſummus Sacerdos, cum ſacerdotio fungeretur, ſacris veſtibus indueretur. Exo. 28.

EXEMP. I. *De S. Præſule Bonito, qui à B. Virgine ad ſacra operandum inuitatur, & ab eadem ſacra veſte donatur.*

Vincẽt. in ſpec. hiſt. & Sur. in vita S. Boniti 15. Ian. pag. 365.

SAnctus Præſul Bonitus Aruernenſis, cum cor ſuum totum dediſſet, vt perfectè Ieſum & eius matrẽ diligeret quadam die templum B. Michaelis cũ turba intrauit, & in angulo Baſilicæ, licet inter multos ſolitudinem cordis ſibi fecit. Cõſummatis myſterijs, quique in ſua redierunt, & ipſe ſolus in latibulo ſuo remãſit: & cuſtodes, ne quis remanſiſſet, perſcrutati ſunt eccleſiam, ſed Dei nutu ſancti viri non potuerũt inuenire latebram, qui obſeratis iam eccleſiæ foribus eo ſecurius, quò ſecretiùs effudit in ea animã ſuam, factusq; in agonia prolixius orans, vidit huiuſmodi viſionẽ: Ecce repente de cœlo ſonuit quaſi vox dulcis cantilenæ, & micantibus luminaribus, lumen templi cœpit tremere, tanquam intrante multitudine. Aſpiciebat vir ſanctus, & ecce Virgo Maria intrabat cum candidato choro ſanctorum Angelorũ, & ſanctorum hominũ, & chorus ille cæleſtis decantabat Dominæ, eiusq; Filio: ipſa quoq; vocem ſuam exercuit in Chriſti præconio. Et ſic quidem per medium chori facta eſt illa proceſſio: cumq; vẽtum fuiſſet ante altare quæſitum eſt à quibuſdã Sanctorũ quis haberet Miſſam celebrare: Et inquit B. Virgo: Adeſt Bonitus Præſul vere bonus & ſatis dignus, cui hoc officiũ debeat cõmitti. Audiens hoc ille pauebat, & retrahebat ſe, cuius rei lapis, qui ei ceſſit adhuc ſeruat iudicium. Tandẽ quæſitus & inuentus eſt, deductus & præſentatus illi beatæ congregationi, & mini-

ſtrātibus ſanctis veſte nuptiali ornatus eſt, ac diuino altari applicatus. Et poſtquam dedit in celebratione ſancti operis decus, ac decenter conſummauit, beata Virgo valefaciens dilecto ſuo, pro munere cæleſtem veſtem ei dedit, Res eſt nota ſatis, & apud Aruernenſes admodum celebris, maximè autem in ciuitate Aruerniæ, quæ dicitur Mons clarus, & vſq; hodie monſtratur populo veſtimentum illud cœleſte, cuius materies & contexturæ modus à nullo hominum dignoſci poteſt, & eſt eximij candoris, miræque leuitatis ac lenitatis.

Veſtitũ ſacerdotalium vſus Deo & B Virgini gratus.

II. *Veſtium ſacerdotalium, quarum vſus eſt in Miſſa contactu pellitur dæmon.*

CAſula, qua indutus fuerat Diuus Benno Miſnenſis Epiſcopus, & baculus paſtoralis, tanquam recens depoſita, ſecũ in ſepulcro inuenta ſunt abſque omni cinerefactione, quæ etiam non paruam à ſanctiſſimo corpore virtutem àttraxere. Nam matrona quædam diœceſeos Miſnenſis ex villa Pretitzindorff prope Fribergã noſtra hac tempeſtate dæmonio arrepta, ad ſepulcrum eius adducta, cum nullis dæmon exorciſmis ab ea fugari poſſet, induta eſt tandem huius ſancti caſula, & datus in manu baculus paſtoralis. Quo facto exclamat dæmon: Nunc tempus eſt vt egrediar, relinquam tamen hoſpitæ meæ ſignum, quo mei perpetuo meminerit: moxque aperto altero mulieris crure terribiliter eliſus eſt. Foramen autem quod ille fecerat, nulla Medicorum arte ſanabile. Mulier adhuc hodie geſtat, & vt metuẽdum eſt, donec vixerit non abolebitur.

Hieron. Emſer. in vita S. Bennonis cap. 32 apud Sur. 16. Iunij t. 7. Caſula D. Bennonis incorrupta. Per caſulã D. Bennonis fugatur dæmon.

III. *Veſtibus ſacris quæ reuerentia competat.*

CVm S. Dunſtanus Archiep. Cãtuarienſis inter ſacroſancta Miſſarum ſolemnia ſacras manus extenderet, & Deum Patrem omnipotentem, vt Eccleſiam ſuam Catholicam pacificare, cuſtodire, adunare, & regere dignaretur toto orbe terrarum, interpellaret, columba niuea, multis intuentibus, de cælo deſcendit, & donec ſacrificium cõſumptum eſſet, ſuper caput eius expanſis alis & quaſi immotis ſub ſilentio manſit. Percantata Miſſa, ab altari Archiepiſc. digreditur. Miniſtris autẽ eius pro ſigno, quod acciderat, his & illis innuentibus, & alios ex Fratribus miniſterio Pontificis adfuturos ſuſpicantibus, ipſi ſe in diuerſa tollunt, ac virũ immenſis adhuc ex præſentia gratiæ Dei lacrymarum imbribus madentem ſolum relinquunt. Et ecce dũ cauſam, qua inter ſacra veſtiebatur, deponeret, nec vllus adeſſet, qui eam ſuſciperet, diſponente Deo, ſuſpenſa pependit in aere, ne cadens in terram ſeruum Dei à ſua turbaret intentione.

Osbertus in vita eius cap. 32. apud Sur 19. die Maij.

IV. *Veſtes ſacras & vaſa ſacra non poſſe pignorari, vel alienari, prętерquã in redemptionem captiuorum.*

SAncimus, nemini licere ſacratiſſima atque arcana vaſa vel veſtes, cęteraque donaria, quæ ad diuinã religionẽ neceſſaria ſunt, vel ad vẽditionem, vel hypothecã, vel pignus trahere, ſed ab ijs, qui hæc ſuſcipere auſi fuerant, modis omnibus vendicari, tam per religioſiſſimos Epiſcopos, quam per œconomos, necnon & ſacrorum vaſorum cuſtodes, nulla eis actione relinquenda, vel ſuper recipiendo pretio, vel fœnore exigendo, pro quo res pignoratæ ſunt: ſed huiuſmodi actionibus reſpuẽdis, ad reſtitutionem eorum omnibus modis coarctari. Sin autẽ cõflata ſunt, vel fuerint alio modo immutata, vel diſperſa, nihilominus vel ad ipſa corpora, vel ad ipſa pretia eorũ actionẽ cõpetere, ſiue per in rẽ, ſiue per cõdictionem, ſiue per in factum actionem, cuius tenor in multis & varijs iuris articulis ſæpe eſt admiſſus, excepta videlicet cauſa captiuitatis & famis in locis ijs, in quib' hoc (qđ abominamur) cõtigerit. Nã ſi neceſſitas fuerit ĩ redẽptione captiuorũ, tunc & venditionẽ præfata-

Iuſtin. Imp. in l. Sancimus C. de ſacroſanct. Eccleſiis.

ſatarum rerum diuinarum, & hypothecam & pignorationes fieri concedimus, quoniam non abſurdum eſt, animas hominum quibuſcunque vaſis vel veſtimentis præferri, & hoc obtinere non ſolum in futuris negotijs, ſed etiam in iudicijs pendentibus.

De Sacramento Pœnitentiæ.

Pœnitentia qd? *Eſt autem Pœnitentia Sacramentum, in quo remiſſio peccatorum & à reis petitur, & à Sacerdotibus tribuitur*, Concil. Florent.

TIT. XXXV. De vſu & neceſſitate Pœnitentiæ.

Pœnitentiæ ſacramento opus eſt, vt homo poſt baptiſmum relapſus, & inimicus Dei factus, per hoc ſacramentum remiſſione peccatorum accepta Deo recõcilietur, & ex mortuo viuus, ex impioque iuſtus efficiatur.

Cõfeſſionẽ his verbis indicat S. Lucas, *Multi credentium veniebant, confitentes & annunciantes actus ſuos*.

EXEMP. I. *Confeſſionem generalem ab adoleſcentia peragit B. Eligius.*

B. Audoenus Epiſc. Rhotomag. in eius vita li. 1. c. 7. apud Sur. to. 6. Diuus Eligius Nouiomẽſis Epiſcopus, cum iam virilem ageret ætatem, cupiens ſe vas exhibere ſanctificatum, ac metuẽs, ne aliqua ſuprà delicta pectus fuſcarent omnia ab adoleſcentia ſua coram ſacerdote confeſſus eſt acta, ſicque ſibi auſteram imponẽs pœnitentiam, cœpit fortiter colluctationi carnis, ſpiritus feruore reſiſtere, in laboribus, ſcilicet, ſecundum Apoſtolum, in vigilijs, in ieiunijs, in caſtitate, in patientia multa, & charitate non ficta. *2. Cor. 6.*

II. *S. Engelbertus Epiſcopus peccata ab ineunte ætate confitetur.*

In vita eius apud Sur. to. 6. li. 2. c. 4 Non. die 7. Sanctus Engelbertus Epiſcopus Colonienſis, aſſumens aliqñ Epiſcopũ Mindenſem in ſacellum ſuum, ſolus ſoli cœpit confiteri omnia peccata ſua ab ineunte ætate, cum tanto imbre lacrymarum, vt totum pectus eius infunderent, & cordis maculas crebris ſtillicidijs, vt ſperamus, diluerẽt: cũq; dñs Mindenſis ei diceret; Timeo adhuc latere in conſcientia veſtra, quod mihi dictum non ſit, reſpondit beatus ille: Dominus ſcit ex induſtria me nihil ſubticuiſſe. Poſtea tñ plenius cogitans de peccatis ſuis, ſummo mane in priorem locum ducens confeſſorẽ ſuũ, in ſpiritu humilitatis & in animo contrito, quod memoriæ occurrerat, rurſus cum tantis lachrymis cõfeſſus eſt, vt in tanto viro lachrymarum gratiã mirari non ſufficeret Mindenſis Epiſcopus. Sic ſe cõtritione cordis coram Domino mactauit, & oris confeſſione mundauit, antequam morte afficeret. *Confeſſio ſacramentalis S. Engelberti.*

III. *Pœnitentia motus Carolus Rex per preces S. Ægidij ſcelerum ſuorum veniam conſequitur.*

Bergomẽſis li. 10 Petr. de Nat. li. 8 Catal. c. 18 & Zacchar. Lipeloo 1. die Sept. Carolus Franciæ Rex virtutum B. Ægidij fama cõmotus, miſſis Legatis eius conſpectu, colloquioq; frui voluit. Ægidius, cognita Regis voluntate, eum adijt, & ſermonem de mundi contẽptu familiariter haud ſine fructu inſtituit: nam Rex cum occulti ſceleris cuiuſdam conſcientia ligatus ad illum vſque diem Dei iudicium nõ extimeſceret, tunc ſubito horrore perculſus ſupplex Ægidium rogauit, vt iratum ſuis ſceleribus numen precibus pacatum reddere dignaretur. Ea Regis ſupplicatione motus Ægidius, proxima deinde Dominica agni oblaturus ſacrificium, intẽtiùs Deum pro Rege precatus eſt; & ecce ſub ipſo (vt vocant) canone Angelus Domini in altari ſcedulam depoſuit quæ Regi admiſſi ſceleris veniam ſpondebat; ſi tamen iuſto dolore tactus melioris deinde vitæ frugem præſtaret. Eã ſcedulam S. Abbas Regi legendam tradidit, eumq; ſeneris monitis ab omni peccato abſterruit: & ſic demum donis muneribuſque ad pauperum conſolationẽ affectus ad monaſterium redijt. *Caroli Regis pœnitentia.*

IV. Ho-

IV. *Hospes S. Francisci, admonitione eius ad pœnitentiam & confessionem inductus, in mensa subito spiritum exhalauit.*

In vita S. Fräcisci c. 10. per S. Bonau.

SAnctus Bonauentura in vita B. Fräcisci refert aliud his verbis: Alio quoq. tempore, cum post reuersionem ipsius de vltra mare Celanum prædicaturus S. Franciscus accederet; miles quidam supplicij eum deuotione cum instantia magna inuitauit ad prandium. Venit itaq; ad militis domum, omnisque familia pauperum hospitum exultauit in ingressu. Ante vero quam cibum sumerent, iuxta solitum morem, vir mente deuotus offerens Deo preces & laudes, oculis stabat eleuatis in cælum. Oratione completa benignum hospitem familiariter aduocatum in partem sic alloquutus est: Ecce frater hospes, tuis victus precibus, vt manducarem, domum tuam intraui: meis nunc cito monitis acquiesce, quoniam non hic, sed alibi manducabis: confitere nunc peccata tua veræ pœnitentię dolore contritus; nec in te remaneat quiddam, quod veridica cōfessione non pandas. Reddet tibi Dominus hodie vicem, quoniam tanta deuotione suos pauperes suscepisti. Acquieuit continuo vir ille sermonibus sancti, socioque ipsius vniuersa peccata in confessione detegens dispo suit domum suam, & ad mortem suscipiendam se quantum valuit, præparauit. Intrauerunt tandem ad mensam, & incipientibus alijs manducare, hospes subitò spiritum exhalauit, iuxta verbum hominis Dei repentina morte sublatus; sicque factum est hospitalitatis gratia promerente, vt iuxta verbum veritatis, Prophetam recipiens, mercedem Prophetæ acciperet, dum per sancti viri prænuntiationem prouidit, quatenus armis pœnitentiæ premunitus perpetuam damnationem euaderet, & in æterna tabernacula intraret.

Merces hospitalitatis.

Matth. 10.

V. *De pœnitentia peccatoris nullo modo respuenda.*

Sophron. Prat. Spirit. c. 31.

DVo senes abierunt ab Ægis in Tarsum, venientesq; in stabulum, vt requiescerent (erat enim æstus) per dispensationem Dei inuenerunt ibi tres adolescentes habentes secum vnā meretricem. Senes ergo seorsum sederūt vnusquisque ex eis accipiens sanctum Euangelium legebat. Meretrix vero, quæ erat cum adolescentibus, vt vidit senem legentem, relictis illis, accessit ad senem, seditque iuxta illum. Senex autem illam reijciens, dixit: Multum ô felix, impudens es, quæ verita non fuisti accedere ad nos, ac sedere: At illa: Ne, quęso Pater, ne abomineris me, neque abijcias: etsi enim omni peccato plena sum, non tn̄ repulit veniente ad se meretricem Dominus & Saluator omniū Christus Deus noster. Respondit ei senex: Sed meretrix non sic permansit. Tum ipsa: Spero in Filium Dei viui, quia ab hodierno die neque ego permanebo in peccato hoc. Relinquens igitur adolescentes, & sua omnia, secuta est senes istos. Miserunt autem illā in monasterium prope Æga ciuitatem. Hanc ego iam anum vidi magnæ prudentiæ fœminam, ex cuius ore ista didici. Erat āt illi nomē Maria.

Conuersio Mariæ meretricis. Ioan. 8.

Cōtritionis vera exēplā.

VI. *Confessionis gratia mori non permittitũ, qui erat igne fere consumptus.*

Ex Theoderico Gogom. Sur. 164 die Decemb. an. 1448.

MArtino V. Pontifice anno Domini 1448. accidit stupendum miraculum cuiusdam nomine Henrici Kock, Traiectensis viri in Hollandia degentis; cuius domus cum incendio absumeretur, ille effugiens nudus, primo motu periculum animaduertens, deinde suam pecuniam incendio absumi posse, redijt intra incēdia, etiam nudus, pecuniam extracturus se crucis signo muniens, & D. Barbaram inuocās, licet ab imo pedum vsq; ad verticem fuerit adustus; nec minus intus, quam extra in corpore torridus, assatique cadaueris speciem magis, quā hominis

S. Barbara inuocatio in medijs flāmis.

minis præ se ferret, cum verenda eius ignis vorax absumpsisset, & hiantibus in inguine vulneribus, etiam extra nudaretur cremata: nates quoque & clunes iam flamma vorauerat: præcordia, venter, pectus, axillæ, collum, ac scapulæ, non modo adusta, sed inflexibilia quoque, & vt ferrũ rigida erant: à vertice denique capitis capilli cum carnibus defluentes, & ossa nudantes in genis hærebãt; adeoq; fuit crematus, vt ossibus vix modica adhæreret caro tanquam Æthiopis nigra. Nam præter oculos, linguam & cor, quę per crucis signum, ac B. Barbaræ intercessione diuina miseratione adhuc in suo vigore viuebant, nihil in eo manebat reliquum. Erat autem illi magna animi anxietas, quod absq; sacramentis moreretur. Quæ res causa fuit, vt viuere, Deo miserãte, permitteretur. Elapsus igitur tanto incendio, horrenda, quam diximus, specie, domum filiæ petit: accurrentesq; oẽs ad spectaculum hortabatur ad rerum cõtemptum humanarum, prędixitque, se, acceptis sacris, mox obiturum. Hiabãt viscera, erãtq; in eo omnia mortua, vt ad contactum nil doloris sentiret. Adfuit interim Sacerdos confessioneq; peracta absolutus, inuocato Dei nomine, animam efflauit. Hæc qui adfuit, narrauit confessarius Theodoricus Gorgomeusis, ocularus testis.

VII. *De milite cultui B. Virginis addicto, in bello interfecto, eius auxilio ad pœnitentiam reseruato.*

Anton. Bonfin. l. 3. Hungar. Decad. 3. an. 1415

NOn est ad hanc rem aliud prętermittendum exemplum oĩ memoria dignum, ob summam illam præcipuè diuinæ pietatis erga nos benignitatem, quam B. Maria virgo se diligentibus solet conciliare. Anno enim Dñi circiter 1415. & tertio circiter post cladem ad Nicopolim Sigismundo Imperatore à Turcis acceptam, cum multi in eum campum descenderent, emissã inter ossa subinde vocem audierunt, Iesu Christi Saluatoris, & Mariæ Virginis nomina intonantem; loquaxq; inter cadauera caput inuentum; quod vbi homines sibi adesse nouit; Quid tã inquit, stupidi hic statis viri, Christianus ego sũ, & magnę matri Diuæ Mariæ semper addictus, inexpiatus inconfessusque in hoc bello occubui. Maria mater me æterni supplicij reum esse non patitur. Hic me adhuc linguæ cõpotem seruauit, vt & delicta fateri, & animam sacris rite Apostolicis lustrare queam. Proinde sacerdotem qui cõfessionẽ exaudiat, & me expiatũ reddat, accersite quæso. Rogatus, cur tm̃ à Virgine beneficiũ promeruisset, respondit, sibi peculiarem in eam fuisse in vita deuotionem, & septena eius festa quotannis reuerendissimẽ celebrasse, religiosisque ieiunijs, pane dumtaxat & aqua decorasse. Quare accersito è pago proximo Sacerdote confessionem rite transegit: & impetrata errorum omnium remissione, acceptaque nouissima lustratione, repente conticuit, perpetuoque quieuit.

Ieiunĩa in pane et aqua in vigilijs B. Virginis.

VIII. *De muliere mortua vitæ restituta implendæ pœnitentiæ causa.*

DIuus Bonauentura Cardinalis in vita S. Francisci sic narrat: In castro, inquit, Montis Marani prope Beneuentum, mulier quædam S. Francisco peculiari deuotione cohærens viã vniuersæ carnis intrauit. Conuenientibus autẽ Clericis nocte ad exequias, & vigilias cum psalterijs decãtandas, subito cũctis cernentibus erexit se mulier super lectum: & unum de astantibus Sacerdotem, patrinum uidelicet suum, aduocat dicens: Volo confiteri, pater; ego enim mortua duro erã carceri mancipanda, quoniam peccatum, quod tibi pandam, necdum confessa fueram, sed orante (inquit) pro me sancto Francisco, cui, dum uiuerem, deuota mente seruiui, redire nunc ad corpus indultum est mihi, ut illo reuelato peccato sempiternam promerear uitam. Et ecce uobis uidentibus, postquam illud detexero, ad promissam

In vita S. Francisci ca. 15.

Exequiæ & vigilia defũctorum olim it canebãtur.

Miraculũ ingẽs in approbationẽ confessionis factæ Sacerdotis.

sam requiem properabo. Tremens ergo trementi Sacerdoti confessa post absolutionem receptam quiete se in lecto collegit, & in Domino feliciter obdormiuit.

TIT. XXXVI. Pœnitentiam non esse prorogandam.

EXEMP. I. *Cum salutis dispendio vitæ emendationem procrastinat quidam miles.*

Beda li 5. histor. Angl. c. 14. ann. 704.

FVit quidam temporibus Coenredi, qui post Edilredum regnauit, vir in laico habitu, atq; officio militari positus, sed quantum pro industria exteriori Regi placens, tm̃ pro interna suimet negligentia displicens. Admonebat ergo illum sedulo, vt confiteretur, & emendaret, ac relinqueret scelera sua, priusquã subito mortis superuentu tempus omne pœnitendi & emendandi perderet. Verum ille licet frequenter admonitus spernebat verba salutis, seseque tempore sequenti pœnitentiam acturum esse promittebat. Inter hæc tactus, infirmitate decidit in lectum, atq; acri cœpit dolore torqueri. Ad quem ingressus rex (diligebat. n. eum) multum hortabatur, vt vel tunc antequam moreretur pœnitentiã ageret commissorum. At ille respõdebat: Non se tunc velle confiteri peccata sua, sed cum ab infirmitate resurgeret, ne forte exprobrarent sibi sodales, quod timore mortis faceret ea quæ sospes facere noluerat. Fortiter quidem, vt sibi videbatur, locutus, sed miserabiliter, vt postea patuit, dæmoniaca fraude seductus est. Cumq; morbo ingrauescente denuo ad eum visitandũ ac docẽdum rex intraret, clamauit statim miserabili voce. Quid vis modo? Quid huc venisti? Non enim mihi aliquid vtilitatis, aut salutis potes vltra cõferre. At ille: Noli, inquit, ita loqui, vide vt sanum sapias. Non, inquit, insanio, sed pessimam mihi cõscientiam certus præ oculis habeo. Et quid, inquit, hoc est? Paulo ante, inquit, intrauerunt domum hanc duo pulcherrimi iuuenes, & resederunt circa me vnus ad caput, & vnus ad pedes. Protulitque vnus libellum perpulchrum, sed vehementer modicum, ac mihi ad legendum dedit: in quo oĩa quæ vnq̃ bona feceram intuens scripta reperi, & hæc erant nimium pauca & modica. Receperunt codicem, neq; aliquid mihi dicebant. Tũc subito superuenit exercitus malignorũ & horrendo vultu spirituum, domumq; hanc & exterius obsedit, & intus maxima ex parte residens impleuit. Tunc ille, qui & obscuritate tenebrosæ faciei, & primatu sedis maior esse videbatur eorum, proferens codicem horrendæ visionis, & magnitudinis enormis, & ponderis pene importabilis, iussit vni ex satellitibus suis mihi ad legendum deferri. Quem cum legissem, inueni omnia scelera, non solum quæ opere vel verbo, sed etiam quæ tenuissima cogitatione peccaui, manifestissimè in eo terris esse descripta literis. Dicebantque ad illos, qui mihi assederant, viros albatos & præclaros: Quid hic sedetis, scientes certissimè, quia noster est iste? Respõderunt: Verum dicitis, accipite & in cumulum damnationis vestræ ducite. Quo dicto statim disparuerunt. Surgentesque duo nequissimi spiritus habentes in manibus furcas; percusserũt me, vnus in capite, & alius in pede. Qui videlicet modo cum magno tormento irrepunt mea viscera in interiora corporis mei, moxque vt ad inuicem peruenient, moriar, & paratis ad rapiendum me dæmonibus in inferni claustra pertrahar. Sic loquebatur miser desperans, & nõ multo post defunctus pœnitentiam, quam ad breue tempus cum fructu veniæ facere supersedit, in æternum sine fructu pœnis subditus facit. De quo constat, quia (sicut beatus Papa Gregorius de quibusdã scribit) non pro se ista, cui non profuere, sed pro alijs viderit, qui eius interitum cognoscentes, differre tempus pœnitentiæ dum vacat timerent, ne improuiso

Iusto Dei iudicio moriens miles ob liuiscitur sui, qui viuus oblitus est Dei.

prouiso mortis articulo præuenti impœnitentes perirent. Quod autẽ codices diuersos per bonos, siue malos spiritus sibi vidit offerri, ob id superna dispensatione factum est, vt meminerimus, facta & cogitationes nostras non in ventum diffluere, sed ad examen summi Iudicis cuncta seruari, & siue per amicos angelos in fine nobis ostendenda, siue per hostes. Quod vero prius candidum codicem protulerunt angeli, deinde atrum dæmones, illi perparuum, isti enormẽ, animadtendum est, quod in prima ætate bona aliqua fecit, quæ tamen vniuersa praue agendo iuuenis obnubilauit. Qui si è contrario errores pueritiæ corrigere in adolescentia, ac bene faciẽdo à Dei oculis abscondere curasset, posset eorũ numero sociari, de quibus ait Psalm.

Psal 31. [Beati, quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata.]

II. *De quodam, qui ad castigatiorem vitam reuerti differens, licet sæpius admonitus, vidit deputatum sibi pęnarum locum apud inferos.*

Idē Beda li. 5. Ang hi. c. 15 an. Christ. 704

FVit quidam Frater positus in monasterio nobili, sed ipse ignobiliter viuens. Corripiebatur quidem sedulo à Fratribus, ac maioribus loci, atq; castigatiorem vitam conuerti admonebatur: & quãuis eos audire noluisset, tolerabatur tñ ab eis longanimiter ob necessitatem operum ipsius exteriorũ: erat enim fabrili arte singularis. Seruiebat autem multum ebrietati, & cæteris vitæ remissioris illecebris, magisque in officina sua die, noctuq; residere; quam ad psallendum atq; orãdum in ecclesia, audiendumq; cum fratrib. verbum vitæ concurrere consueuerat. Vnde accidit illi (quod solent dicere quidam) quia qui non vult ecclesiæ ianuam sponte humiliatus ingredi, necesse habet in ianuam inferni nõ sponte dãnatus introduci. Percussus enim languore, atq; ad extrema perductus, vocauit Fratres, & multum mœrens, ac damnato similis cępit narrare, quia

Visio in rebi... o-stēsa ... pœnitēti.

videret inferos apertos, et satanam immersum in profundũ tartari: Caiphan quoq; cum cæteris, qui occiderunt Dominum, iuxta eum flammis vltricibus contraditum. In quorum vicinia, inquit, heu misero mihi, locum aspicio æternæ perditionis esse præparatum. Audientes hæc Fratres cœperunt diligenter exhortari, vt vel tunc positus adhuc in corpore pęnitentiam ageret. Respondebat ille desperans: Non est mihi modo tempus vitam mutandi, cum ipse viderim iudicium meũ iam esse completum. Talia dicens sine viatico salutis obijt, & corpus eius est in vltimis monasterij locis humatũ, neq; aliquis ꝓ eo vel Missas facere, vel psalmos cantare, vel saltem orare præsumebat. O quam grandi distantia diuisit Dñs lucem & tenebras: Beatus protomartyr Stephanus passurus mortem pro veritate vidit cęlos apertos, vidit gloriam Dei. Et vbi erat futurus ipse post mortem, ibi oculos mentis ante mortem, quo lætior occumberet, misit: at contra faber ille tenebrosæ mentis & actionis, imminente morte vidit aperta tartara, vidit damnationẽ diaboli & sequacium eius. Vidit ẽt suum infelix inter tales carcerem, quo miserabilius ipse desperata salute periret; sed viuentibus, qui hæc cognouissent, causam salutis sua ꝑditione relinqueret. Factum est hoc nuper in Prouincia Berniciorum, ac longè, latèq; diffamatum, multosque ad agendam & non differendam scelerum suorum pœnitudinem prouocauit. Quod vtinam exhinc etiam nostra fiat lectione narrationis.

Act 6 7. Antithesis de S. Stephano, & perdito monacho.

III. *Adolescens vanitati addictus, vt resipisceret sæpe monitus, tandem sine confessione moritur.*

QVidam adolescens nobilis, & huius sæculi rebus affluens, vt refert D. Anton. 2. par. suæ Sum. cum vanitatibus & lasciuijs admodum deditus esset, quotidie mane hanc orationem ad Deum præmittebat, vt eũ sine præuia moni-

D. Anto. Archiep. Flor. 2 p. suæ Sum. tit. 9 c. 13 § 5.

monitione emori non fineret. Cum semel hanc orationem fudisset, apparuit Angelus dicens, eum exauditum, nempe sine prænuntio haud moriturum. Vnde securior factus magis magisque voluptati indulsit. Sed non diu post, quodam die mane surgẽs dolorem capitis sensit, atque ideo domi se continet. Socij adueniunt eum ad delitias auocaturi: non acquiescit: corripit eũ febris, ac lecto affigit: monetur à consanguineis, vt de more confiteatur; respondit, infirmitatem non esse ad mortem, & proinde non oportere confiteri, sed breui liberatum iri. Inualescit morbus, moneturq; iterum ab amicis de confessione; respondit, Omnino se ea mente esse, sed vt melius instituat, velle expectare, donec alleuietur. Recrudescit morbus, & cum ad id præstãdũ à suis importunè rogaretur, respondit: ita se grauatum, vt vix sciret quid diceret. Demum appropinquante morte, Angelus ei apparuit dicẽs: tempus est, vt egrediatur anima tua de corpore, finis tuus venit. Conqueritur iste dicens: Dominus decepit me, quia promisit, quod non morerer sine præmonitione. Imo, inquit Angelus, sæpe fuisti monitus: nam cum accessit infirmitas, ea fuit prænuntia mortis. Cum à consanguineis tibi diceretur, vt confiteteris: fuit alia monitio, & iterũ alia, cum à sacerdote dictum fuit; noluisti audire, ideo non datur tibi plus temporis, oportet vt moriaris: Sic sine confessione mortuus est.

IV. *Diuinitus monetur Indus, vt confiteatur, qui confiteri nimium protrahebat.*

Fr. Gonzaga de Orig. Seraphica Relig. p. 4. Cõu. 6

IN Conuentu S. Bernardini Xulchiulci adductus est ad Fr. Iacobum de Sande Indus æger, vt eius peccata audiret; qui cum adducentes reprehenderet, quod non prius adduxissent hominem pene mortuum, subiunxit Indus: Ne turbare Pater, quia ipse nolebam, tametsi propinqui ad confitendũ me frequenter hortarentur. Sed hac nocte, qua hora ad matutinas preces signum edebatur, cum ob ægritudinẽ vigilarem, magnus domum meã splendor de cœlo ingressus est, Christumq; vidi Cruci affixum, quemadmodum pingi solet, magna ad me iracundia inquientem: Quid, peccator, cessas, nec ad confitendum pergis? Scito, inquit, te hodie esse moriturum; & quanquã condemnari ob crimina tua debebas, misericordia tamen mea seruabere, dummodo statim confitearis. Audiuit igitur eum Religiosus, eademque illa hora defunctus est.

V. *De milite defuncto diu post mortem puniendo, ob dilatam, dum viueret, pænitentiam.*

Thom. Cantipr. li. 2. Apũ c. 51 p. 4

VEnerabilis & Deo digni Magistri Bonifacij quondam Lausanensis Episcopi, veridica relatione cognoui, quod quidam nobilis suæ diœcesis venatum circa montes Alpium pergens, familiam suam inclinata iam die cum canibus perdidit, solusque in sylua est relictus. Illo vero horrente solitudinẽ, & si quid audiret, diutius expectante; tandem duos ex canibus latrantes auscultat; quos venabulo insonante confortans, reptãdo manibus & pedibus, ad locum conatur ascendere, vbi latrãtes caniculos audiebat. At vbi cum difficultate peruenit, inuenit locum planum, pulchrum valde, atq; gramineum inter montes, in quo quasi hominem magnum & elegãtem forma, facie tenus prostratum videns, duas clauas ferreas ad vtrumq; latus iacentis horrẽtibus oculis intuetur. Hunc * miris plagis ac vulneribus cruentatũ dicti duo canes venatici latratibus circuibant; sed mox ad conspectum domini sui militis obmutescunt. Miles itaq; post horrorem, assumpto spiritu, prostrato dixit: Si ex parte Dei es, loquaris mihi & quis sis aut vnde veneris, edicito. Cui ille; Ex parte, inquit, Dei sum, & ordinatione diuina tibi talis appareo, vt in me misero pęnitentiæ sumas exemplum. Miles fui viuẽs,

** multis.*

pecca-

peccator immanissimus ea tempestate, qua Richardus Rex Angliæ contra Philippum Regem Franciæ prælia concitauit. In illa ergo expeditione, quæ à Brabantigenis in Pictauiam & Gasconiam facta est, ego infelicissimus luxurijs & homicidijs debacchabar, nec in his alicui conditioni, vel sexui flexus miseratione peperci. Medio igitur tempore validissimam febrem acutã incurri, & tamen nec tunc contritus sum, nec confessus; nec Christi corporis sacramenta suscepi. Instante autem hora mortis, obmutui; & ecce * super speratum, misericordia diuina præuentus sum, & valida cordis contritione permotus. Qui licet loqui non possem, excussi tñ lacrymas, & in his propitiante Deo vitam finiui; nec mora, defunctus duobus dæmonibus traditus sum nequissimis, instar * clauarum istarum ferrearum tormẽtis vsque in diem iudicij cruciandus. Et hodie quidem per ascensum montium istorum miseram animam meam impulerunt, & iterum per abrupta eorum eam cum dictis clauis ferreis præcipitem depulerũt. Scias tamen, tormentum istud tam magnũ, & tam diuturnum, spe veniæ, quam in fine mũdi habiturus sum, mirabiliter releuari. Nec mora, vbi ille spiritus verba ista finiuit, corpus, quod videbatur aereum, cum dictis clauis ferreis quasi fumus euanuit, miles autem, qui hæc viderat & audierat, à rapinis pauperum, & mala vita cõuersus, correctius amodo vixit, & multos alios peccatores ad exempla pœnitentiæ sua narratione permouit.

* i. e supra spẽ, aut magis quã sperauerã.

* i. e tormentis, quæ simi lia sunt clauis ferreis, vt tormentum capiatur.

VI. *Diues quidam nimio diuitiarum amore captus, sub mortem confiteri negligens miserè exspirat.*

P. Lucas Pinellus lib. 1. de altera vita ca. 5. ex M. Roberto de Licio.

QVidam morti vicinus diuitijs plus æquo addictus maxima cœpit affici anxietate, quod tantas iam congestas videret esse relinquendas, & nunc in hanc, nunc in illam lecti spondam se voluens suspirabat, nonnunquam etiam leonis instar rugiebat. M. Robertus Licius, qui tunc ei aderat, exhortari eum cœpit, vt animæ suæ prouideret, iam scilicet tempus esse confitendi, cõmunicandi, ac reconciliandi se Deo. Ille vero totus terrenis ac temporalibus bonis suis intentus: O quantũ, inquit, insumpsi molestiarum ad conquirendas hasce diuitias, & nunc alij ijs perfruentur. M. Robertus nihilominus eum admonere, vt de anima sua (quod id pluris referret) solicitaretur, reliquis omnibus rebus à corde quam longissimè remotis: sed nimius ille erga diuitias affectus alio cũ cogitationes suas vertere non permisit, quare in priori persistens sententia: O diuitiæ meæ, inquit, quibus vos relinquo? quis vos possidebit? atque ita citra confessionem miserrimè expirauit.

VII. *De diuina vindicta in quosdam confessionis auricularis contemptores, vel potius dilatores.*

Alan. Copan. lib. 2. contra Impugnatores imag. c. 28.

IN contemptores, vel dilatores confessionis recentia exempla, eaq; tristitia sunt edita. Fuit enim, qui admonente sæpius vno ex Patribus Societatis Iesu, noluit tamen confiteri, qui repentina morte, quã ei prædixerat, ablatus est. Lusitani præterea ad arcẽ quandam oppugnãdã profecti, nulla prius peccatorum confessione præeunte, grauissimas negligentiæ suæ pœnas experti sunt. Quas & alio tempore duo senserunt, quorum alteri feles & mures nigerrimi tanto numero, tamque horribiles noctu apparuerunt, tantumq; misero timorem, ne ab eis deuorarentur, incusserunt, vt ad imaginem Christi, quam in cubiculo habebat, confugere, & supplex ab eo negligentiæ suæ veniam, præsensque salutis remedium postulare, celeremq; confessionem primo quoque tempore expediendam promittere cogeretur. Mox animalia illa discedunt, sed tanto strepitu excitato, tantoque tumultu, quasi ędes ipsas demolitura viderentur. Alter verò huiusmodi terrore correptus est, vt omnes, quos obuios habebat, tormen-

Diuina vlıo in dilatores cõfessionu.

ta in se explodere, quibus interficeretur, existimaret.

VIII. *De alijs Confessionis neglectoribus diuinitus castigatis.*

Ex lit. an. Soc. 1595 in Col. Bur cin. Pro. Aragon.

SVb an. Dom. 1595. accidit, vt in oppido quodam oẽs confiterentur, præter paucos, qui diuitijs freti, quasi Deus illorum opes vereri deberet religionem illam neglexere, & tanta cœlitus in eorum prędia, & oliueta dimissa tempestas est, vt non solũ præsentis anni fructus interierint; sed etiã fractis deiectisque arboribus, ad insequentes quoque annos fuerit calamitatis damnũ peruēturum, cum vicinorum agros procella ne quidẽ attigerit.

IX. *Non omnis ea pœnitentia, quæ ad mortem differtur, vera esse ac salutaris ostenditur.*

P. Lucas Pinel li. 1. de altera vita cap. 5.

EIus rei exemplũ, quod Parisijs accidit, cõmemorabo. Canonicus quidam Cathedralis ecclesiæ oĩ diuitiarũ genere affluens subinde gulæ peccato delinquebat. Qui cum peccatorum suorum confessionem, vitæque emendationem in longum tempus distulisset, tandem in morbum lapsus metu mortis confessus est, simulque alijs Ecclesiæ sacramentis perceptis, ad extremum mortuus est, & honorificè cum solemni pompa sepultus; quippe qui nobilis erat, & multis diuitijs circumfluens. Vnde plerique ipsum in singulari apud Deum fauore ac gratia fuisse arbitrabantur. Paucis vero post diebus cuidam amicorum apparẽs damnatum se asseruit. Qui ait: Quomodo? nonne Ecclesiæ sacramenta recepisti? Ita, inquit ille, sed mero mortis timore ea recepi, & nisi è viuis excessissem, ad priores meas delitias redijssem.

X. *Pœnitentiam in fine vitæ respuit monachus qui dæmoni sese deuouerat.*

Pet. Damian. l. 3. Bib. in theca Patrum.

HVic vicinum est quod ex epistolis Petri Damiani Cardinalis depromitur. In Perusino monasterio, ĩquit, sancti videlicet Saluatoris, cui nuper ipse præsui, monachus paulo ante fuerat, nomine Gunizo, astutus nimis, sæcularibus cõtentionibus vehementer intentus. Hic dum & in immutandis Abbatibus, & fratribus perturbandis æstuans non quiesceret, ad hoc vsque peruenit, vt diaboli ad superãdos æmulos patrocinium quæreret, & eius ditioni se etiam corporaliter mancipa- ret: cui tamen seductor spiritus exigẽti antè promisit, quod tertio die priusquam moreretur, suum exitum sibi nuntiaret. Credit infelix, & diu postmodum viuens ita sub hac deceptoria securitate permansit. Tandem in ægritudinẽ lapso adest fideiussor iniquus, & post futurum, sicut spoponderat, obitum innotescit. Protinus aduocatis ille fratribus, cuncta hæc, quę cum nequissimo pepigerat spiritu, per ordinẽ narrat; cumque illi instarent dicentes; Esto confessus, age pœnitentiam, repente ille obdormiuit: & siue pulsantibus, siue clamantibus, euigilari non poterat. Si vero vel illi conticescerent, vel aliud quid præter pœnitentiam loqui vellent, mox ille expergefactus, inuicem loquebantur. Sed rursus audito nomine pœnitentiæ, protinus obrigescebat insẽsibili sopore correptus, donec horrendæ morti traditus ad eũ, cui deuotionem fecerat, fit deuolutus. Postmodum vero per plures noctes nigra canum turba non cessauit sepulturæ eius assistere, & quasi depositum custodire, ita vt non minimo videntes horrore concurrerentur.

Pactũ cũ dæmone initũ.

Pœnitentiam respuit monachus dæmoni deuotus.

Canet ad tumulum impœnitentis monachi.

TIT. XXXVII. De Contritione I. part. Pœnit.

Quæ est dolor animi peccata sua detestantis, & ad meliorem vitam aspirantis.

EXEMPL. I. *Dux quidam è vulnere moriturus militibus suis absente sacerdote, peccata sua detegit, magna cum spe veniæ.*

Bar. t. 3. 1. Ann. Ecc. an. 1015. 4.

ERnestus Alemanniæ Dux, Luitpoldi filius, casu in venatione sagitta emissa

omissa vulneratus, interijt, summę pietatis specimen exhibens fidelibus cunctis; quod memoratu dignum verbis istis Ditmarus descripsit: Hic quia mortem sibi imminere perspexit, socios vocat, & vt reo parcerent, supplicat. Et quia hic tunc presbyterum, cui sua cōfiteretur peccata, nō habuit, vnum ex militibus huius vice propius accedere iussit. Quem cū adesse perspiceret, per eum vocauit alios: Omnes, inquit, accedite, & cōmortalis vestri peccatoris facta aure cordis percipite, & qualiter curētur, vnanimiter succurrite, absentibusq; cunctis fidelibus peccatricem meimet animam quęso commendate, & vxorem meam, vt honorem suū seruet, & mei nō obliuiscatur, admonete. Hæc dicens, in quoscūque vnquam se aliquid deliquisse recordari potuit, cunctis præsentibus innotuit, & mox de hac luce XI. Kalend. Iunij discessit. Hic iuuenis, vt spero, fœlicem habet animam, cui (sicut ipse viuens testatus est) plus placuit coram multis hic erubescere, quam coram omnipotēti Deo latere, &c.

Ditm. lib. 7.

II. *De muliere, quæ vi contritionis in media concione obijt, ac reuixit, vt peccata confiteretur.*

IN Frācīscanorum historijs legimus, non longè post illius Ordinis initia contigisse, quod tempore, quo Bertoldus vir eiusdē familię insignis in Germania inter prædicandum Dei verbū acrius in vitiū quoddam inuectus esset; mulier, quæ eo vitio tenebatur, pęnitentiæ ac cōtritionis vi in media concione mortua concidit. Verū cum omnibus in preces procumbētibus, paulo post reuixisset, narrauit mortis causā, iussamq; se ad corpus redire, vt peccatum illud confessione expiaret; adiecit etiam tum alia multa, quæ viderat, tū illud in primis horribile, & dictu etiā mirabile; cum ipsa ad Dei tribunal accessisset, adducta simul esse sexaginta aiarum millia, quæ in omnibus mundi partibus fidelium & infidelium varijs casibus excesserant ex hac vita, atq; ex his omnibus tres tantum addictas purgatorio, reliquas omnes ad ignem ęternum damnatas: vnū autem ex Franciscanis fratribus eodem ipsum quoque temporis articulo defunctum per purgātorij quidem locum trāsijsse, sed tū non modo ibi diutius non commoratum, verum etiam par animarum, quę præcipua cum eo amicitia fuerāt coniunctæ, secum in cœlum abduxisse.

P. Hier. Platus l. 1. de bo. no statu Religiosi c. 5.

III. *De quodam, qui vehementissimè contritus vitam cum morte commutauit.*

QVod nostro tēpore in Galliæ partibus accidit, fidelissima relatione traditum non silebo. Ad illū venerabilem virum Magistrum Petrum de Corboel Senonēsem Archiepiscopum quidam peccator, qui propriam filiam violenter oppresserat, confessionis gratia venit: cōfessus igitur in maxima & mirabili contritione & lacrymis, quæsiuit si vnquā posset vllo dolore vel pęna à Dño veniam impetrare. Cui Præsul: Ita, inquit, indubitanter, si tanti mali pœnitentiam subire volueris: at ille vehementer exclamans, Volo, inquit, etiamsi mille mortes me sustinete volueris. Collacrymatus ergo infelici, imò iam felicissimo peccatori: Et ego, inquit, septennem tantum tibi pęnitentiæ pœnam impono. Tunc ille; Quid est, ait, quod pœnitentiam mihi flagitiosissimo septennem tantum iniungis, qui si viuerem vsque ad finem mundi, tantum facinus pęnis innumerabilibus diluere non valerē? Cui præsul: Vade, inquit, & tres dies tantum in pane & aqua ieiuna. Tum amplius ille plorans & contundēs se, rogabat, vt pœnitentiam iniungeret salutarem. Supra modum ergo admiratus, & exhilaratus Antistes, tandem definitiue præcepit homini, vt abiret, & vnū tantū Pater noster diceret, sciretque pro certo peccatum sibi esse remissum. Nec mora: dirū ille emittens ciulatum, & in terrā procidens expirauit.

Th Cāt. lib. 2. de Vniuerso c. 51. p. 7.

Nec dubia fides, ficut Deo dignus Epifcopus poftea prædicauit, quin idem pœnitens fine vlla alia purgatorij pœna validiffima tantum cótritione purgatus ad gloriam euolauerit.

IV. *Veræ pœnitentiæ formam effe dolorem de commiffis peccatis, cum firmo propofito abftinendi de cætero, hoc exemplo oftenditur.*

Sophron. Prat. fpirit. c. 32.

MImus quidem erat in Tharfo Ciliciæ nomine Babylas. Erant autem illi duæ concubinæ; nomen vni Cometa, nomen alteri Nicofa. Viuebat autem luxuriosè, agens omnia, quæ illi dæmon fuggeffiffet. Die vero quadam ingreffus ecclefiam audiuit per difpenfationem Dei fanctum Euangelium legi. Erat autem ifta lectio: [Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cœlorum.] (*Matt. 5.*) Compunctufque cœpit cum lacrymis horrere, ac fe miferum dicere pro his, quę peccauerat. Confeftim igitur egreffus extra ecclefiam vocauit duas amicas fuas, dixitque illis: Scitis, quomodo vobifcum luxuriosè vixerim, vtque nũquam alteram plus quam alteram dilexerim. Itaque veftra funt omnia, quæcunque ego acquifiui. Accipite ea, & diuidite inter vos. Ego enim ex nunc abrenuncio feculo, & efficior monachus. Illæ autem ex vno ore refponderũt ei cum lacrymis: Ad luxuriam, & animarum noftrarum interitum communicauimus tibi; nunc vero quando hoc Deo placitum opus facere vis, dimittis nos & id folus facis? Profecto non ita erit, fed etiam in bono communicabimus tibi. Atque ita Mimus quidem inclufit fe in vna turrium ciuitatis. Illæ vero venditis omnibus fuis, erogatifque pauperibus, accipientes & ipfæ religiofum habitum fecerunt fibi prope turrem cellulã, & feipfas pariter incluferunt. Hunc & ego vidi, & ab eo valde ædificatus fum: eft enim vir valde humilis, & clemens, atque mifericors.

Cõuerfio Babylæ Mimi, et concubinarũ eius. Habitũ nouũ induebant olim religiofi.

V. *De peccato homicidij per contritionem remiffo.*

Ex Soph. pr. fpirit. c. 101.

ERat fenex quidam, qui ante modicum tempus defunctus eft Pardus nomine, genere Romanus. Hic dum effet iunior, mulio fuerat. Die quadam igitur abijt Hierico cum mulis, & cum effet in Xenodochio, inuentus eft illic puer paruulus, quem agente diabolo mulus calce percuffit, & occidit, ignorante hoc Abbate Pardo. Afflictus vero multum fuper hoc Abbas Pardus abijt in Arnonem, & effectus eft Anachoreta lugens femper, dicẽs: Ego feci homicidium, & vt homicida in iudicio damnatus fum. Erat autem illic prope torrentem leo, diebufq; fingulis ibat Abbas Pardus ad cubile leonis ftimulans & prouocans leonem, vt exurgeret & deuoraret eum. Leo autem nihil omnino eum lædebat. Videns autem fenex, quia nihil proficeret, ait in feipfo; Dormiam in via, per quam leo pergit ad fluuium, nam cũ tranfibit, vt eat ad bibendum, deuorabit me. Cum ergo iaceret, ecce leo poft paululum venit, & quafi ratione præditus effet, cum omni quiete tranfiliuit fenem, neque omnino eum tetigit. Tunc fenior certior factus eft, qd Deus remififfet illi peccatum; & veniens rurfus in monafterium fuum vixit in magna continentia, ædificans omnes vitæ fuæ exemplo vfque ad diem obitus fui.

Homicidã peccatum contritione deletum qua ratione cognitum.

VI. *Victorinus deflens peccata fua audit ea fibi dimiffa effe.*

D. Greg. hom. 34. in Euã.

NOftris modo temporibus victorinus quidã extitit, qui alio quoq; nomine Æmilianus appellatus eft, non inopis fubftantiæ iuxta mediocritatem vitæ. Sed quia plerumque regnat in rerum opulentia carnis culpa, in quodam facinore lapfus eft, quod debuiffet valde pertimefcere, ac de fuę mortis immanitate cogitare. Reatus ergo fui confideratione compunctus erexit fe cõtra fe, mundi huius oĩa reliquit,

Carnis Culpa

plerumq; regnat & verum e- puleatia

liquit, monasterium petijt. In quo nimirum monasterio tantæ humilitatis, tantæq; sibi districtionis extitit, vt cun cti Fratres, qui illic ad amorem diuinitatis excreuerant, suam cogerentur vitã despicere, dum illius pœnitentiam viderent. Studuit, namq; toto mentis adnisu cruciare carnẽ, voluntates proprias frangere, furtiuas orationes quærere, quotidianis se lacrymis lauare, despectum sui appetere, oblatã à Fratribus venerationẽ timere. Hinc itaq; nocturnas Fratrum vigilias præuenire consueuerat. Et quia mons, in quo monasterium situm est, ex vno latere in secretiore parte prominebat, illuc con suetudinem fecerat ante vigilias egredi, vt se quotidie in fletu pœnitentiæ quanto secretius, tanto liberius mactaret. Contemplabatur namque districtionem venturi iudicis sui, & iam eidem iudici concordans puniebat in lacrymis reatum facinoris sui. Quadã vero nocte Abbas monasterij vigilans hunc latenter egredientem intuitus, lento foras pede secutus est. Quem cũ in secreto mẽtis latere cerneret in oratione prostratum, expectare voluit qñ surgeret, vt ipsam quoque lõganimitatem orationis eius exploraret; cum subito lux emissa super eum fusa, qui in oratione prostratus iacebat, tãtaq; se illo in loco claritas sparsit, vt tota pars regionis illius ex eadem luce candesceret. Quam Abbas vt vidit, intremuit & fugit. Cumq; post longum horæ spatium idem frater ad monasterium redijsset, Abbas eius vt disceret, an super se effusionem tanti luminis agnouisset, requirere eum studuit, dicens: Vbi fuisti, frater? At ille latere posse se credens, in monasterio se fuisse respondit. Quod negans Abbas cõpulit eum dicere quid vidisset. At ille videns se esse deprehensum, hoc quoque quod Abbatem latebat, aperuit adiungens: Qñ super me vidisti lucem descendere, vox etiam pariter venit dicens: [Dimissum est tibi peccatũ tuũ.] Et quidẽ oĩpotens Deus peccatũ eius

Victorini cuius dam insignis pœnitẽtia.

Luce diuina perfunditur Victorinus in lachrymis.

Peccatũ Victori ni dimissum diuin⁹

potuit tacendo laxare. Sed loquendo per vocẽ, radiando per lumen, exẽplo suæ misericordiæ nostra ad pœnitentiã voluit corda conuertere. Miramur fratres charissimi, quod persecutorẽ suũ Saulum Dñs de cęlo prostrauit, de cęlo allocutus est: ecce nostris quoq; temporibus, peccator & pœnitens vocem de cęlestibus audiuit: Illi dictum est; Quid me persequeris? Iste vero audire meruit; Dimissum est tibi peccatũ tuum. Longẽ est inferior meritis peccator iste pœnitens, quam Paulus: sed quia adhuc in hac re de Saulo loquimur crudelitatem necis anhelante, liceat audenter dicere: Qd Saulus propter superbiam, vocem increpationis: iste vero propter humilitatem, vocem consolationis audiuit. Hunc quia humilitas strauerat, diuina pietas erigebat: illum quia superbia erexerat, diuina seueritas humiliabat. Habete ergo fiduciam, fratres mei, de misericordia Conditoris nostri? cogitate quid facitis, recogitate quid fecistis. Largitorem supernæ pietatis aspicite, & ad misericordem Iudicem, dum adhuc expectat, cum lacrymis venite.

Mitius pro mereris itur. Saulum persecutorem suũ Domin⁹ de cœlo alloquitur. Act. 9.

Iudicem misericordẽ hic lacrym⁹ adire debemus.

VII. *De salutifera contritione Philippi Comitis Namurcensis.*

Ante triennium defunctus est Philippus Comes Namurcensis, vir potens & nobilis, filius Balduini Comitis Flandriæ. Antequam autem moreretur, tantam ei Dñs contulit in infirmitate contritionem, quanta non fuerit visa nostro tempore in aliquo. Quatuor Abbatibus nostri Ordinis solebat sæpe confiteri, & cum tanto lachrymarum imbre, ut omnes ad lacrymas prouocaret. Nec ista ei sufficiebãt: quin laqueum collo suo inijceret, rogaretq; confessarios suos, ut se traherent in plateam, dicens: Sicut canis uixi, dignum est, ut moriar sicut canis. Filias fratris sui Balduini Comitis, qui factus fuerat Rex Gręcię, tradiderat Regi Frãcię, cuius filiã duxerat vxorẽ. Quidã dicebãt, quod eas uendidisset;

Cæs. li. 2. Mira. c. 18.

Lacrymæ contritionis multum valet apud Deũ

de quo facto plurimum dolebat. Deportari se iussit in pauperrimã domũ suæ ciuitatis; in qua pauper spiritu migrauit ad Dominũ. Volens autem pius Dñs tantam eius remunerare contritionem, miraculis eum glorificare dignatus est, tanquam dilectum confessoré. Sepultus est in ecclesia S. Albani martyris: in qua ipse instituerat Collegium Canonicorum, de suis reditibus iusta stipendia adhuc sanus ordinãs. Tantis vsq; hodie signis coruscat, vt de remotis regionibus infirmi ad eius tumbam confluant sanitatem recepturi, ipsamque terram circa sepulcrum effodientes secum pro benedictione deportent. Natura fat mansuetus erat & humilis, tñ gratia miraculorum extremæ eius contritioni, quæ maxima fuit, potius ascribenda est, quam pristinæ conuersationi.

Contritionis meritis eximia.

TIT. XXXVIII. De Confessione II. parte Pœnitentiæ; & de eius integritate, alijsque conditionibus.

Confessio apud Sacerdotem de criminibus peragitur omnibus, quæ post examinatam sedulo conscientiam in mentem homini veniunt.

Canis.

EXEMP. I. *Ab initio Ecclesiæ secretam peccatorum confessionem in vsu fuisse.*

SAcramentalem peccatorum confessionem Sacerdotibus secreto factã fuisse testatur Sozomenus Græcus historicus his verbis: Etenim cũ protsus non peccare naturæ sit humanæ diuinioris: pœnitentibus autem, quis frequenter deliquissent, veniã dare Deus iusserit, & ad impetrandũ deniq; veniã confiteri peccata necessarium sit, odiosum, vt credibile est, sacerdotibus ab initio visum fuit, tanq̃ in theatro, audiẽte Ecclesiæ multitudine, delicta pronunciare: Presbyterum itaq; aliquem vitæ integritate quam maximẽ spectabilem, secretorum etiã tenacem ac sapientem huic officio præfecerunt: cui accedentes qui peccarant, acta vitæ suæ confitebantur. Ille vero pro cuiusque delicto, quid aut facere singulos, aut luere oporteret, interminatus absoluebat, vt a seipsis commissorum pœnas exigerent.

Sozom. li. 7 hist. ecc. c. 16. apud Bar. t. 1. an. 56.

II. *Dionysius Areopag. Demophilum carpit, quod pœnitentem absque absolutione remisisset.*

DIonysius Areopagita B. Pauli discipulus Demophilum monachũ obiurgat, quod sacerdotem ad fonté gratiæ & misericordiæ redeuntem nimis acerbè à se reiecerit nõ absolutũ: postquam enim ei Christi benignitatem erga peccatores, qui etiam in humeros impositam ouem fert, quæ vix ab errore resipuerat, obiecit, sic ait: Tu autem, eum etiam, qui se ad sacerdoté submisisset, & abiecisset ad eius genua, impium & peccatorem haud scio quomodo contra te præsens calce detrusisti. Deinde ille quidem rogabat, seq; medicinæ peccatorum causa venisse fatebatur: tu autem non modo non exhorruisti, verum etiam bonum sacerdotem prouectus audacia maledictis vexasti, miserum eum appellãs, qui pœnitentem, atq; facinorosum iustum efficeret: & ad extremum, exi, sacerdoti dixisti, cũ tui similibus: quodque nefas est, in adyta ingressus es, & sancta sanctorum violasti. Nunc igitur nostra accipe. Nefas est sacerdotem à ministris, qui te superiores sunt, aut à tui ordinis monachis corrigi & reprehendi, siue aliquid impiè in diuina facere videat, siue aliquid aliud eorũ, quæ vetant leges, fecisse arguatur.

Dionys. Areop. e. pi. 8. ad Demophilũ monachũ.

III. *De quodam, qui integrè confitens pie moritur.*

CIrca an. Dñi 1000. Petr. Damianus de miraculis sui seculi isigne refert exemplũ de integritate Confessionis: Hugo, inquit, Cluniacensis Abb. cũ ad suũ me monasteriũ perduxisset, frater qdã senex i infirmorũ domo ingrauescẽte totius corporis tumore lãguebat.

Pet. Da. epist. ad Desiderium Abbatem l. 2. ep. 15.

Hic

Hic porro cum Abbatis comperisset adesse præsentiam, lætus effectus diuinam cœpit implorare clementiam: Domine, inquit, quem nullum latet occultum, quæso, si quid reatus in me est, quod non sum hucusque confessus, tu mihi misericorditer in memoriam reuoca, quatenus Abbati meo, dum præsens est, pure confitear, atque ab eo, qui ius hoc in me præ cæteris habet, iudicatus absoluat. Hoc dicto huiusmodi vox auribus eius insonuit: Certè est, certè est aliquid in te, quod confessus adhuc non es. Cumque ille vocem solam audiret, sed à quo procederet, non videret, orando subiunxit: Exprime Domine manifestè quid hoc sit, vt confessus corrigam quod erraui. Porro vox eadem peccatum quoddam sicut quærebat, signãter expressit, quod ille à se commissum recognouit, & Abbati festinanter accito, facta confessione purgauit; paucisque post diebus in sancta pace defunctus est.

IV. *Vnicum incantationis peccatum in confessione omissum in extremis laboranti obijciunt dæmones.*

Apud Lau. Sur. 31. Mar. to. 2.

IN vita S. Guidonis Confessoris de quodam Bertholdo scribitur, cum propinquus morti tardè admodum animam efflaret, conscientiæque stimulis pungeretur, benignitate Dei & precibus sancti Guidonis sibi redditus est. Rogantibus autem fratribus, quid sub ijs tam diuturnis mortis angoribus vidisset; Vidi, ait, dæmones aduersum me sæuientes, & peccatum quoddam mihi obijcientes. Cum enim in sæculo degerem, non nisi vnam didici incantationem, qua vsus fui: sed eam iam planè etiam ex animo exciderat. Hanc solum illi mihi procaces spiritus horrendum in modum obiecerunt; sed virtute Christi atque orationibus sanctissimis Patris Guidonis, vestrisq; profligati, tristes abscesserunt. Deinde accepta pœnitentia in pace perpetua illico quieuit.

Incantationis peccatum 7 confessione omissum morienti ob truditur.

V. *Peccati mortiferi reticentia in confessione sacræ Eucharistiæ perceptionem impedit.*

Ex li. 1. Miraculorum Petri Venerabil. c. 5

FRater quidam in monasterio, quod in Francia apud turrim super Maternam sub iure nostro est, diuturnæ ægritudinis necessitate coactus, Rodulphum tunc Abbatem monasterij Caralaunensis, propter medelam tam animę, quam corporis, quarum ille rerum non ignarus erat, ad se venire rogauit. Ad quem ille charitate prouocatus venire non distulit, & veniens mox ægrum visitare curauit. Cumque nõ mediocriter eum grauari infirmitate cerneret, hortari eum ad confitendum cœpit. Quod ille se libenter agere professus, confiteri peccata sua, sed non in simplicitate spiritus aggressus est. Nam grauiora & mortifera stulto pudore reticens, quotidiana tantum, & quę leuia videbantur, confitebatur. Qua palliata confessione completa, corpus Dominicum sibi afferri deprecatus est. Quo allato, & præsumptuoso ore suscepto, cum diu multumq; illud traijcere conaretur, nec valeret cũ vino, quod susceperat, frustra omnia comminuti corporis Christi in vas, quod ori eius suppositum fuerat, refundere coactus est. Hoc casu, immo diuino iudicio Abbas, qui aduenerat, pmotus, & ægrum non plenè confessione purgatum ratus, rursus eũ admonere cœpit, vt si aliquod facinus reticuisset, vera sibi confessione reuelare non erubesceret. Qui & hortatu eius, & diuino instinctu compunctus, & ad cor reuersus est, & quicquid pestis intus latebat euomens, crimina, quæ ante lethali pudore celauerat, vitali & vera cõfessione, nõ iam fictè, sed veraciter corde cõtrito & humiliato patefecit. Cumque oĩ fæce iniquitatis per antidotũ pœnitentiæ purgatus fuisset, & per Abbatẽ absolutionẽ meruisset, Eucharistiã, q̃ prius reijcere cõpulsus fuerat, allatam deuotè suscepit, & absq; vlla difficultate, vt sãctissimus aliquis, deglutiuit.

Palliata confessio monachi impedit Eucharist. perceptionem.

Eucharistiam in ægro confessus absque difficultate sumit.

Et vt de miraculo omnis dubitatio tolleretur, qui particulam corporis Christi, quam deglutire nō potuit, reijcere per frusta compulsus fuerat, post confessionem, non solum corpus Domini, sed etiam cibos alios absque vllo impedimento suscepit. Sic igitur confessione, absolutione, sacramēti sumptione frater ille in Domino confortatus, tribus postea tantū diebus superuixit, & sic defunctus est. Hoc ab eodē Rodulpho Abbate cognoscens cunctis legentibus & audientibus communicare curaui.

VI. *De muliere defuncta, quæ vt peccata confiteretur meritis S. Francisci ad vitam rediit.*

S. Bonau. in vita eius cap. 15. apud Sur. 4 Oct. & Pelbar l. 3 de pæn. c. 12 conc. 4.

Insigne miraculum pro approbatione confessionis.

IN castro Montis Marani prope Beneuentum, mulier quædam sancto Frācisco peculiari deuotione cohærens viam vniuersæ carnis intrauit. Conuenientibus autē Clericis nocte ad exequias & vigilias cum psalterijs decantādas, subito cūctis cernentibus erexit se mulier super lectū, & vnū de astantibus sacerdotem, patruum videlicet suum, aduocauit, dicens: Volo confiteri Pater, ego enim duro eram carceri mancipanda, quoniam peccatū, quod tibi pandam, necdum cōfessa fueram. Sed orante, inquit, pro me S. Frācisco, cui, dum viuerem, deuota mēte seruiui, redire nunc ad corpus indultum est mihi, vt illo reuelato peccato, vitā promerear sempiternam. Et ecce vobis videntibus, postquam illud detexero, ad promissam requiem properabo. Trementer ergo tremēti Sacerdoti cōfessa, post absolutionem receptam, quiete se in lectulo collegit, & in Domino feliciter obdormiuit.

VII. *Peccata, quæ voluntarie in confessione celantur, tandem aliquando summa cōfusione manifestabuntur.*

Io. Ægidius in libro qui dicitur Scal. cæli.

LIcet hic adferre exemplum, quod adfert Ioannes Ægidius, siue Ioānnes Iunior Ordinis Prędicatorū, in suo libro, qui dicitur Scala cæli: Duo Prædicatores ibant per viam, quorū vnus erat Pœnitentiarius Domini Papæ, & sanctus homo, & alter multum innocens & pius. Cū ergo irent per viam, & ad quoddam castrū venissent, in quo erat mulier, quæ adulterium commiserat cum quodam de parentela sua, & propter enormitatē peccati & erubescentiam humanam vndecim annis absq; cōfessione tenuerat, illa dum vidisset istos Fratres extraneos in ecclesia celebrantes, dixit intra se: Isti non cognoscent te, nec vnquā redibunt ad partes istas, & ideo istis dices peccatū. Celebrata Missa ad Pœnitentiarium accessit, & stāte socio ex opposito, cum peccata sua cōfiteretur, ad quamlibet expressionem vnius peccati vnus bufo exibat de ore eius, & saltando exibat ecclesiam. Tandem confessis omnibus peccatis, cum venisset ad illud, præ verecundia noluit confiteri, & dū absolueretur à Pœnitentiario, & ipsa vellet recedere, socius Pœnitentiarij vidit, quod omnes illi bufones cū vno alio maiori & enormioris formę turmatim ingressi sunt os mulieris, & ventrem. Recessit mulier non confesso peccato, recedunt & fratres. Et cum per vnam leucam iuissent, socius Pœnitētiarij ei reuelauit visionem, quam viderat de muliere confitente. Qui territus & tristis dixit: Celauit aliquid in confessione. Et cum redijssent, vt eam cōuerterent, eam suffocatā & mortuam inuenerunt. Qui contristati modo mirabili cum ieiunio & orationibus cœperunt implorare diuinam clementiam, vt dignaretur ostēdere, quid significaretur per visionem ostensam. Tertia die apparuit eis mulier equitās super draconem, & duo serpentes crudeles accingentes collū eius, sugentes eius vbera; duo bufones terribiles erant super oculos eius, ac de ore eius ignis sulphureus expirabat; duo canes deuorabant crudeliter manus eius: & duæ sagittæ ignitæ immittebantur per aures eius: in capite eius lacertæ stabant. Quam cum vidissent fratres territi corruerunt.

Guil. Papin trac. 1. super Cōfiteor. & Sp. exempl. dist. 9.

runt. Tunc illa, Nolite timere amici Dei; nam ego sum illa maledicta; quæ fui vobis alia die confessa. Et quia celaui in cõfessione tale peccatum, sum adiudicata perpetuo huic pœnę. Tunc Pœnitentiarius; Adiuro te per Deum viuum & verũ Christum vt informes me de duobus dubijs. Primũ est, quid significat hæc diuersitas pœnarũ? Tũc illa; Lacertæ capitis sunt in punitionẽ ornamentorum capitis: bufones oculorũ in punitionem corruptorũ aspectuum: sagittæ ignitæ in punitionem diffamationum, cantationum, & immundorum verborum: Serpentes sugentes vbera, in punitionem, quia sustinui immundos tactus: sed crudelitas canum in punitionẽ actuum immundorũ, & quia bona dedi, de quibus sustentari pauperes poterant Christi, meis amatoribus; equito super draconem, qui inexpressibili dolore cruciat, & comburit omnes tibias, & omnia viscera mea in punitionẽ immundarum operationũ. Tunc pęnitentiarius; Rogo vt soluas secundũ dubium meum, scilicet, quæ sunt peccata, ex quibus gentes hodie magis damnantur. Tunc mulier: Hodie per viam peccati ad infernum descendunt mulieres per quatuor genera peccatorũ; per peccatum luxurię, per peccatum vani ornatus & pictionis: per peccatũ sortilegij, & per erubescentiam cõfessionis. Cum ergo interrogaretur, an posset iuuari, draco cum mirabili cruciatu subito eleuans eam ad infernum portauit.

VIII. *Petrus Fauerius Carthusianus post confessionem grauiter à dæmone tentatus, & desperationi proximus, à B. Virgine confirmatur.*

Ex Annal. Carthusia. Henric. Grauius in Prat exempl.

INter alumnos sancti Brunonis Carthusianę familiæ principis, quidam fuit Petrus cognomine Fauerius; qui ob vitę merita, præclaramque prudentiam, sanctæ Crucis domum Prior, vt vocant, gubernauit: postea familiæ totius lites & negotia tractauit, quod in eo sedulitas cum officiosa fide coniuncta lucere: cumq; in vrbe quadam, ad quam commissi muneris necessitas venire coegerat, ægrotaret, morboque in dies ingrauescente vltimum vitę tempus immineret, Dei beneficio Hubertus, & is Carthusianus, & cuiusdã monasterij Præfectus, eodẽ peropportunè peruenit. Huberti aduentus Fauerio iucundissimus accidit, animique lætitiam illis verbis declarauit: Tẽpestiue admodum, mi frater, accedis, pollinctor videlicet meus, & funeris ac sepulturæ minister egregius. Ei igitur peccata confessus viaticum sacrosanctum accepit, & oleo litus extremo sese ad moriẽdum pręparabat. Cæterum Huberto quietis, atque otij causa paulisper secedente, in ægrotum, qui solus erat, malus dęmõ inuadit, occasionum & captator, & versutus inuentor veniebat grandis libri sarcina onustus, in quo delictorum Fauerij omnis latebat historia, eamque diabolus morituro Fauerio cum risu & cachinno prælegebat Monachus suæ familiæ causarum litigator obstupuit, idque vnũ in præsentia respõdit, quæ exprobrasset commemorassetque, se esse delicta confessum, & in Sacramenti illo foro sententia sacerdotis absolutum, proinde obmutesceret, atque illa relegere desineret, quibus æternus index clementer ignouisset. Redarguit Satanas confessionem inualidam esse, vbi de multis, quæ rem circumstant, quæque nominatim explicari debent, tacuisset. Negat fieri posse, vt hostiles manus effugiat, qui, quæ erant dicenda & subtiliter explicanda, prætermisit. Ægrotus vehementer expauit, ac desperationi proximus de animi salute diffidebat, cũ misericordiæ parens & periclitantium adiutrix opportuna, sanctissima Deipara, lumine circumamicta, quod vix acies ferret humana, & manibus ac brachijs formosissimum puerũ amplexa cõspicitur, hisque ægrum verbis affatur: Quid times, animumque despondes? in portu nauigas, omnia tibi ab hoc pulcherrimo puero peccata cõ-

donantur, tibique esse remissa confirmô. Hæc vbi cacodæmon audiuit, fractus, debilitatusque diffugit, ipsaque cœli Regina cum paruulo illo, sed totius orbis & rectore & effectore filio discessit. Restitit, reuixitque Fauerius, & animũ cõfirmauit, qui pene desperauerat. Redeunti paulo post collegæ Huberto vtramque visionem patefecit: deinde matutinis precibus absolutis, ægrotus alta voce pœnitentiæ septẽ psalmos pronunciauit, languescentibus viribus Hubertum ad precũ partem aduocauit, amboque litanias recitarunt. Vt autem ad illud ventum est: Omnes Sancti & Sanctæ Dei, intercedite, &c. Fauerius dextræ manus intento indice, lætus exclamauit: Omnes sancti, qui hic adestis, intercedite pro nobis. Et in his verbis vitę cursum, atque periodum feliciter terminauit.

Præmiũ integræ confessionis.

IX. *De pœna cuiusdam fœminæ, ob peccatum præpudore in confessione sacramentali.*

Seraph. Razius in horrendo exemplor. tit. de cõfess. §. 3. & D. Gab. Inchino Canon. Regul. Lateran.

IN Italiæ quadam ciuitate quondam fuit nobilis fœmina, quæ, prout exteriori sua conuersatione præ se ferebat, ab omnibus tãquam sancta reputabatur. In eleemosynis liberalis erat, ecclesias frequentabat, & familiam suam in timore Domini gubernabat. Cũ ergo sub tali pietatis nomine apud omnes bene audiret, vbi ad extremũ vitę peruenit, post mortem reliquit inter alias filiam vnã valde piam & deuotam, quæ pro dilecta sua matre in dies singulos particularẽ apud Deum fundebat orationem. Post autem aliquot septimanas, cum ipsa sola esset quadam die in cubiculo, dictæ puellæ accidit, vt subito, eoque inusitato corriperetur tremore membrorum. Et cõueniens oculos ad ostium cubiculi, vnde ipsi videbatur audiuisse strepitum, percepit mõstrum horribile visu porci excoriati speciem præ se ferens, ignem & fœtorem grauissimum vndequaque emittens. Vnde cum graui timore cõsternata surrexisset à loco orationis, ad dicti cubiculi fenestras citissimè cucurrit, vt se deorsum præcipitaret, & sic tam cruentæ bestiæ præsentiam euitaret. Verum audiens illa vocem quãdam in hæc verba post se emissam: Siste gradum, filia; filia, siste gradum, ipsa à Deo confortata immota substitit, audiendi causa, quid informe & horrendum istud monstrum proponere vellet. Quod voce humana talibus cum ea sermonibus egit. Nunc intelligas, filia, me esse eheu: infelicem, & maledictam matrem tuam, quæ non obstante vita irreprehensibili & inculpata, necnon & pia cõuersatione mea, quam semper in præsentia hominum duxi, nihilominus tamẽ propter enormia quædam & detestanda peccata, quæ cum patre tuo fœdissimè perpetraui, & præ verecundia nunquam cõfessa sum, æternis inferni ignibus deputata sum, & propterea nullas pro modeinceps ad Deum fundes preces. Cumque filia ab ea petijsset, qualia forent inferni tormenta, respondit: Priuationem visionis diuinę pre omnibus maximã esse: & postea cogitationem, qua apprehendunt damnati se nunquam liberandos à pœnis. Quibus adiunxit damnatorum exercitium, blasphemare & maledictis prosequi diuinam iustitiam, quæ eos tam acriter hisce cruciabat & torquebat supplicijs. Denuo interrogata de tempore interiecto à die mortis eius, vsq; ad tempus, quo in eam damnationis suæ definitiua prolata est sententia, in hunc modum respondit: Statim vbi separata fuit anima eius à corpore sine præuia confessione debita, rapta fuit ante tribunal Iesu Christi per malignos spiritus, & cum ipse eam iracundo vultu inspexisset, iudicasset, atque maledictionis sententiæ addixisset, fuit in instanti per cacodæmones præcipitata in inferni teterrimum barathrum: & cum ipsam monuisset, ne quid eam vlterius interrogaret, aliquos saltus faciendo super arcas & scamna, quæ lecticam circumstabant, & eisdem sua

vesti-

vestigia imprimens tanquam quoddam ferrum cādens foret, ab ijsdem dæmonibus de nouo ad infernum transportata fuit. Puella autē damnatione matris admodum afflicta, postea quā quibusdā linteis hæc fœtida vestigia cooperuisset, simulque cubiculum obserasset, confestim ad ecclesiam se contulit, ac cōuocari fecit Prædicatorem, qui toto quadragesimæ tempore habuerat cōciones ad populum Patrem videlicet Damianum Pousfole territorij Cremonensis, cui rem totā, prout acciderat, plene enarrauit. Quo facto, sese trāsfert ad dictum cubiculum, & vbi vidit monstri vestigia, simulque fœtidum percepit odorē, locum benedixit, & filiam consolatus est, quæ illi fecit licentiam hoc exemplum publice annuntiādi. En malū, quod ei accidit, qui integre non confitetur, & præ verecundia peccatum aliquod, enorme omittit.

X. *Iosbertus de Firmitate, cum sine intellectu & loquela iaceret, precibus D. Bernardi obtinuit gratiam peccata sua cum dolore confitendi.*

Guilliel. Abb. in vita S. Bernar. li. 1. c. 3.

CVm Bernardus aliquantos iam in Claraualle explesset annos, contigit virum nobilem, & ipsius quoque secundum carnem propinquum. Iosbertū de Firmitate, quod est oppidum proximum monasterio, grauiter infirmari, qui subito præoccupatus amisit intellectum, pariter & loquelā, vnde & filius eius Iosbertus iunior, & omnes amici eo magis affligebantur dolore, quod siue confessione & viatico vir magnificus & magnificè honoratus obiret. Cucurrit nūcius ad Abbatem, neq; enim tūc in monasterio erat. Venit, & inuenit eum iā triduo sic iacentem. Compassus autem homini, sed & mortis lacrymis filij eius, simul & lugentium cæterorum, cōfisus est de misericordia Dei, & sermonē magnificū protulit, dicens eis: Notum vobis est, quod in pluribus homo iste grauauit ecclesias, oppressit pauperes, offendit Deum: si mihi creditis, vt ecclesijs restituātur ablata, & vsurpatæ in grauamen pauperum consuetudines dimittātur, loquetur adhuc, & suorum confessionē faciet delictorū, diuina quoque suscipiet sacramēta deuotus. Miratur omnes, lętatur filius, familia omnis exultat. Quicquid præcipit homo Dei, firmiter ei promittitur, & impletur. Cęterum frater eius Gerhardus & Galdricus auunculus, non parum territi & turbati secretius eum super tali promissionē conueniunt, durius arguunt, acrius inuehūtur. Quibus breuiter, simpliciterque respondens: Facile, inquit, facere potest Deus, quod difficile credere vos potestis. Itaque post secretā orationem ad oblationem sacrificij immortalis accedit. Quo offerente nuncius superuenit, qui indicaret præfatum Iosbertum libere iā loquentem rogare obnixius, vt vir Dei festinaret ad eum. Cui etiam post oblatum sacrificium venienti cum lacrymis & gemitu peccata confessus diuina sacramenta suscepit. Ex quo miraculo, & Confessionis necessitatem, & vim diuini sacrificij simul intelligim⁹.

XI. *Ferdinandus quidam Hispanus cum peccatum reticuisset, à dæmonibus comprehensus, & exanimatus, a P. Cornelio ad vitam reuocatur, & confessionem cum maximo dolore pretexit.*

Ex Annal. Societ. ad ann. Do. 1552.

NOn est hoc loco digna res literis supprimenda. Vtebatur in religiosæ vitæ tirocinio tanquam magistro P. Cornelio Ferdinandus quidam Hispanus, eiq; sua deponebat in confessione peccata, sed cum in idem peccatum mala consuetudine sæpe recideret, verecundia impeditus, expositis reliquis, illud vnum in omologesi reticebat. Visus est fraudem diuino instinctu sensisse Cornelius, qui ne temerè sua perperam enuncianti peccata manus imponeret, hoīem duplici corde simulationis insimulans, affirmauit eius aīam multitudine dęmonū obside

ri,

ri, qui & os ei, ne peccata funditus aperiret, obstruerent, & præcordia, ne dolorem susciperent, occuparent. Qua Ferdinandus obiurgatione proditus, ipsa facinoris conscientia permisceri se totum sensit, in eaq; perturbatione videri sibi videbantur geminata quodammodo omnia, rotariq; domesticũ ædificiũ, & vniuersa circumagi. Cum fari vellet, omnino non poterat, magnam dæmonum vim eructans, quorũ tenebris menti atq; oculis offusa caligula exanimis repẽte corruit, vt mortuum omnino Cornelius crederet, nullo in eo animæ vitæq; vestigio animaduerso. Sic exanimato, & ad terram afflicto videbatur ingẽs numerus insidiantiũ demonum suam comprehensam aĩam Christo sistere, prolatoq; suorũ indice peccatorum eum grauiter accusare, & vt suam suo quasi iure repetere. Erat autem ea specie Christus: atq; figura, quã in eius anastasi depingenda nobis pictores exprimunt, crucis insignibus supra solem splẽdida, & vulnerum cicatricibus rutila; vultus autẽ eius, innumerabili beatorum circũstante corona, grauis & iratus in reum: ex altera parte, cernere sibi Cornelium iuxta corpus vacans animo videbatur, qui Christi proiectus ad genua, pro suo in vitã reditu, vt peccatorum pœnas lueret, supplicaret: Christum autẽ ipsum dextera signo crucis expresso, supplicantis precibus annuisse, continuoq; suam à Cornelio aĩam exceptam vlnis ad exanime corpus visum esse reduci. Qđ dum faceret; insequentem à tergo dæmonem inhibere conatum; sed aduersæ crucis obiectu à Cornelio fugatum: vt autem restitutam in suum corpus animã reus vidit, sentire sibi visus est exustum vndiq; corpus totum, perinde ac si ex inferorum reuerteretur incendijs. Obijciebantur hæc illi, cum Cornelius stratus suppliciter ante Deũ has mittebat pro discipulo voces: Eya, benignissime Dñe, fac vt huius reuertatur aĩa in corpus eius, & absoluatur à peccatis, & pro ijs dignã peragat pœnitentiam. Ea prece fusa, accedit Pater ad exanime corpus, digitosq; iacentis adducit, mortui nomen inclamans, ad cuius vocẽ recurrit illico ad suum aĩa corpus, & qui iacebat humi, se tollens flere cępit vberius, in eo fletu perseuerauit aliquãtisper, dum lacrymis saturus institutam peccatorum confessionem longè accuratissimè, maximaq; doloris significatione pertexuit. Quorum ille nexibus absolutus, nunquã sibi visus est lætior, nunquã in vita tranquillior. Ex eo tpe noxia fax corporis, qua molestissime inflammari consueuerat, tota relanguit. Hæc ex ipso authographo Ferdinandi, Cornelij chirographo subsignato, qui rẽ cum Dei laude, & posterorum bono cõiunctam litteris testandam censuerunt.

XII. *Subticens scelera in confessione districto gladio in somnis terretur, & integre confessus liberatur.*

EX litteris annuis Societatis accepimus, hoc, quod nunc scribam, anno Dñi 1584. accidisse. Quidã cum plures annos grauia in confessione scelera reticeret, per quietẽ se vidisse narrabat, ardentẽ in se distringi gladiũ ad aspectum horribilem: se vero perterrefactum sustulisse clamorem, Deoque, vt sibi ignosceret, supplicasse, promissione facta integrè confitendi. Tunc gladius in vaginam recõditus est, nec vspiam amplius apparuit. Visi fidem fecit accurata confessio, & è cõcepta formidine examinatio tanta, vt tanquam mox expiraturo sacramẽta nouissima sint adhibita. Sed vt in confessione pestem euomuit, momento conualuit. Hoc vero in Hispania accidit in ciuitate Toleti. Hoc discrimen, quod ille vidit, omnibus imminet, qui non rectè cõfitentur, ad quos omnes Psaltes ait: Nisi conuersi fueritis, gladium suum vibrauit, arcum suum tetendit, & parauit illum, & in eo parauit vasa mortis sagittas suas ardentibus effecit.

Ex litt. a. 1584. P. Ioan. Osor. cõc. 2 de Cõf. 10. 4.

Discrimen imminet reticẽti crimina in confessione.

Psal. 7.

XIII. De

XIII. *De infelici morte puellæ ob confeſſionem ſæpius ſacrilegè repetitam.*

Ex Annal. Societ. an. 90 et 91. P. Thyræus Soc. par 1. de locis infeſt. c. 1. Vide fuſius apud P. Delrio.

IN Prouinciæ Peruanæ ea parte, quę Iitanorum eſt, Catharina ſedecim annorum puella, ob violatam ſacrilegio ſæpius confeſſionem infelicè mortem obijt, & poſt mortem multarum turbarum atq; tumultuum fuit cauſa. Mox vt animam exhalauit, fœdum cadauer remanſit, tam tetri odoris, vt ſeponendum fuerit ſub dio, ne domum inficeret. Eodem tempore manſuetus alioquin equus & placidus ſic furere cœpit, vt calcibus arietaret in murum, & hac illacq; percurſaret, vinculis abruptis. Auditi, canū latratus & inquieti diſcurſus. Adoleſcens quidam extra lectum brachijs extractus: vna ex ancillis calce in humerum percuſſa, cuius plures ad dies māſerunt veſtigia. Poſt ſepulturā, in famulam ingredi cupientem cubiculum, vbi illa erat, vas deiectum eſt de tabulato ſuperiore: & maior pars oppidanorum conſpexit vim magnā laterum, tegularumq; magno fragore diſpergi per ædes. Neque hoc ſatis. Dnā coram decem aut duodecim mulieribus, ſemel, iterumq; ac tertiò rapta eſt pede altero (nec apparebat raptator) itidem famula, quę Catharinę familiaris fuerat. Cum in cellam veſtiariam iret ancilla, vt promeret veſtē, videt Catharinā extollentem ſeſe vaſi prēſando. At ipſa cum clamorè repente ſe proripit: cęterum vas in parietem proiectum diffractum eſt quaſſu ingēti. Cum Domina ſtrepitu excitata intraret cellam, dimidiatus later magno impetu in murum eſt impactus. Poſtridie impreſſa in pagina Chriſti effigies de cruce pendentis aptè applicata eſt glutine in pariete veſtiarij; ſtatimque cunctis inſpectantibus euulſa tres in partes conſciſſa eſt. Eodem die cum in horto cœna eſſet, magna pars lateris decidit in lancem & conturbauit mēſam:

TIT. XXXIX. De fructu & vtilitate Confeſſionis ſacramentalis.

EXEMP. I. *Per veram confeſſionem peccata latronis cuiuſdam prorſus delentur.*

Io. Climac. lib. qui dicitur Climax ſiue Scala cęli gra. 4. Confeſſionis virtute peccata delentur.

SCribit Ioa. Climacus, antiquiſſimus ac doctiſſimus Pater, in libro, qui dicitur Climax: Cum latro quidam, inquit, monachus futurus, peccata omnia confiteretur, conſpectum fuiſſe à ſpirituali quodam ſanctoq. viro procerum quendā ac terribilem, qui conſcriptam chartā & calamum tenebat: & cum latro ille humi proſtratus peccatum confitens pronunciaret, hoc ille calamo delebat. Qua viſione intelligi voluit Deus, quod ibidem Climacus ſcribit, per temporalem confuſionem eos, qui confitentur, ab æterna confuſione liberari.

II. *Hæreticus, candentis ferri combuſtionem paſſus, & ad ſupplicium damnatus eſt, qui dum peccata confitetur, manus ambuſta ſanatur.*

Cæſarius Ciſterc. l. 3. Mirac. c. 16. Pater Delrio tomo 2. diſquiſ. Magic. li. 4. c. 4. q. 4.

IN Cameraco ciuitate Epiſcopali, infra hoc quinquennium plures hæretici cōprehenſi ſunt; qui omnes timore mortis ſuā perfidiam negauerunt. Miſſus eſt ab Epō clericus, qui negantes per candens ferrum examinaret, aduſtos hęreticos eſſe ſentētiaret. Examinati ſunt omnes, & combuſti, qui cum traherentur ad pœnam, vnus ex ijs vir nobilis sāguine reſeruatur à clerico ad vitam, ſi forte illum quoquò modo reducere poſſet ad pœnitētiam; cui ſic dixit: Homo nobilis es, miſereor tui, & compatior animæ tuæ: rogo & moneo, vt adhuc de tanta perfidia reſipiſcas, & de errore ad veritatem redeas; ne per mortem temporalem mortem incurras æternam. Ad hæc ille reſpōdit: Experimento didici me erraſſe. Si ſera pœnitētia mihi prodeſſe poſſet, non renuerem confiteri. Cui cum ille diceret, pęnitentiam veram nunquam eſſe ſeram; vocauit ſacerdotem, cōfeſſus

Sera nūquā pœnitentia.

sus est homo errorē suum, ex toto corde Deo promittens, si vita concederetur, satisfactionem. Vt autem pius Dominus vim ostēderet cōfessionis, mox vt pœnitens cœpit peccata sua confiteri, cœpit & ipsa combustura in manu pœnitētis paulatim minui; quę in tantū, eo aspiciente, decreuit, in quantum confessio profecit. Medietate cōfessionis peracta, media pars plagæ sanata est: vt autem cōfessionem totam compleuit, & virtus ipsa cōfessionis combusturam tam in colore, quam in dolore deleuit, & manus pristinā sanitatē recepit. Vocatus est vir à iudice ad ignem: ad quem clericus: Quare eum vocatis? Vt ardeat, inquit, eo quod in examinatione combustus sit: tunc clericus, ostendens manum eius sanissimam, liberauit eum à pœnis, cæteris igne consumptis.

Vis confessionis auricularis.

III. *De homine facinoroso desperato, qui à P. Leone ad spem reuocatur, & post confessionem omnibus angoribus liberatur.*

Ex Annal. Societ. an 1554. to. 3.

Desperatio.

Admirandа facinorosi perditique hominis, vrtute cōfessionis, resipiscētia fuit sub R. P. Leone Conimbrigēsi Rectore. Is peccatorum turpitudine ac multitudine quodammodo obrutus atque oppressus ferre se ipse nō poterat; & vt sui ipsius iudex & carnifex esset, sibimet exitiū, atque perniciē veniæ desperatione parabat; venenum hauserat, & plenā hebdomadam sine cibo transegerat, vt per inediam vitam finiret. Cumque multis indagatis sui interimēdi vijs, nulla Deo prohibente, & miserente procederet, ad extremum se Satanę dedidit, totusque ei sese & animo & corpore mācipauit. Mox eius tyrannidē, cuius mancipiū se fecerat, est expertus; tot, tantisque ex illa die corporis doloribus tortus; tot animi cruciatus angoribus, vt ad eius inconditas voces, & miserabiles vlulatus omnis vicinitas expauesceret. Ea re cognita Religiosi Cœnobitæ quidā auctores fuere propinquis atque domesticis, vt æger deduceretur ad nostros. Quem vt Leo Rector aspexit, & quē miser deuenisset in locum percunctādo cognouit, ad diuina præsidia se contulit, preces indixit suis, & ipse supplex humilisque Deo misericordiam elicuit. Deinde aggressus hominē de spe deiectū erigit, & ad spem reuocat, agit de animo componendo, & saucio pectore persanando, reditum in gratiam cum offenso Deo, qui benignus & misericors esset, & placabilis super malitia, pollicetur modo humilem per cōfessionem, & anteactæ vitæ detestationem, virus euomat peccatorum: quod vt pacatius faciat, liberatiōnem etiam angorum atque dolorum, quibus cōflictabatur, exorat, inducias impetrat, & spe bona cōpletū excipit confitentem. Ab ea confessione omnia de cætero ei fuere tranquilla, conualuitque corpore pariter, & animo, initoque vitę melioris initio, perseuerantiam magna spe salutis æternæ ad extremum vsque tetinuit.

Desperabundus.

IV. *Ventatio gulæ confessione patefacta illico marcescit.*

P. Plato lib. 1. de bono status Religiosi cap. 24. ex Collat. Cassiani. 2. c. 10.

Quod serpens teterrimus velut è tenebroso & subterraneo specu, virtute cōfessionis protractus ad lucē, cōfusus quodammodo & de honestatus aufugiat, id confirmat Cassianus hoc illustri Serapionis abbatis exēplo, quē ait hoc de se ipso narrare solitum: Cū adolescens esset, in eam prolapsus consuetudinem, vt gulæ intemperantia victus, panem vnum occultè comederet: cūque hoc vitium quotidie defleret, & quotidie tamen recideret, demum aliquādo in plurimum patrum consessu, interioribus stimulis ad actū, prodijsse in mediū, suamque hanc culpam coram omnibus professum esse. Tum verò ipsius magistrum, prudentem hominem, & spiritualium rerum gnarum, iussisse eum bono esse animo, quoniā aduersarium, à quo ante a suo silentio victus esset, nunc præclara illa confessione certissime triūphasset; quibus

Gula victa exomologesi deletur.

bus verbis vix ab eo finitis, quandam quasi sulphuream facem ex iuuenis sinu, in quo antea panem cōdere consueuerat, exiliisse; quæ tanto locum illum fœtore repleret, vt vix vllus consistere posset: id autem ab omnibus sic acceptum esse, vt intelligerent, dæmonem esse, qui superatus abscederet; idque Serapionem ipsum sæpe testatum esse, se ab illo temporis puncto nunquam deinde amplius in vita sua vllam furtiui illius desiderij vel minimam titillationem sensisse.

V. *De muliere ab iracundiæ morbo per confessionem liberata.*

Ex D. Bern. in vita S. Malachiæ. D. Bernardus in vita Malachiæ viri sanctissimi, quā ipse literis mandauit, vbi fœminam quandam sancti viri precibus à morte ad vitam fuisse reuocatam cōmemorasset, aliam deinde refert, quæ iracundiæ & furoris morbo sic obnoxia erat, vt & fratribus & filijs etiam, cæterisque omnibus intolerabilis existeret. Itaque dolentes filij tum pro illa, tum pro se ipsis, trahunt illam ad præsentiam Malachiæ, lacrymabilem cū fletu querimoniam deponentes. Vir autem sanctus & periculum matris, & incommodum miserās filiorum seorsum aduocat illam; fueritne confessa aliquando peccata sua, solicitè percunctatur. Respondit: Nequaquam. Confitere, inquit: paret: & ille iniungens pœnitentiam confitenti, oransque super eam, vt Dominus omnipotēs det illi spiritum mansuetudinis, in nomine Domini Iesu, ne vltra irascatur, iubet. Tanta deinde mansuetudo secuta est, vt pateret omnibus, non esse aliud, quam admirabilem mutationem dexteræ Excelsi. Fertur adhuc hodie viuere, & tantæ esse patientiæ & lenitatis, vt quæ omnes exasperare solebat, nullis modo exaspetari damnis, contumelijs, & afflictionibus queat. *Mulier iracundia confessione mitescit.*

VI. *Indus quidam ebrietati deditus spectro horribili molossi specie perterritus, & ritè confessus meliorem ingreditur viuendi rationem.*

Erat Indus, cum cæteris vitijs atque omni dedecore infamis, tum ebrietate potissimum. Hunc bene morata vxor, egregiaque Christiana monebat assidue, caueret diuinas iras: sed vbi sensit nullum admonitionibus relinqui locum, precata à Deo est, vt curam coniugis ipse susciperet, cæcamque mentem pro ea qua solet benignitate, nullis etiam lacessita meritis illustraret. Non spreuit diuina bonitas quas mulieris preces. Vir cū maxime iaceret in luto, noctuq; ambularet in publico, ecce tibi sathanas, cui ille se non semel addixerat, horribili molossi specie, vasto oris hiatu ad deuorādum expeditus: ac nisi candidi quidam, vt ipse testabatur, adolescentes, eximiæ pulchritudinis accurrissent, immanemque belluam ab eius corpore cōtinuissent, cōfecta res esset. Hoc ille viso perterritus, & pene alienatus à sensibus, simul ac commodum fuit, semianimis venit ad nostros adeo pauidus, vt quoties gradum faceret, sibi in enormes illas fauces videretur incidere. Exposuit peccata cū detestatione, fletuque plurimo, vix vt fari præ singultibus posset. Expiatione aūt animi facta, abijt illa formido & ille pauor; eamq; ingressus est vitā, vt nemini dubiū esse possit, quin id ei visum diuinitus sit obiectū. *Ex lit. annuis collegij anno 1584. Collegij Pascuar. Prouinc. Mexicā.* *Spectrū horribile molossi instar.* *Ebrietati deditus Indus quomodo resipiscit*

VII. *Exomologesi facta communis fit quidam ab infestationibus dæmonis.*

Confessionis beneficio non modo liberantur mortales à spectris sed etiam à dæmonis infestationibus. Vir si quidē honestus ac clarus, cum assiduas dæmonis pateretur iniurias, (petebatur enim crebro lapidibus, nec quies vlla domi, forisque dabatur;) cū multa ac varia frustra tentasset, denique leuationem aliam præter eam, quā ei sacerdos noster attulit, nō inuenit. Monuit pater *Ex ijsdē liter. an. 1585. in Prouincia Rheni.*

pater prius delendas esse maculas peccatorum, si se tranquillum reddere, & à dæmonibus tutum vellet. Cum paruisset, & cũ reliqua se familia frequẽti cõfessione purgasset, tandem Christo dæmõ, & luci tenebræ cõcesserunt.

VIII. *Per confessionem liberatur quidam à diutino languore & tristitia.*

Th. Cantipr. li. 2. Apum c. 50. p. 2.

ERat vir multis notus, & clarus in Burgundiæ partibus, qui quidem aliquãto tempore in iuuentute syncériter conuersatus, postea à virtute tepescens, cœpit ad vitia declinare. Nec mora, squalenti mente tabescens incidit in languorem: nec tamen Dei manum castigãtis agnouit, sed mala malis accumulans, pallore vultus & macie, quasi homo ignis æterni miserabiliter habilitabatur ad pœnam. Cumque nulla medicorum cura proficeret, nec saltem ei languentis vitæ causam aliquis aperiret: tãdem in se reuersus, solam miseriæ corporalis causam, languorẽ animæ, diuina miseratione præuentus, pœnitens intellexit. Confessus ergo cum lacrymis cuidã sanctissimo sacerdoti; statim vbi beneficium absolutionis accepit, similitudinẽ fere bufonum habentium in facie, sed diuersificata posterius, septẽ animalia cute teterrima, & parua, quasi vitiorũ septem dæmonia, de se simul eiecit. Mirantes, vix modico temporis spatio interiecto, in tabem animalibus resolutis, reflorere cœpit caro prorsus: & facies pœnitentis, mẽteque & corpore integerrimè sospitatus, multis postea profuit ad exemplum.

IX. *De milite cæco ab oculorum cæcitate per confessionem liberato.*

D. Bonau. in vita S. Frãcisci cap 15. Vide Hospitalitatis merit.

IN Zachanto, quod est castrum iuxta Ananiam, miles quidam Gerardus nomine oculorum lumen ex toto perdiderat. Accidit autem, vt duo fratres Minores ab exteris partibus venientes, ad domũ ipsius hospitaturi diuerterent. Suscepti itaq; deuote propter reuerentiam sancti Francisci à familia tota, & cum omni benignitate tractati, gratias agẽtes Deo & hospiti, ad locum fratrum deuenere vicinum. Nocte igitur quadam, beatus Franciscus vni fratri illorum in somnis apparuit dicens: Surge, festina beneficia rependere pietatis. Cæcus quidem effectus est suis promerentibus culpis, quas pœnitentiali nõ studuit confessione purgare. Disparente quoque patre frater festinus surrexit, vt mandatum cum socio celeriter adimpleret: venientesq; ad hospitis domum, cunctæque viderat alter, per ordinem narrauerunt eidem. Stupuit vir ille non modicum, & vniuersa, quæ dicebãtur vera esse confirmans, cõpunctus ad lacrymas, confessus est libens. Tandem correctionẽ præmissa, interiorique lumine taliter renouato, exteriorem continuo recuperauit adspectũ. Huius miraculi fama circumquaque diffusa, non solum ad reuerentiam Sancti, verum etiam ad confessionem humilem peccatorum, & hospitalitatis gratiam plurimos incitauit.

Cæcus miles per confessionem sanatur.

X. *De Archidiacono Treuirensi Confessionis pharmaco à fabri liberato.*

Greg. Tur. de Gloria Cõfessor. cap. 93.

EST apud vrbem Treuericam suburbano sanctus Maximinus ad cuius tumulũ sæpe cernuntur miracula gloriosa; inter quæ istud minime subticendum. Cũ Archidiaconus à Nicetio vrbis ipsius Episcopo pro adulterij crimine pulsaretur, sacramento se ad huius sancti sepulcrum purificari expetijt; ingressusque primũ cryptæ limen restitit quasi stupens: de hinc descendens per gradus, ad aliud ostium venit; cumque ad tertiũ accedere vellet, protinus febre correptus, ingresũ amplius figere nõ audens, crimẽ quod imputabatur, in discrimine mortis positus, est cõfessus, deprecans populum, vt pro se, vel sancti Antistis, vel Episcopi sui suffragia flagitaret: sed statim vt confessus fuit, ab impulso febris erutus, sui Antistitis est in charitate receptus.

XI. Ne-

XI. Negligens confeſſionem toties in morbum labitur, & confeſſus, toties liberatur.

P. Io. Bonifacius de Inſtit. Pueri Chriſtiani in Orat. de Relig.

HIs addendū illud recentius, quod P. Ioannes Bonifacius in oratione de Religione commemorat: Coniectum, inquit; in vincula maleficum quendam pius quidam ſacerdos, vti ſe peccatorum pondere leuaret confitendis ipſis ſæpe admonebat: cumq; identidem rogatus parere nollet, vereri ſe ſacerdos dixit, ne Deus talem, ac tantam cōfitendorum criminum puniret tarditatem. Secuta mox fuit tam periculoſa febris, vt ſibi iam iam eſſe moriendum vinctus putaret: vocatoq; ad ſe eodem illo, qui conſilium dederat, ſacerdote, vitæ lapſus omnes aperuit, peractaq; confeſſione releuari ſe morbo ſenſit ęgrotus, vſque adeo vt poſtridie è lecto ſurgeret, pedibuſque incederet. Id cum ſacer homo vidiſſet, rogare facinoroſum illum morbo liberū cœpit, vt ſe gratum immortali Deo oſtenderet propter recuperatam ſanitatem, habendæque gratiæ optimam eſſe rationem dixit, ſi videlicet Chriſti hoſpes eſſe vellet, atque conuiua. Sacerdoti iuſta petenti minimè parere voluit vinctus, obſtinationiſq; pœnas confeſtim dedit, morbo, quo paulo ante ſolutus fuerat, redeunte. Tunc homo pertinax graue eſſe ſcelus intellexit, hortatori ſuo non obedire, cum prӕſertim idipſum Deus duplicato indicio monſtrauiſſet; quare tertium diuinæ vltionis telum expectandum nō cenſuit, confeſſuſque iterum cælesti ſe pane recreauit. Hæc poſtea quam fecit, non ſolum ex furente illa iactatione febris emerſit; verum etiam legitimæ poteſtatis iuſſu exiuit è cuſtodia, in qua menſibus nouem macie, & ſquallore confectus vixerat: quam etiam perpetuam futuram eſſe credidit.

Febricitans poſt confeſſionem factam curatur.

Ingratus à febrim alterā lapſus liberatur per confeſſionem.

XII. Quomodo peccatum confeſſione deleatur, manifeſto miraculo viſibiliter commonſtratur.

Ex Cæſario P. Iul. Mazarinus in Pſal. I. Miſerere conc. 28. Italice, & Latine redditum per P. Henric. Palmanum Frāciſcanum.

SCribit Cæſarius, adoleſcētem quendam Pariſijs operam ſtudijs nauātem, poſt diutinā & nefariam vitam, iuxta receptum morem literis incumbentium, & omnigenas tētantium artes, ſolummodo vt tempus fallant, tandem in votis habuiſſe ſacramentaliter ſcelera ſua expiare; at confuſus coram ſacerdote ea exprimere erubeſcebat. Prudens pœnitentiarius plurima tentauit media diſſoluendis & præcidendis pudoris immēſi nexibus. Quæ inania, quanquam plurima adhibuiſſet, aduertens, ſalutari inito conſilio, monuit ſcriptis exarare peccata. Quo peracto, hortatus eſt māſuetè, ea ore proferre: cumque nihilominus non auderet, eo præſente & audiente, perlegit pœnitentiarius, defluentibus interim ab oculis pœnitentis non lacrymis, ſed lacrymarum riuulis, & ab ore erūpentibus non ſuſpirijs, ſed flammis. Quibus perlectis, de eius licentia cōſulendum duxit confeſſarius Superiorū ſuper iniungenda pęnitentia; erāt enim atrocia, & enormia multa crimina: atque delato & explicato de ipſius conſenſu coram Prælato ſcripto, ne quidē apex aut character vnus viſus eſt: nam Deus lacrymis & pęnitētia adoleſcentis, necnon miſericordi ſua pietate deleuerat, & eluerat mendas pridem in charta exaratas, purgationem peccatorum per ſemetipſum faciens. *Hebr. 1.*

XIII. De decem hæreticis apud Argentinam examinatis & combuſtis, quorum vnus dum eſſet per confeſſionem ſanatus ac liberatus per mulierem deceptus, rediuiuo incendio damnatus eſt.

CIrca annum Domini 1215. cōtigit (quod idem Cęſarius habet) monitu Conradi Decani Spirenſis, de Argentinēſibus hæreticis, qui decem numero *Cæſarius li. 5. c. 17*

mero ferri candentis iudicio conuicti, incendio demum adiudicati sunt, sed vnius repetita confessio, iterataque perfidia gemino quoque miraculo inclaruit. Ita ergo Cæsarius: Die statuto cũ his quos dixi, ducerentur ad ignem, quidam ex comitantibus vni eorum dicebat: Miser damnatus es, age vel nunc pœnitentiam, peccata tua confitendo, ne post incendia corporis, quæ momentanea sunt, animã tuam ignis gehennalis æternaliter comburat. Cui cum ille diceret; Cõsidero quidem me errasse, sed timeo pœnitentiam tantæ necessitatis minus acceptam esse Deo. Respondit; Ex corde tantum confitere, Deus est misericors, & pœnitentiam suscipiet. Mira res; mox enim vt homo confessus est perfidiam, manus eius, quam ferrum prius velut ream adusserat, plenam recepit sanitatem. Tardante eo in confessione, cum à iudice vocaretur ad pœnam, confessor eius iudici respondit; Nõ iustum est, vt homo innocens damnetur iniuste. In cuius manu dum nullum vestigium combustionis reperiretur, dimissus est. Habebat idem homo vxorem non longe à ciuitate manentẽ, horum quæ dicta sunt, prorsus ignaram, ad quam cum venisset gaudens, dixissetque: Benedictus Deus qui me liberauit hodie ab interitu corporis & animæ, causam ei exponens, respondit illa: Quid fecisti ô miserrime? quid egisti? vt quid propter momentaneum dolorem recessisti à fide tua sana & sancta? magis debueras, si fieri posset, centies corpus tuum incendijs subijcere, quam à tã probata fide semel recedere. Sed quem non seducat vox serpentina? Immemor ille beneficij sibi diuinitus collati, immemor tam euidentis miraculi, consilio vxoris acquieuit, & errorẽ pristinum resumpsit. Deus vero non immemor vindictæ pro tanta ingratitudine, manum plagauit vtriusq; Renouatũ est incendium in manu hæretici, & quia coniunx auctrix extitit resumpti erroris, consors facta est rediuiui doloris. Tam vehemens erat incẽdium, vt ossa manuum penetraret, & cũ vti non auderent clamoribus in villa, quos vis extorsit doloris, fugerunt in nemus vicinum, illic vt lupi vlulãtes. Quid verbis immorer? Proditi sunt, in ciuitatẽ reducti sunt, simulq; in ignẽ, non dum plane extinctum, missi, & in cinerem redacti.

TIT. XL. De satisfactione tertia parte Pœnitentiæ.

Satisfactio autem est actio, vel punitio, criminum à nobis commissorum, vel sponte suscepta, vel sacerdotis arbitrio pro grauitate delicti imposita. *Satisfactio qd? Cõc Tri. sess. 14 c. 9.*

EXEMP. I. *Quanta pœnitentia in satisfactionem criminis sit Ottoni III. Imp. iniuncta.*

OTto tertius Imperator Cresentiũ nobilem & primarium virum, quod Pontifici infestus vim & arma intulisset occidi iussit; cui tamẽ vitam & salutem spoponderat. Quod suum scelus cum ad pedes S. Romualdi Abbatis, ea tempestare sanctitatis opinione celeberrimi, prostratus in sacra cõfessione retexisset; satisfactionis & pœnæ nomine iussus est nudis pedibus in Garganũ proficisci montem in Apulię Prouincia regnoque Neapolitano situm, vbi Michaelis Archangeli memoria, propter maxima in eo loco ab ipso accepta beneficia, piè frequentatur & colitur. Paruit mandatis Imperator, & per quadraginta dies solemni ieiunio destinatos, horrido atque aspero sacco indutus duro in strato cubauit, alijsque pœnitentiæ operibus corpus afflixit: vt eius temporis scriptor grauissimus Petrus Damianus Cardinalis in vita S. Romualdi refert. *Petrus Damian. Cardin. in vita S. Romualdi Abb. apud Sur. tom. 3. 19 Iunij & Carolus Sigo. lib. 7 de Regn. Ital. Pœnitentia insignis Otonis Imperatoris*

II. *Pœnitentiam iniunctam pro homicidio non persoluens eandem homicidij labem incurrit.* *Leo Ostiēsis li. 2 c. 10. & 15.*

MOrtuo Pandulpho Capuę Principe, eius vxor Aloara dicta, non secus

secus ac si maritus viueret vniuersę illi regioni præerat & dominabatur. Hæc dominij zelo, vel potius satanica inuidia occupata instigat duos filios suos, qui remanserantur, vt interficerent vnum ex Comitibus, nepotem illius existentem, quasi potentia pręstantem, & ab oĩbus honoratum. Quod illi effecerunt: ipsa.n.illius consanguinea, cum illum allocututa ad se vocasset, & ipse absque malitia ad eam intrasset, occasionem opportunam eius rei nacti eius filij prosilierunt in ipsum, & gladio interfecerunt. Horum mater pęnitētiam simulando, accersit supplex B. Nilum ad se, tāquam acceptura ab eo peccati dignā pœnitentiam B. vero Nilus eius precibus annuens cum ad ciuitatē venisset, currebant omnes ad vias publicas, vt viderent reuerendum eius aspectum, & obtinerent eius benedictionē. Venit itaque B. Nilus ad palatium Aloaræ. Quæ cum illum vidisset, tremēs facta procidit ad pedes eius, errorem suum cōfitendo, vt veniam obtineret. Ille vero eum ipsam subleuasset: Ne facias hoc dixit, quoniam ego etiam homo sum peccator, nec habeo facultatem ligandi & soluendi: vade ad Episcopos, qui hæc iudicare possunt, & quodcunq; tibi dixerint illi, facito. Illa vero respondit: Episcopis peccatum meum cōfessa sum, & illi præceperunt mihi, vt psalterium legerē ter in hebdomada, & eleemosynas facerem indigentibus. Precor etiam sanctitatem tuam, serue Dei, vt à te audiam, quod vtile est, & veniam obtineam peccati mei. Beatus Nilus respondit: Psalteriū percurrere, & dare eleemosynā, tibi, & indigentibus vtilitatem adfert; illi vero, qui occisus est, salutem non confert, neq; mętorem eorum, qui plorant interitum eius, soluet: quid.n.tantum das, quātum offendisti? Si vero omnino volueris etiam à me humili consilium accipere, & facere voluntatem Dei; ecce dico tibi: Trade vnum ex filijs tuis propinquis defuncti, vt de eo faciant quodcunq; voluerint: & ita à peccatis eris absoluta. Dixit.n.Deus, quod ex [manu hominis fratris eius re- quiram animam,] ipsius videlicet hominis. Et, [quicunque fuderit sanguinem hominis, pro illius sanguine sanguis ipsius fundetur.] Ad quæ illa respondit: Non possum hoc facere: vereor.n.ne aliquo pacto ipsum occidāt. Tunc B. Nilus zelo diuino plenus respondit: Hoc dicit Spiritus sanctus: sanguis filij tui effundetur pro illo sanguine, quem tu iniuste effudisti, & peccatum hoc non delebitur è domo tua in sæculum: nec vllus amplius ex semine tuo imperabit huic ciuitati. Sed eijcietur & conculcabitur ab hostibus suis, eo quod confisa es potentiæ tuæ, & non didicisti quod Dominus pauperes facit & ditat, humiliat & subleuat. Quibus illa auditis cœpit flere, & lamentari, & cum impleisset manus suas auro, offerebat illud beato Nilo, putās se illum ita placaturam. Ille vero ab omni affectu alienus, reuera neq; lacrymis mulieris fractus, neq; captus auri copia, neq; potentiā eius veritus, cū disrupisset cubiculi velū, vt ceruus prosiliens, abijt, memor illius; [Ne cōmunices peccatis alienis: &; Estote prudentes sicut serpētes, & simplices sicut columbæ.] Nec multum tēporis intercessit, & eius prędictio effectū est consecuta: filius enim iunior prędictę Aloaræ principatus zelo maiorem fratrem in ecclesia orantem gladio interfecit. Ille vero econtra à Rege Francorum hac de causa vinctus agebatur. Et tandem breui tempore tota illorum superbia defecit, & eorum potentia.

Proditione perpetratū homicidiū

Satisfactio pro perpetrato homicidio qualis.

Num. 35

Gen. 9.

B. Nili incorruptio.

Matt 10

1. Tim. 5

111. *De pœnitentia Theodosii Imperatoris ob cædem Thessalonicensium à se factam.*

Theodosio Imperatori, post immanem Thessalonicensium occisionē & cædem ira ob improbe necatos præfectos stimulante perpetratam. Mediolanū reuerso, & in sacrum templū properanti, Ambrosius, summa cōstantia & sanctitate Pontifex, extra sacra- vestu-

Paulin⁹ in vita s. Ambros. & Theod. li. 5 c. 17. & 18. hi. eccl.

vestibula obuiam processir, atq; grauissimis verbis, maiestate quadā pleuissimis, eum aditu templi tam diu prohibuit, quoad agnitam culpam pęnitentiæ lachrymis obliterasset. Cui obsecutus Imperator ab ingressu sacrarum ędium se abstinuit; & ad palatium cum gemitu & lacrymis regressus, in luctu squaloreq; per octo menses fuit; & errorē suum ac facinus tot lamentis tantoq; dolore detestatus est, vt, qui Theodoretum rem gestam sigillatim enarrantem attente legit, non mediocriter obstupescat, seq; ad pietatē vehementer excitari sentiat. Refert igitur hic historicus, quodam die; cum Imperator cōsideret in palatio lamentis se dedens, Ruffinum aulæ magistrum, magna apud eum auctoritate, vtpote admodum familiarē, ad eum accessisse, fletusq; causam rogasse; cui Imperator lugēs acerbius ac maiorem in modum flens, in hæc verba respondit: Tu quidem, Ruffine, ludis; nam quātis ipse in malis verser, nō sentis: ego vero gemo, & meam ipsius deploro calamitatem, dum mente complector, quam facilis aditus ad sacrum templum seruis & mendicis pateat, liberq; illis ad Dn̄m suum deprecādum detur introitus, mihi autem non modo ad illum locū, verū etiam ad cęlum ipsum accessus præclusus sit. Nam venit mihi in mentem sententia à Dn̄o prolata, qui palàm dixit: [Quodcunq; ligaueritis super terram, erit ligatum & in cęlis.] Ad quē

Matt. 18

tum Ruffinus; Curram, si placet, ad Episcopum, eiq; supplicabo, persuadeboq; vt te absoluat. At non est, inquit Imperator, tibi morē gesturus: noui.n. adeo iustam, æquamq; Ambrosij sententiam, vt nō metu potestatis Imperatoriæ sit legem diuinā violaturus. Tandem dilapso octo mensium spatio, ad ianuam templi se cōfert Theodosius, non vt templum ingressurus, sed obsecraturus Ambrosium, vt sibi peccatorum veniā misericorditer impertiret. At Ambrosius eius aduētum dixit esse tyrannicum, eumq; ipsum contra Deū insanire, & illius leges proterere. Tum Imperator: Nō obstinato animo leges sancitas impugno, neq; sacra vestibula per nefas introire cupio; sed oro, vt mihi soluas vincula, & proponas tibi ante oculos clemētiam illius, qui est Dn̄s omnium ne mihi occludas ianuam, quam ille omnibus, quos peccatorum suorum pœniteat, patefecit. Cui Ambrosius: Quam tu, inquit, pęnitentiam post tam graue scelus admissum ostendis? quę medicamenta ad vulnera tam difficilia curatu sananda adhibuisti? Tuum est, respondit Imperator, medicamenta ostendere, eaq; temperare, & vulnera, quæ ægrius curantur, obligare; meum autem, quæ sunt adhibita, accipere. Cum ergo oĩbus sancti & inuicti Antistitis hortationibus in aures ac animum admissis, quæcunque sibi mādata essent, lubens fecisset; vinculis solutus in sanctū templum ingreditur fidelissimus Imperator; nec stans, aut genu nixus, sed pronus humi abiectus, capillum manibus lacerans, frontem ferire, lacrymarum guttis solum rigare, veniamque supplex petere cœpit, versum illum Dauidis recitans: [Adhæsit pauimento anima mea, viuifica secundum verbum tuum.] *Ps. 118.*

IV. *Chilpericus Rex et Fredegundis Regina pęnitētes, et pro peccatis satisfaciētes à tribulationibus liberātur.*

ANno 583. ingēti peste Gallias depascente, Chilpericus Rex graui ter ægrotauit. Quo conualescente, filius eius iunior necdum ex aqua & Spiritu sancto renatus ęgrotare cępit: quem in extremis videntes baptismo abluerunt. Quo parum per melius agente, frater eius senio nomine Clodobertus ab hoc morbo corripitur: ipsumq; in periculo mortis Fredregundis mater cernens, sero pęnitens ait ad Regem: Diu nos male agentes pietas diuina sustētat: nam sæpe nos febribus & alijs morbis corripuit, & emēdatio nō successit: ecce iam perdimus filios: ecce iam nos lachrymæ pauperum, lamenta

Gre. Tur. li. 5. hist. Franc. c. 34. apud Baron. to 7. an. 583.

menta viduarũ, suspiria orphanorum interimunt, nec spes remanet cui aliquid cõgregemus. Thesaurizamus, ne scientes, cui congregemus ea: ecce thesauri remanẽt possessore vacui, rapinis ac maledictionibus pleni. Nunquid non abundabant promptuaria vino? Nunquid non horrea abundabant frumento? Nunquid non erant thesauri referti auro, argento, lapidibus preciosis, monilibus, vel reliquis imperialib. ornamentis? Ecce quod pulchrius habebamus, perdidimus: Nunc si placet, venite, incendamus omnes descriptiones iniquas: sufficiat fisco nostro, quod sufficit patri, Regique Clotario. Hæc effata Regina, pugnis verberãs pectus, iussit libros exhiberi, qui de ciuitatibus suis per Marcum venerant: proiectisq; in ignem, iterum ad Regem conuersa: Quid tu, inquit, moraris? Fac qđ vides à me fieri: vt etsi dulces natos perdimus, vel penam perpetuam euadamus. Tunc Rex compunctus corde tradidit omnes libros descriptionum igni, conflagratisq; illis, misit, qui futuras prohiberet descriptiones. Post hæc infantulus iunior, dum nimio labore tabescit, extinguitur. Clodobertũ vero componentes in feretro Suessionas ab basilicam S. Medardi duxerunt, proijcientesq; eum ad sanctum sepulchrũ vota vouerũt pro eo: sed media nocte anhelans iam & tenuis spiritũ exhalauit. Multa postea Chilpericus Rex ecclesijs, siue basilicis, vel pauperibus est largitus, & in meliorẽ frugẽ mutatus.

Penitentia Chilperici Regis, & Reginæ Fredegũdis.

V. *De dura pœnitentia cuiusdam Comitis Germaniæ.*

Th. Cantipr. li. 2. apum. c. 51. 2.

IN Germaniæ partibus quidã nobilis Comes, sed ferus pauperũ spoliator, ex misericordissima pietate diuina gratia infirmitate correptus est, & amarissima pœnitentia contritus oĩa ad restitutionem posuit quæ habebat, & irremediabilibus lacrymis quotidie lectũ rigans, angelos ac sanctos Dei ad impetrãdam sibi misericordiam inuocabat. Decumbens vero corpori suo tantum supplicium ingerebat vt ralos pedũ & crura fricaret ad lignum, & cutem & carnem ac neruos violenta assiduitate diuelleret. Aquam frigidam in hyeme tanquam ad bibẽdum acceptam clam pectori superfundebat, & membris, vt ex hac glaciali frigore torqueretur. Nec diu post hęc in agonia positus tanto spiritu repletus est, vt sicut Christus de publicano Euangelistam: ita de isto faceret Prophetam. De seipso enim prædixit, quod sine purgatorio ad requiem euolaret: & eo mortuo, ac Henrico Rege defuncto, tota Thuringia maximis calamitatibus subiaceret. Quod ita factum vidimus.

Satisfactionis illustre exemplũ.

Matth. 9

VI. *De homicida ob peccati grauitatem ab Episcopo Romam pro pœnitentia petenda remisso.*

Ex Actis Concilij Lemouicẽsis Ba. to. 11. ad ann. 1024.

REferam vero ad ædificationem, qđ dudum de illo milite Vascone, qui iubente Duce Vasconum * Sancto seniorem suum decollauit, inuitus tñ, & terrore Ducis & perterritus id egit, interminante irato Duce, & dicente: Nisi istum occideris, occidam te. Vno ergo ictu Seniorem proprium decollauit: & grauissimo dolore repletus ad Episcopum suum pęnitentiæ causa recurrit. Cui ille compassus dixit: Debueras pro Seniore tuo mortem suscipere, antequam illi manus aliquo modo inferres, & martyr Dei pro tali fide fieręs: sed grauissimum reatum egisti, & nobis inauditum. Nescio tibi cõsilium ferre pęnitẽtiæ, sed vade quanto citius ad Papam Romanum, (Benedictum IX.) si tibi ille pœnitentiam concedit, & ego gaudeo & cõfirmo: si te ille abiecerit, nunquam nec à me, nec ab aliquo inuenies pęnitẽtiam. Qđ ille concitus impleuit, & cum testibus detulit secum literas Episcopi sui. Et cum Apostolicus secunda Paschali feria apud sanctum Petrum sacra agens post euãgelium resedisset, cœpit ille reus ante eũ in cõspectu totius Ecclesiæ grauissime plorans & suspirans exclamare, dicens: Pœnitentiam volo domine, pę-

* *Sancio.*

Penitem homicida Romã mittitur.

nitentiam volo domine. Et Apostolicus ijs, qui dextra, læuaq; ei assistebāt, ait: Requirite pro qua culpa. Ille inquisitus nihil aliud dicebāt, quā, Creatorem meum offendi, Creatorē meum offendi. Cui Apostolicus: Cur, inquit, Episcopum tuum nō expetebas? Et ille; Episcopus meus me misit ad te. Tūc testes Apostolico suggesserūt culpam, atq; literas Episcopi protulerunt. Sic Apostolicus Episcopo, qui à dextris eius stabat, locutus est, dicens: Recogita auctoritatem diuinam, quali pœnitentia hic mortuus possit viuificari. Et Episcopus ait: Dñs dixit in Euangelio: Omnis qui reliquerit domum, vel fratres, vel sorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros, &c. nimirum, vt seculo renuncians peteret monasterium, vbi ad obitum vsque in perpetua viueret pœnitentia.

V.II. *De pœnitentia à Boleslao Rege in satisfactionem criminis fratricidij assumpta.*

Cromer. li. 1. hist. Polon. SEuerior fuit Boleslai Regis pęnitentia, qua se afflixit, quod Sbignem fratrem iussisset interfici; quāuis contumacia, rebellione, & fastu eius prouocatus, & consilio suorū, qui prudentia humana nitebantur, impulsus hoc facinus admisisset. Verba, quibus factum explicat Martinus Cromerus accuratus & elegās rerum Polonicarum scriptor, hæc sunt, à quibus ne latum vnguem recedam. Post hæc Boleslaus, quāuis magnis in ornatum templorū, & in alimenta Sacerdotum, atq; egenorum impendijs atq; donationibus, iugiq; precatione & lacrymis, & aspero tenuiq; victu & cultu corporis, cilicio pro veste vtēs, & cinere sese adspergens, ægrotorumq; mendicorū pedes subinde manibus suis abluens, admissum in Sbignem fratrē facinus sedulo expiaret; cum alijs satisfaceret, tñ ipse sibi non satisfaciebat, nisi & laborem longæ, molestæq; peregrinationis adijceret. Itaq; solenne Christianis quadraginta dierum ieiunium pane tātum & aqua gustandis, cilicium indutus cum exegisset, paucis sacerdotibus, & alijs pijs hominibus comitatus ad Ægidij tutelaris diui sui sepulcrum peregrinationem priuati habitus suscepit; atque id iter magna ex parte nudis pedibus confecit, nullum templum, nullū monasterium, nullum egentium domicilium, neminem deniq; Sacerdotē, aut mendicum præteriens, quin liberalitatis & magnificentiæ quidpiam in eum depromeret. Narrat idem auctor, eum vere proximo in Hungariam ad D. Stephani sepulcrum alteram peregrinationem, eamque religiose, & pedestri etiam itinere obijsse.

VIII. *Pro criminis immanitate pœnitenti iniungitur à summo Pontifice pœnitentia.*

HIs adijciam & illud. Regnante Ladislao religioso Vngarorū Rege, Cōradus quidam natione Germanus, homo flagitiosissimus, tandē magno Dei beneficio compunctus, cum se ad meliorē frugem recipere cuperet Romam adijt, Pōtifici peccata sua cū ingenti cordis contritione confessus animæ salutarem ab eo petijt medicinam. Pōtifex ad immanitatem criminum eius obstupescens hac eum mulctauit pęna; vt loricam ferream ad nudum corpus quinis catenis ferreis adstringeret, & chartam, in qua eius peccata enormia scripta erant, Pontificis annulo obsignatū, ad loca, in quibus sancti quiescerent, secū circumferret, donec diuinitus catenæ dissoluerent, & scriptura chartæ penitus obliteraret. Fecit homo, vt erat iussus (nihil. n. arduum vī ex animo peccata lugenti, & cum Deo in gratiam redire cupienti) inuisit loca sacra, etiam Hierosolymam et Saluatoris sepulcrum. Tādem in Pannoniā venit vbi beati Regis Stephani tū celebre nomē erat. Orat ad sepulcrū eius: nec inde recedere cōstituit, donec ruptis vinculis & charta deleta, sentiat Dñi misericordiā īpetrasse. Cum autē multū fatigato inter orādū

Ant. Bon. fin. reg. Hungar. decad. 2 li. 2. & Sur. in vita S. Emerici 4. Nouemb. Pęnitentia iniuncta pro modo peccati.

som-

somnus obrepsisset, à prima enim hora vsque ad nonam in precibus incubuerat, sanctus Rex ei apparens: Surge, inquit, amice, & Emerici filij mei non monumentũ, quod iuxta eſt, adito: ille enim, quod carnis ſeruanda integritate prę-cipuam apud Deum gratiam promeruerit, facinorum tuorum veniam tibi impetrabit. Ex eorũ enim numero eſt, [qui non inquinauerunt veſtimenta ſua, ſequunturque Agnum quocũque ierit, & ante thronũ Dei cantant canticum nouum.] Excitatus ille mox ad B. Emerici ſacellum ſe confert, fundit ibi preces, atque opinione celerius diſſiliunt ferrei nexus: charta reſignata nullũ habet literæ ſcriptæ veſtigiũ. Ad ſonitũ cadentiũ catenarum accurrunt ędituі, & cõplures alij, quibus ille omnia ordine exponit. Mirantur omnes, laudant Deum, & B. Emericum; referunt cuncta ad Ladiſlaum Regem. Is, conuocato concilio, de beato Emerico Sanctorum Catalogo aſcribendo cum Epiſcopis & regni Proceribus confert. Iam enim etiam ex remotiſſimis regionibus eo cõcurrebant homines pro grauiſſimis rebus vota nuncupantes. Poſt triduanum ieiunium honorifice eleuatum eius corpus.

S. Emerici ope veniã obtinet pœnitens.

Apoc. 14.

Insigne miraculum ad B. Emerici tumulum.

IX. *Quidam flagitioſiſſimus præ immanitate ſcelerum nolens confiteri, ex impoſitione leuis ſatisfactionis, conteritur, paratus confiteri, & planè ſatisfacere.*

QVidã vir flagitioſiſſimus, præ immanitate ſcelerum ſuorum nulli Sacerdoti confiteri voluit: tandem eo adductus eſt, vt paratum ſe offerret ad dicendũ peccata ſua Lydvvinæ, vt ea rurſus illa Sacerdoti confiteretur. Etſi autem totis viribus ſe opponeret Lydvvina; at ille tamẽ turpia flagitia ſua ei detexit: illa rurſus conſentiente viro, confeſſa eſt ſacerdoti, tanquam propria ea deflens, petijtque ſibi imponi ſatisfactionem. Poſtea redit ad eam ille vir, vti promiſerat, aitque ad eam; Puto te confeſſam omnia peccata mea, dic iam qualẽ me vis agere pęnitentiã; libens enim obediam tibi. Et Lydvvina, Cõfeſſa ſum, inquit, peccata tua: vnũ autem hoc abs te peto, vt in lecto tuo bene ſtrato cubes nocte vna ſupinus, & neque in dextrã, neq; in ſiniſtram partẽ te vertas quouis modo. Accipit ille pœnitentiam ſiue ſatisfactionem, quaſi ſubridens ob lenitatem oneris. Opportuno inde tempore ſternitur lectus molliter, cubat ille delicatulus in molli ſtrato: ſed ſimul atque ſe repoſuit, cœpit afficit ædio, corpus ſentit quaſi quibuſdam compungi aculeis, adeo vt nũquã tam male ſe cubaſſe diceret, licet interim ſano eſſet corpore, ſola vertendi ſe in hanc vel illam partẽ libertate priuatus. Cũ ſic ergo magno affectus tędio iaceret, corporiſq; ſui incolumitatẽ, lecti mollitiem, temporis breuitatẽ, ſcelerum ſuorum immanitatem, æternas gehennę flammas, aliaque multa cogitaret, & tam exigua moleſtia victum ſe cerneret, ait apud ſe: O me peccatorũ omnium, quos habet hic orbis miſerrimum. Incolumis iaceo hic delicate, & molliter, & tamen ea ſola cauſa, quod non licet mihi breui ſpacio quo libitum eſt corpus vertere, ſomnus fugit ab oculis meis. Mutatus eſt igitur ab eo tẽpore, factuſq; eſt promptus ad agendã pœnitentiam, ad confitendum peccata ſua, & ad quæuis dura & aſpera perferenda promptiſſimus.

Sur. in vit. S. Lydvvinæ c. 6. p. 2. 14. April.

TIT. XLI. De admirabili quorumdam pœnitentia ſponte aſſumpta.

Achab ſponte ſua cilicium ad carnẽ induit, & dormiuit in ſacco. De quo Dominus ad Eliam: Nonne vidiſti Achab humiliatum coram me? quia igitur humiliatus eſt mei cauſa, non inducam malum in diebus eius. 3. Reg. 21.

Sanctus Iob inſipienter loquutus eſt, idcirco ſeipſum reprehendit in cinere & fauilla. Iob. c. vlt.

EXEMP. I. *Admirabilis pœnitentia quorumdam à I. Climaco narratur.*

Ioan. Clim. PRo hac re carcerem illum admirabilem pęnitentium apud Climacū de pœnitentia ingredere, ibique singulorum vultus, ora, gestum, voces, lacrymas, verbaque considera: quanto animi impetu, atque ardore pœnitentiæ tabulam in fluctibus amplexati sint, quam testudineo gradu nos ad illā feramur intuebere. Quosdam, ait Climacus, vidi noctibus totis vsq; mane sub dio stare peruigiles, pedesq; immobiles tenere: cumque somno miserabiliter oppressi agitarētur vim naturæ inferre, increpare, ignominijsque & cōtumelijs afficere, atque excitare. Alios miserabiliter in cęlum intuentes, & illinc adiutorium cum gemitu, & suspirijs, & vocibus inuocātes. Alios in oratione existentes, ac reorum in mortem vinctis post terga manibus, humi luridas facies inclinantes, indignosque se, qui in cœlum aspicerent, vociferantes. Nonnullos in pauimento strato cilicio & cinere sedentes, alios iugiter pectora tundentes. Plurimi, vt in mortibus solet fieri, super animabus suis vlulatū diræ vocis emittebant. Alij ex intimo corde rugiebant, atque intra os gemitus sonum cohibebant. Interdum vero cum se continere non possent, repente exclamabant. Vidisses in illis æstuātes linguas instar canum ex ore procedentes. Ex his alij sub ardentissimo Solis æstu seipsos cruciabant. Alij contra, acerrimo frigore se affligebant. Quidam modicum aquæ degustantes, nè omnino siti exarescerent, ita quiescebant. Nonnulli cum panis exiguum quid accepissent reliquum manu longius proijciebant, indignos se qui rōnali cibo vescerentur asserētes, quippe qui irrationabiliter egissēt. Quę apud illos locum risus habere poterat? quē otiosus sermo? &c. Hęc ex multis pauca. Nam totum illud caput gemitibus suspirijsq; hominum ex intimo corde verā pęnitentiam agentium plenū est.

II. *Aliud eiusdem argumenti exemplū.*

QVidā monachus, eo quod in peccatū incidisset, ab Abbate multis & precibus & lacrymis impetrauit, vt ad agendam pęnitentiam in carcerem illum pœnitentium damnaretur. Proiecit se, inquit Abbas, in pauimentum, apprehendit pedes, multisque illos lacrymis vbertim rigans petijt se ad custodiam damnarī. Extorsit carcerem lacrymis: ita vero se mœrore in eo torsit, vt intra paucos dies doloris gladio transfixus occubuerit. Doloris gladio, ait Abbas, percussus in corde, quem diuina charitas acuerat, octauo postquā in carcerem peruenerat die, migrauit ad Dominū, petens, ne sepultura frueretur. Quem ego, vt sane dignissimū, in patrum sepulcro sepeliui. Nec defuit, qui certissimè cognosceret, non eum ante à pedibus meis resurrexisse, quam Deus illi propitius ignosceret.

Idē Climacus ibidem.

Pœnitens ita dolore transfixus quidā obijt.

III. *De Moyse Monacho, qui post multa peccata magnam per se subijt pænitentiam.*

MOyses Maurus cum seruus esset, propter culpā expulsus è domo est; qui postea latrocinio deditus in Ægypto homicidia multa commisit. Postmodum vero conuersus, repente philosophiæ anachoreticæ virtute repletus est. Cumq; pro prioris vitæ feruore phantasijs adhuc libidinū moueretur, multa abstinentia domabat corpus suum, panem solūmodo comedēs, & multum operis efficiens. Sex autem annis per totam noctem stans orauit, neq; genibus inclinatis, neque oculis somno clausis. Insuper etiam noctu circumibat cellulas monachorum, & lagenas singulorum aqua implebat, cū procul aut decem, aut viginti, aut triginta stadijs aqua maneret. Qui licet ita domaret corpus, priorem tamē valetudinem non amisit; fertur enim, cū quatuor latrones eius inuasissent hospitium, comprehendisse omnes atque ligasse, suisque humeris impositos ad eccle-

Hist. trip. l. 8. & hist. Eccl. c. 1.

ecclesiam perduxisse, in voluntate monachorum ponens, quid de illis facere vellent. Fuit ergo in summa philosophia, & terribilis dæmonibus & presbyter in Scythi cõstitutus. Vixit annis pene septuaginta quinque.

IV. *Quomodo contrarijs morbis cõtraria sint adhibenda medicamenta.*

Audoenus Rotomagens. Ep. in eius vita apud Sur. 1 Decẽb. l. 2. c. 7.

SAnctus Eligius, dum iuuenis esset, teste Audoeno eius sodali, locuples erat, pulcher & oĩbus charus. Vestibus vtebatur sericis auro & argento pertextis, cinguloq; gemmis & lapidibus pretiosis splendido: consuetudine vtebatur Principum in aula regia, ipsiq; adeo Regi cõiunctissimus. Postquam autẽ Deus cor eius tetigit, & perfectæ pœnitentiæ desiderium in illud immisit, sic prorsus fecit, vt conatus & studia eius oĩa superiori vitæ essent contraria: nam vestimẽta byssina & aurea conuertit in cilicium, cingulum gemmis fulgens in funem rudem; ludos aulicos & otia in nocturnas preces & vigilias, sodalitatem optimatum regni in familiaritatem peregrinorũ egenorum, infirmorum, captiuorum aliorumque hoĩum miserabilium; quibus oĩa officia seruilia, etiam dum ad Episcopatum, inuitus licet, euectus esset, detulit, aquam manibus effundendo, easq; exosculando, cibũ potũq; mensę inferendo, pedes calida abluendo, alia id genus charitatis opera exercendo.

V. *Quas æstus molestias perferat Olympius Abbas, vt liberaretur a pœnis inferni.*

Sophron. Prat. spi rit. c. 141

OLympius Abbas in specu iuxta Iordanem sedem delegerat, in quo & ardoribus solis valde vrebatur, & culicum morsu miserabiliter consligebatur. Rogatus autem, quomodo æquo animo tam incommodum locum perferre posset, respondit: Se æstum patienter ferre, vt liberari posset ab ardoribus inferni: culicum vero morsum, ad præcauendum vermem conscientiæ damnatos in perpetuum morsurum.

VI. *Quomodo Potamius Episcopus seipsũ pro admisso peccato castigauerit.*

In Conc. Tolet 10. pro Potamio Episc.

IN Cõcilio Toletano decimo memoriæ proditum, Potamium quendam Episcopum Brachiensem extitisse, qui cum semel tantum tactu fœmineo, vt loquitur Concilium, sorduisset, ipse se primum in ergastulo, nullo cogente, inclusit, atque nouem mensium pęnitentiam egit deinde Concilio, quod Toleti celebrabatur, libellum accusatorium contra se porrexit, quo peccatum admissum prodebat spõte. Patres vero Cõcilij perpetuam pęnitentiam, quoad viueret iniunxerunt, vt nimirũ perpetuo in abiectis officijs deseruiret; nihilominus affirmarũt humanius ac benignius cum ipso actum, quã antiquorum Canonũ seueritas pateretur. Egregium sanè pęnitentiæ exemplum Potamius hic præbuit optimèque sibi consuluit: nam, vt ait Iob; Qui timent pruinam, irruet super eum nix. Qui.n. exiguas pęnas, breuesque austeritates reformidant, in pœnas atrocissimas ac lõgissimas ignis purgatorij, vel æternæ gehennæ sæpe incurrũt. Salutare ergo consilium est, & peccata maximo dolore, quantumcunque leuia detestari, & sibiipsi pœnam aliquam imponere.

Egregiũ pœnitẽtiæ exemplum.

Iob 6.

VII. *De horribili septenni pœnitentia Aureæ Virginis ob arrogatum sibi Diaconi officium.*

Sophron. in prat. spir.

VIrginum lampades extinguentur, si pœnitentiæ oleum in vasis suis habere neglexerint. Aurea Virgo, Parisiensis monasterij. Præposita, qm̃ inter Missæ solemnia Diacono Euangelium ineptè admodum legenti stolam eripiens, ipsa sibi apponere, & eius officio defungi ausa fuerat, semet arrogãtiæ accusans dignitatem deposuit, annosq; septem à cella sua non discessit. Ibi etiam sedile sibi faciẽdum curauerat; cuius pars quæ humero tenus considentem hemicyclo amplexabatur, in summo clauorũ cuspidibus ad Psalmorum numerum dispositis horrescebat.

In eo sedili illa cum psallere vellet, sese collocabat, & dextro lateri innixa quinquaginta Psalmos perlegebat: sinistro totidem,& totidem in tergo resupinata, pungẽtibus quaqua versum ferreis aculeis. Dum ergo paulo insolentioris facti pœniteret, sponte passa est præsidentiæ depositionẽ, cellæ carcerem, legendi laborem, sedendi dolorem; ad hæc quotidiana ieiunia, noctesque peruigiles. Hinc saltẽ discant, quæ alijs præsunt, quali pœnitẽtia expiari debeant, si deliquerint. Quia multum quidẽ imputandum est illi, etiam cũ leuiter peccat, à quo subditi viuendi exempla petunt.

VIII. *Assumpta pœnitentia ad exhortationem B. Francisci, è multis calamitatibus liberatur populus.*

D. Bona. in vita S. Francisci c. 8. CVm aliquando beatus Franciscus moraretur in eremo Græcij, loci illius indigenæ malis multiplicibus vexabantur. Nam & luporum rapacium multitudo, nõ solum bruta, sed & homines consumebat; & grando annua tempestate blanda, & vineas deuastabat. Dũ igitur sic afflictis præco S. Euangelij prædicaret, dixit ad eos: Ad honorem & laudem Dei omnipotentis fideiubeo vobis, quod pestilentia omnis abscedet, & respiciens vos Dominus multiplicabit in bonis temporalibus, si mihi credentes misereamini vestri, vt vestra confessione præmissa, dignos faciatis pniæ fructus. Iterũ hoc annũtio vobis, quod si beneficijs ingrati ad vomitũ conuersi fueritis, innouabitur plaga, duplicabitur pœna, & Vera pœnitentia. maiori in vos ira deseuiet. Ab illa vtiq; hora, pœnitentiam ad exhortationem ipsius agentibus illis, cessauerunt clades, periere pericula, nec molestiæ quicquã lupi intulere, vel grandines. Imò, quod maius est, si qñ vicinorum arua grando peruaderet, istorum terminis appropinquans terminabatur ibidem, aut in partem aliam diuertebat. Cessauit grando, seruauerunt & lupi pactũ serui Dei, nec cõtra pietatis legem in nomines ad pietatẽ conuersos attentauerunt amplius desæuire, quamdiu, iuxta cõdictum, contra piissimas Dei leges impiè nõ egerunt. Piè igitur sentiendum est de pietate viri beati, quæ tã miræ dulcedinis & virtutis fuit, vt domaret ferocia, domesticaret syluestria, mansueta doceret, & brutorum naturam homini iam lapso rebellẽ ad sui obedientiam inclinaret. Vere hæc est, quæ cunctas sibi creaturas confœderans valet ad omnia, promissionem habens vitæ, quæ nunc est, 1. Tim. 4 & futuræ.

TIT. XLII. De felici pœnitentium successu.

Aaron frater Moysis, post pœnitentiam à Domino eligitur in summum sacerdotem. Exod. 18

Maria pœnitentiam agens liberatur à lepra, ac prophetię dono, vt prius, decorari meruit. Num. 12

Israelitę pęnitentiam agentes remediũ cõsequuntur cõtra ignitos serpẽtes. Num. 21

Samaritæ à Syris obsessi pœnitentia & humiliatione eos fugant. Reg 4. c. 6.

David Rex cum commissa defleuisset, veniam impetrauit. Reg. 2. c. 12.

Achab sponte sua cilicium ad carnem induit, & dormiuit in sacco: de quo Dominus ad Eliam: Nonne vidistis humiliatum Achab coram me? Quia igitur humiliatus est mei causa, non inducam malum in diebus eius. Reg. 3. c. 27.

Iob de se ait: Insipienter loquutus sum, idcirco me reprehendo, & ago pęnitentiam in cinere & fauilla. Iob 62.

Machabæi cilicijs præcincti, &c. victoria cõtra Timotheum potiti sunt. 2 Mà. c. 10.

Matthæus publicanus, pœnitens ad Apostolatum vocatur. Matth 9

Petrus negator, postea pęnitens princeps constituitur Apostolorum. Matt. 26 Ioan. 21.

Zachæus publicanus etiam pęnitens Iesum meretur hospitio excipere. Luc. 19.

Latro

Luc. 23. *Latro pœnitens de cruce volat ad paradisum.*

Luc. 7. *Maria Magdalena, quæ diu fuerat serua peccati, pœnitendo meruit effici discipula Christi.*

Luc. 15. *Adolescens prodigus per pœnitentiam reuersus, osculo & conuiuio à patre excipitur.*

Act. 12. *Samaritani verbo Dei per Philippum nuntiato pœnitent, & baptismum suscipiunt.*

EXEMPL. I. *Marcellinus Papa post pœnitentiam assumptam ob commissum à se idololatriæ crimen martyr efficitur.*

Breuiar. Romanū 26. Apri. & Plat. de vitis Pontific. MArcellinus Pontifex natione Romanus, in immensa illa Diocletiani Imperatoris persecutione terrore perterritus, deorum simulacris thus adhibuit. Cuius peccati mox illum tātopere pęnituit, vt Sinuessam Campanię vrbem, ad Concilium plurimorum Episcoporum (centum videlicet octoginta) squalidus, puluerulentus ac cilicio indutus venerit; vbi lacrymis profusis scelus suum palam confessus est. Quem tamē damnare ausus est nemo, sed omnes vna voce clamarunt: Tuo te ore, non nostro iudicio iudica: nam prima Sedes à nemine iudicatur: Petrum quoque Apostolum propter eandem animi infirmitatem deliquisse, & à Deo similibus lacrymis veniam impetrasse. Marcellinus Romam reuersus Imperatorem adit, grauiter eū accusans, quod se ad tātam impietatem impulisset. Quam ob rem ille Marcellinum vnà cum tribus alijs Christianis, Claudio Cyrino, & Antonino, capite plecti iubet. Quorum proiecta corpora cum triginta sex dies iussu Imperatoris sepultura carnissent; Beatus Marcellus à sancto Petro in somnis admonitus, Presbyteris & Diaconis, hymnis ac luminibus adhibitis, honorificè sepelienda curauit in cœmeterio Priscillæ via Salaria.

II. *S. Bonifacius in pœnitentiam sepeliendorum martyrum curam suscipit, ac propterea post multa tormenta martyrio coronatur.*

BOnifacius ciuis Romanus, quod cū Aglae nobili matrona impudicè versatus esset, tanto illius intemperantiæ dolore captus est, vt pęnitentię causa se ad requirenda & sepelienda Martyrum corpora contulerit. Itaque relictis peregrinationis socijs, cum Tarsi multos propter Christianę fidei professionem varijs tormentis cruciatos vidisset, illorū vincula osculatus eos vehementer hortabatur, vt constanter supplicia perferrent, quod breuem laborem sempiterna quies consecutura sit. Cōprehensus igitur ferreis vngulis excarnificatus est: cui etiam inter manuum vngues & carnem acuti calami sunt infixi, plumbumq; liquefactum in os eius infusum. Quibus in cruciatibus ea vox tantum Bonifacij audiebatur: Gratias tibi ago Dn̄e Iesu Christe Fili Dei. Mox in ollam feruentis picis demisso capite cōiectus est. Vnde cum inuiolatus exijsset, ira incensus Iudex eum securi percuti iubet. *Breuiar. Rom 14. Maij.*

III. *Per pœnitentiam vltro susceptam consequitur Edmundus temperati animi gratiam.*

SAnctus Edmundus Cantuariensis Archiepiscopus, vti legitur in eius vita à grauibus auctoribus conscripta, adhuc adolescentulus, sese gestando cilicium & ieiunando mortificabat, idq; crebro in pane & aqua. Grandior autē factus zona ex setis equinis consuta astringebat lumbos, caligis vtebatur cilicinis, nec carnibus: nec piscibus vescebatur; solo pane, vilique cibo contentus, sitim eousq; tolerabat nonnunquā, vt labra dirumperentur; ad quietem nocturnam nec lodicibus, nec stragulo, nec puluino vtebatur. Sed proprijs tm̄ vestibus tectus alicubi considebat: idque per totos triginta annos fecit. Euectus deinde ad Archiepiscopatum, *In vita eius apud Surium.*

patum, nihil ab hac pœnitentiæ seueritate subtraxit, imò etiam potius auxit, tātumq; à Deo donum omnes animi perturbationes tēperandi & subigendi consecutus est, vt cum sępenumero grauissimis afficeretur iniurijs & probris à compluribus, atque etiam ab ipso Rege, & ecclesiæ proprię Canonicis, nulla ira concitaretur, nullo mœrore tabesceret; sed potius ex intimis animi precordijs exultaret, ipsisq; calumniatoribus tam comiter & affabiliter rationem factorum suorum redderet, ac si eximio aliquo beneficio ab illis donatus fuisset.

IV. *D. Martinus ad arma pœnitentiæ confugit, vt apud Valentinianum Imper. voti compos fiat.*

Ex Seue. Sulp. li. 1. Dialog. d. S. Martino c. 6. Bar. t. 4. an. 375. & Petr. Ribadē. 11. Nou.

ANno Domini 375. antequam Valentinianus Imper. è vita migraret, S. Martinus simul ac creatus est Turonensis Episcopus, ad eundem Imperatorem se contulit. Quid vero apud eum egerit, Seuerus narrat ī hæc verba: Eodē ferme tempore, quo primū Episcopus datus est Martinus, fuit necessitas adire Comitatum. Valētinianus tum maior rerum potiebatur. Is cum Martinum ea petere cognouisset, quæ præstare nolebat, iussit eum palatij foribus arceri. Etenim ad animum illius immitem ac superbū vxor accesserat Ariana, quæ totum illum à sancto viro, ne ei debitam reuerētiam præstaret, auerterat. Itaque Martinus, vbi semel atque iterum superbū principem frustra adire tentauit, recurrit ad nota præsidia; cilicio obuoluitur, cinere conspergitur, cibo potuque abstinet, orationes diebus, noctibusque perpetuat. Septimo vero die astitit ei Angelus, iubet eum ad Palatium ire securum, regias fores quantumlibet clausas sponte referendas, Imperatoris spiritum superbum moliendum. Igitur istiusmodi præsentis Angeli cō firmatus alloquio, & fretus auxilio palatium petit. Patent limina, nullus obsistit: postremo vsq; ad Regem, nemine prohibente peruenit. Qui cum venientem eminus videret, infrendens, cur fuisset admissus, nequaquam assurgere dignatus est astanti, donec regiā sellam ignis operiret, ipsumq; Regem ea parte corporis, qua sedebat, afflaret incendium. Ita solio suo superbus excutitur, & Martino inuitus assurgit multumq; complexus, quem spernere ante decreuerat, virtutem sensisse diuinā emendatior fatebatur: nec expectatis Martini precibus, prius omnia præstitit, quam rogaretur. Colloquio illum atque cōuiuio frequenter asciuit. Postremo abeunti multa munera obtulit, quæ vir beatus, vt semper paupertatis suæ custos, cuncta reiecit. Hæc Seuerus. Eadem quoq; Venantius Fortunatus carmine cecinit.

Ad præsidia pœnitentiæ confugit Martinus cōtra Valentinianū Imp.

Martinus ab Imp. licet inuito honoratur.

V. *De adolescente, qui pro peccatis pœnitentiam agens vicit dæmones, gratiam Dei ac miraculorum donum promeruit.*

Palladius in historia Lausiaca sect. 45.

NArrat Palladius de quodam adolescēte, qui, propterea quod multa & grauia peccata commisisset, Dei nutu cōpunctus venit ad sepulchra, priorem vitā suam deflens pronus cecidit in faciem, & non audens vocem emittere, nec Deum nominare, neque supplicare, ipsa quoque vita seipsum indignum existimans. Et cum antemortem se inclusisset in sepulcris mortuorum, vt vitam suā duceret, gemebat ex profundo cordis. Cum iam præterijsset hebdomada, noctu ei assistunt dæmones, qui eius vitę prius damnum attulerant, clamātes & dicentes: Vbi est ille scelestus, & prophanus, qui libidinibus & lasciuijs exsatiatus, nunc nobis intempestiuus, temperans & honestus repente apparuit? & qn non potest amplius, tūc vult esse Christianus, & probis, cōpositisq. moribus. Ecquidnam tibi boni amplius futurum expectas, cum sis nostris malis impletus? Non hinc cito exurges? Nō venies ad ea, quæ sunt nobiscum consueta? Te manēt scorta & caupones &c. Noster

Damōes insultāt pœnitēti.

es; in nostrum ordinem es relatus: exercuisti omnem iniquitatem. Tu es nobis omnibus obnoxius, & audes fugere. Non assentieris? Non respondebis? Non simul egredieris? Postquam autem ille constans in fletibus ne aures quidem eis præbebat, nec verbum respōdebat, cum diu vrgentibus dæmonibus: postquam, inquam, nihil effecerunt eadem sæpe repetentes, eum acceperunt, & totum eius corpus male mulctarunt, grauiter flagris cædentes. Cū vero ita torsissent, abierunt eo semiuiuo relicto. Ille autem nihilo secius immobilis iacebat, rursus gemēs vbi ad se rediit. Cum autem eius necessarij eum inuestigassent, & inuenissēt, & causam eius, quod ipsi acciderat, didicissent, coegerūt, vt domum rediret. Is autem, cum vim ei sæpe intulissent, restitit. Rursus sequenti nocte peius, quam prius, affecerunt dæmones, & ne sic quidem eius consanguinei persuadent, vt emigret, dicens; satius esse mori, quam viuere in talibus vitæ maculis. Tertia nocte propemodum è viuis excessit; cum crudeliter dæmones eum excepissent, & ad extremum vsq; spiritum vexassent. Cum aūt vidissent, eū non excessisse, abierunt eo relicto exanimi: & recedendo clamabant, dicentes: Vicisti, vicisti, vicisti. Neque ei amplius mali quidquam occurrit: sed in impurissimo sepulchro purè habitauit, quoad vixit, puram exercens virtutem, Deo gratus, & virtutibus, & miraculorum affectu, adeo vt multos in admirationem induxerit, & ad zelum adduxerit & æmulationem rerū sanctarum: eisque factum quod dicit Scriptura; [Omnis, qui se humiliat, exaltabitur:] humilitas enim omniū virtutum primum est fundamentum. *Luc. 14*

TIT. XLIII. De Indulgentijs.

1. Cor. 2. Tho dx. ei D Th. in eū lo. cum.

Rogauerunt Corinthij B. Paulum, vt incestuoso excommunicato, & seriam pænitentiam agenti ignosceret, & condonaret quod supererat pænitentiæ. Annuit B. Paulus, & iussit vt ipsi nomine suo indulgerent. Cui, inquit, aliquid donastis, et ego: nam ego quod donaui, si quid donaui propter vos in persona Christi, vt non circumueniamur à Sathana.

EXEMP. I. *Syluester I. Papa viuis & defunctis suo tempore indulgentias concessit.*

SYluester Papa, qui ante annos 1200 Ecclesiæ præfuit, Romæ in sacello S. Crucis in Hierusalem, legitur ad petitionem S. Helenæ sacellum illud consecrasse, & multis sanctorum reliquijs ornasse, multiplicemque peccatorum veniam visitantibus indulsisse. Cōstat quoque ex antiquissimis monumentis, i sacello S. Mariæ liberatricis apud Capitolium altare esse priuilegiatum ex concessione eiusdem Pontificis, & omnibus in eo celebrantibus ab eo cōcessum, vt vnam animam è purgatorio liberare possint. *Greg. de Valent. cōment. t. 4. disp. 7. q. 20. de Indulgen. pūct. 2. Indulgētiarū vsus etiā antiquus.*

II. *Indulgentiæ à B. Gregor. Magno adduntur Stationibus Romanis, & claui S. Petri mittendæ ad Necaredum Visigotthorum Regem.*

GRegorius Magnus, vt habetur libro 7. Epistolarum, ad Necaredū Visigotthorum Regem misit paruulam clauem, quę D. Petri Apostoli corpus tetigerat; & habebat parum ferri de catenis Petri, vt quod collū illius, inquit, ad martyrium ligauerat, vestrum ab omnibus peccatis soluat. Qđ nō videtur aliter posse intelligi, aiunt Doctores scholastici, quam de plenaria Indulgentia, quam vnà cum claue illa benedicta misit Gregorius. Eundem quoque Gregorium, qui, præfuit ante annos mille, Stationes Romanas additis Indulgentijs instituisse referunt D. Thomas & alij in 4. distin. 20. vel certe eas in ordinem redegit, cum iam ante essent institutę, vt confirmāt Onuphrius Pannutius in Tractatu suo de Stationibus. *Gregor. Mag. li. 7 epist. 119.*

III. De

III. *De Indulgentijs in fauorem animarum è purgatorio igne eruendarum à Paschali I. concessis, & de earum effectu.*

Ex antiq. mon. Romæ in teplo S. Praxed. Indulgẽtiarũ beneficio aĩa è purgatorio liberatur.

PAschalis I. Pontifex Maximus, qui sedit ante annos septingentos, celebrantibus quinque Missas in templo S. Praxedis Romæ in sacello quod dr̃ ad Columnã, in qua Christus fuit flagellatus, concessit liberationẽ vnius aĩa è purgatorio. Ipsemet Pontifex ibidem pro aĩa sui nepotis quinq; Missas celebrauit. Quibus finitis visibiliter vidit eam in paradisum deferri a B. Virgine. Quã indulgentiam sequentes vndecim Pontifices cõfirmarunt, quemadmodum antiquissima monumẽta, q̃ in templo S. Praxedis habent, testant.

IV. *S. Leo Papa III. ad instantiam Caroli Magni Imp. locis Deo dicatis Indulgentias confert.*

S. Ludg. in epist de S. Swiberto post eius vitam à S. Marcellino scrip. ã c. 9. apud Sur. t. 2. Indulgẽtia in dedicatione ecclesia altarium, & festis Sãctorum.

S. Leo Papa III. anno Dñicæ incarnationis 803. cum magna solemnitate suorum Cardinalium, Archiepiscoporum, & Prælatorum ad Imperatorem Carolum in Germaniam veniens, & ab eodem Imperatore imperialiter cum suis susceptus, inter multa pietatis suæ opera, instantia eiusdẽ serenissimi Imperat. & Regis, Aquisgrani in palatio dedicauit ecclesiam perpetuæ Virginis Mariæ, donans eandem ecclesiam multis Indulgentijs. Et infra. Et Coloniæ Agrippinæ, tã ad S. Martinum, quam in Capitolio, altaria cõsecrauit, & multa alia Monasteria, & altaria, & capellas per Alemaniam, & Galliam consecrauit vbique multas Indulgentias cõferendo. Et infra: Obtulit idem sanctus Papa eidem ecclesiæ speciales Indulgentias cunctis fidelibus celebrãtibus festũ S. Switberti Epi, & ad diuina cõfluẽtib.

V. *Indulgentias particulares concessit suo tempore Sergius Papa II.*

Robert. Bellar.

lib. 1. de Ind. c. 3. Indulgẽtie particulares.

SErgius iunior Põtifex, qui sedit circa annum Domini 844. concessit indulgentiam trium annorum, & triũ quadragenarum visitantibus ecclesiã S. Martini in Mõtibus in die festi eiusdem ecclesię, vt constat ex memoria eius rei, quę extat in marmore inciso literis antiquissimis in eadẽ ecclesia: vt nulla fingi possit suspicio fraudis.

VI. *Militibus Cruce signatis contra infideles euntibus plenariæ à summis Pontificibus concessæ fuerunt indulgentiæ.*

Vispergẽsis Abb. in Chro. an. 1099 D. Bern. initio li. 2. de Cõsider. & aut. l. 3. cap. 4.

VRbanus II. Pontifex Romanus cępit sedere anno 1088. Is in Concilio Claramontano plenariam concessit indulgentiã omnibus Cruce signatis, qui sponte aduersus infideles orientales arma sumebant ad recuperandã Terram sanctam. Eumenius III. quoque, qui Pontificatũ gessit anno 1145. per literas generales concessit eãdem Crucem accipientibus, & proficiscentibus ad bellum istud sacrum Hierosolymitanum, indulgentias plenarias, iniunxitque S. Bernardo, vt eas prædicaret populis, eosque ad bellum illud accenderet. Paruit S. Bernardus Pontifici, & prædicationem suam innumerabilibus, & maximis miraculis confirmauit, vt ipsemet indicat initio lib. 2. de Consideratione. Et copiosius lib. 3. c. 4. de vita eius.

VII. *De indulgentijs ab Vrbano IIII. concessis pro festo venerabilis Sacramenti.*

In Cle. vnica de reliq. & vener. ss. Breuiar. Rom. fe. ria 6. infra 8 Sacram. l. 5 & 6.

ROmanus Põtifex Vrbanus IV. qui ante annos CCC. XL. pie statuit institutionis festi Sacramenti memoriam prima quinta feria post octauã Pentecostes cunctis fidelibus celebrari, vt illa feria, & per octauas sequentes, eiusdem salutaris institutionis honorificentius agatur memoria, & solemnitas de hoc celebrior habeatur? loco distributionum materialium, quę in ecclesijs Cathedralibus largiuntur existentibus Canonicis horis nocturnis, pariterque diurnis, prefatus Romanus Pontifex eis, qui huiusmodi

horis

horis in hac solemnitate personaliter in ecclesijs interessent, stipendia spiritualia Apostolica largitione concessit; quatenus per hæc fideles ad tanti festi celebritatem auidius & copiosius conuenirent.

VIII. *De Indulgentijs B. Francisco Assisio diuinitus pro populo concessis.*

Ex 1. to Chr. Fr. Min. l. 2 c. 1. 2. 3. & Breuiario proprio eorundem Fratrum 1. die Aug. de Dedicatione Ecclesiæ S. Mariæ Angelorum. Antean. circiter 387.

QVanquam Beatus Franciscus omnes ecclesias semper, quoad vixit; summopere dilexit, maximoq; in honore habuit; præcipuo tamen studio, singularique religione ædiculam illã prope Assisium coluit: quæ ecclesia tũ sanctæ Mariæ Angelorum, tum Portiunculę nominatur: idque multis de causis. Primum propter eius incredibilem in beatissimã Matrem Dei pietatem, maximamq; in sanctos Angelos obseruantiam; dein quod non solum ex alijs cognouisset, in eo sacello sępe suauissimos Angelorum concentus audiri, ex quo etiam agnomen accepisse putabatur, sed etiam ipsemet expertus esset, eorumque aspectu, colloquio, ac solatio potitus esset. Postremo, quod ea esset ecclesia tam longe à Domino præparata, in qua Ordinem suum inchoaret. Quam idcirco ecclesiam Portiunculæ appellari voluisset, quod esset futura mater & caput pusilli gregis Fratrum Minorum. Quamobrem mirum in modum cupiebat, vt ab omnibus in summa veneratione haberetur. Cum igitur nocte quadã oraret in habitaculo suo supra dictæ ecclesię proximo, significatum est ei diuinitus, in ipsa esse Dominum Iesum, eiusq; sanctissimam Matrem cum ingenti multitudine Angelorum. Quo nuncio, incredibili affectus lętitia confestim surrexit, & summa cũ religione delubrum ingressus, cum primum ineffabilem illam Filij Dei maiestatem & gloriam aspexit, ante conspectum eius procubuit, eumque quam maxima potuit animi submissione ac pietate adorauit. Quem Dominus benignissime appellans admonuit, vt ab eo aliqd beneficium pro salute hoĩum peteret. At ille adiutus patrocinio Matris, cuius opẽ implorauerat, supplex petijt, vt oĩbus ecclesiam illã introeuntibus concederet veniam & indulgentiam oĩum peccatorum suorum, quorum cõfessionem Sacerdoti fecissent. Respondit Dñs, id sibi placere, præcepitq; illi, vt eius Vicariũ adiret & ab eo suo nomine Indulgentiam illam postularet. Mane igitur B. Franciscus, comite Fratre Masſęo, profectus est Perusiam, vbi tunc erat summus Pontifex Honorius III. Ad quem ingressus mandatum exposuit, rogans, vt qd placebat Christo, cuius ipse in terris locum ac personam tenebat, id ipsi nõ displiceret. Pontifici primo parum honesta visa res est, quę petebatur: tum quod ea oĩno libera, hoc est, sine oblationibus: tum quod maxima, eademq; absoluta ac perpetua petebatur; Dicebat enim opus esse, vt is qui scelerũ suorum condonationẽ assequi vellet, eã aliqua ex parte mereret̃; negabatq; Romanã Curiã huiusmodi Indulgentiam concedere solere. Cardinales ẽt, qui aderant, illius cõcessioni aduersabant̃: fore.n.dicebant, vt Indulgentię Terręsanctę, & SS. Petri & Pauli negligerent̃. Tandem intelligens Pontifex diuinã voluntatem, concessit eã B. Francisco, plenariam quidem & liberã ac perpetuam, sed vnius duntaxat diei naturalis cuiusque anni, hoc est, à vesperis Calendarum Augusti vsq; ad vesperas sequẽtis diei, qui est anniuersarius dies consecrationis supra dictę ecclę. Et cũ ei diploma dare vellet, ille sibi satis esse dixit verbũ ipsius: Dñm enim opus suum per seipsum diuulgaturum ac magnificaturum. Quod quidem mirabiliter euenisse cernimus.

Ecclesia B. Francisci cur S. Mariæ Angelorũ et Portiuncula dicta.

Apparitio Christi et Matris eius, & Angelorum.

Indulgentias à Christo postulat B. Franciscus.

Easdem ab Honorio 3. petitum postulat.

Pontifex Honorius plenariã Indulgẽtiam B. Frãcisco concedit

IX. *De indulgentijs diuinitus in templo de Portiuncula B. Francisco Assisiati concessis.*

Annal. Francis. lib. 1. c. 5.

CElebris huius & eximiæ Indulgentiæ supradictæ totõ pene orbe Christiano diffusa fama, ingens homi-

num

num multitudo vndiq; excita cõfluebat ad D. Mariæ de Portiuncula dedicationis festum diem. In eorum igitur numero, cẽtum viginti circiter è Sclauoniæ partibus festi piè colendi, ac Iubilæi obtinendi causa, mari se commiserant. Qui cum ad Anconæ portũ nauium appulissent, & sacras ædes in ea vrbe celebres religiosè visissent, in religiosorum virorum cœnobium quoddam inciderunt, vbi æditus cum eis pretiosarum sacrarumq; reliquiarum copiam ostendisset, ex eis quæsiuit, quonam peregrinationis ergo proficiscerentur? Hi, ad D. Mariæ de Angelis, responderunt, cuius solemnis appeteret dies. Hic æditus; O miseri & infelices, inquit, magna isthæc vestra stoliditas, tot vos tantisq; obijcere laboribus atq; periculis nullo vestro emolumento. Indulgentia enim, quæ ibi fertur, nulla est; nam ne vnius quidẽ è Pontificibus concessionis illius Bulla apparet. Non ego vestram suggillo profectionem pietatis ac venerationis causa susceptam ad sacram ædem D. Virginis; hoc tantum dico, si ad Indulgentias attenditis, irritam illam esse ac vanam. Si mihi fidem adhibueritis, itineris compendium multum feceritis. Hæc enim ecclesia multis Indulgentijs ditata est, longèq; maioribus, quam eæ sint, quas quæritis. His lucrãdis attendite, & tam remotę vię laboribus supersedere. Ad fidem vero eorum, quę dictitabant, astruendam, multas illis bullas, & priuilegia à summis Pontificibus isti ecclesiæ impertita exhibuit. His stimulis ita perculsi sunt peregrinorum animi, vt vlterius non progredi planè decreuerint. Itaq; pietatem omnem Indulgentijs huius ecclesiæ cõsequendis impendunt, mox iter reflexuri. In ijs vero fœmina quędam religiosissima erat, quæ cæteris in suscepto itinere cõstantia prælucebat. Quid, inquit, Domini mei? miror vos vnius sententia & opinione tam facile à cœpto desistere: vultisne sic laborum præmium, quos in tanto itinere subijstis, prorsus deperdere? Ego quidem erubescerem, & puderet me. Exite, si vobis ita videatur; mihi certe fixum est in proposito perstare, etiamsi nulla ibi esset Indulgentia; quicquid sit, visitabo sacram B. Marię de Angelis ędem, ac votum meum complebo: speroq; B. Virgini gratum fore. Quare iter perficiam, cui me dedi. Sola itaq; discedit. Verum, ne sola peregrinaretur, Deus permisit eã à recta via aberrare, quod ei anxietatem magnam peperit: ignorabat enim quomodo ad amissam semitam redire posset. Itaq; ei sic anxię augustus quidam senex veneranda canitie, religiosa veste amictus adest, & ait: Ne timeas, filia: tibi enim sancte denuncio, tutam te pro salute animę tuę inuenisse viam, amissosque socios illico adfuturos: à tuo enim ab ipsis recessu sententiam mutarunt. Ipsa ergo retro aspiciẽs, eos ingenti animi gaudio perfusa aduenientes animaduertit. Omnibus in vnum collectis senex dixit optimè factum esse, quod iter inceptum prosecuti fuissent: veras enim ibi esse Indulgentias, seque eas confirmanti Pontifici Honorio testem adstitisse oculatum; scire insuper eas ipsius Dei ore concessas: ea propter alacres, fidentesq; pergerent. Eos demum cohortatus, ne in posterũ in hoc fidei defectu delinquerent, disparuit, & magna animi lętitia perfusos reliquit. Vt Assisium peruenerunt, rem gestam cunctis exposuerunt. Ipsi vero Indulgentias cõsecuti lęti, Deoque gratias agentes domum reuerterunt. Contigit autem dictam fœminã solam remansisse morbo distentã, quo ẽt naturę debitum exoluit. Demortua comitibus suis iam mare nauigãtibus videndã se prębuit: Nihil, inquiẽs, metui te, ego.n. illa sum vestra itineris comes, quę Assisij defuncta sum. A. B. Virgine ad vos mittor, vt de Indulgentia illa plenaria, qua nunc fruor, certiores sitis. Qd cũ dixisset, ex oculis eorũ euanuit. Multi ex ijs peregrinis, q̃ fœminã illam in naui conspexerant, postmodũ sępius

Indulgẽtia ad ædem B. Mariæ ꝑ Angelis B. Francisco concessa.

Indulgẽtia S. Frãcisco confirmatur.

Fœmina defuncta socijs in mari apparet.

sæpius iter illud Indulgentiarum gratia feruentiores repetierunt, quæ sibi accidissent enarrantes, immo & sociæ sibi factam apparitionem. Sicque, nulla licet Bullæ forma appareret, quia B. Franciscus id neglexerat, variarum nihilominus nationum populi iter hoc sanctum non omiserunt, nisi vel bello, vel peste, à tanto bono prohiberentur. Deus enim, qui illam cõcessit, quique se gratia illam prosecuturum promisit, instigat animas ad quærendam ibi salutem. Quod etiam pluribus alijs reuelatum est.

x. *Indulgentiæ quantum valeant reuelatione cognouit S. Brigitta, & quod per eas, qui in charitate decedunt, soluuntur à peccatis, & à pœnis.*

Ex li 6. Reuelat. S. Brigittæ c. 102. DOmina quædam de Suetia, cum longo tempore Romæ infirmaretur, dixit quasi subridendo, sponsa audiente: Fama, inquit, est, quod in hoc loco est absolutio à culpa, & à pœna; sed Deo nihil est impossibile, pœnam enim experior ego. Tunc subsequente mane sponsa audiuit in spiritu vocem dicentem sibi: Filia, hæc mulier grata est mihi, & quia deuote vixerat in se, & quia filias suas enutriuit, mihi, sed adhuc tantam contritionem non habuit in pœnis, quantam delectationem habuit, & habuisset in peccatis, nisi charitate mea refrenata fuisset. Ergo quia ego Deus vnicuique prouideo in sanitate, & in infirmitate, sicut vnicuique expedire video, ideo nec in minimis verbis ab aliquo irritari vel iudicari debeo, sed vbique timeri & & venerari. Dic etiam ei, quod Indulgentiæ Ecclesiarũ vrbis Romanæ maiores sunt apud Deum, quam sonant, quia hi qui perfecto corde veniunt ad *Indulgẽtiarum merces.* istas Indulgentias, non solum remissionẽ peccatorũ habebunt, sed etiam gloriam æternam. Nam homo etiamsi millies se occideret pro Deo, non esset condignus ad minimam gloriam, quæ datur sanctis. Et licet homo non sufficit viuere ad tot millia annorũ, tamen quia pro infinitis peccatis infinita debentur supplicia, quæ homini impossibile est satisfacere, & implere in hac vita; ideo propter Indulgentias relaxantur multa, & grauissima pœna & longissima commutatur in minimam. Et hi qui habitis Indulgentijs cũ charitate perfecta, & contritione vera decedunt de hoc mundo, soluuntur non solum à peccatis, sed etiã à pœnis, quia ego Deus non solum dabo sanctis & electis meis quæ petunt, sed & duplicabo, & centuplicabo propter charitatem: ideo moneas istam infirmam ad patientiam & stabilitatem, quia ego faciam ei quod vtilius sibi est ad salutem. Huius dominę animam vidit sancta Brigitta ascendentẽ sicut igneam, cui occurrerunt plures Æthiopes, à quorum cõspectu anima quasi perterrita facta est, & quasi tremula, & statim videbatur quasi Virgo pulcherrima venire ei in auxilium, quæ dixit Æthiopibus: Quid vobis cum anima ista, quæ est de familia nouæ sponsæ filij mei? Et statim Æthiopes fugientes sequebantur à longe; cumq; anima venisset ad iudiciũ, dixit Iudex: Quis respondet pro anima ista, & quis est aduocatus eius? Et statim videbatur Beatus Iacobus adesse, dicens: Ego, Domine, teneor respõdere pro ea; nam bis in magnis laboribus fuit ad memoriam meam: O Domine, miserere ei, quia voluit, & non potuit? Cui Iudex: Quid est, quod voluit, & non potuit? Cui Iacobus: Voluit, inquit, seruire tibi toto corde; sed non valuit, quia infirmitate retenta infirmabatur. Tunc Iudex ait ad animam: Vade, quia fides tua, & voluntas saluabit te. Et statim anima egressa est à conspectu Iudicis exultans, & quasi stella splendens, omnibus astantibus dicentibus: Benedictus sis tu Deus, qui es, & eras, & eris: qui non amoues misericordiam tuam sperantibus in te.

xi. Cru-

XI. *Crucem olim suscipientes ad bellum sacrum plenariam accipiebant Indulgentiam.*

Th. Cantip. Apũ li. 2 c 3. 10. DE Indulgentia, quæ crucem suscipientibus prædicatur, nullus fidelium dubitare permittitur, quin integraliter vere pœnitentes & confessi Indulgentiam recipiant omnium peccatorum, & in ea desiderij voluntate, qua pro fide, si se obtulerit locus; mori gestiunt, totaliter à pœna simul absoluantur & culpa. Certa ergo mihi fides de his omnibus est, & nihil hæsito de hoc, quod summus Pontifex noster per Legatos auctoritatis suæ mãdauerit faciendum.

TIT. LXIV. De Confessionis ministro.

EXEMP. I. *Diuus Ambrosius, dum Confessiones exciperet, pœnitentium culpas deflere solebat.*

Paulinus presbyter in eius vita apud Sur. tom 2. April. 4. S. Ambrosius Episcopus Mediolanensis solebat gaudens cum gaudentibus, & flens cum flentibus esse: siquidem quotiescunq; illi aliquis, ad percipiendam pœnitentiam, lapsus suos confessus esset, ita flebat, vt & illũ flere compelleret: videbatur etiam sibi cum iacere. Causas autem criminum, quas illi confitebantur, nulli nisi Domino soli, apud quem intercedebat, loquebatur, bonũ relinquens exemplum posteris sacerdotibus, vt intercessores apud Deum sint magis, quam accusatores apud homines. Nã & secundum *2. Cor. 2.* Apostolũ, circa huiusmodi hominem confirmanda charitas est, quia ipse sui accusatur est: nec expectat accusatorẽ, sed præuenit, vt confitendo suum alleuet ipse delictum, nec habeat quod aduersarius criminetur. Ideoq; scriptura dicit: *Prou. 18.* [Iustus in principio sermonis accusator est sui.] Vocem enim eripit aduersario, & quasi dentes quosdam, paratos ad prædam criminationis infestæ, peccatorum suorum confessione confringit, dans honorẽ Deo, cui nuda sunt omnia, & qui vult vitã magis peccatoris, quam mortem: nam ipsi pœnitenti non sufficit sola confessio, nisi subsequatur & emendatio facti, vt pœnitens non faciat pœnitenda. *Ezech. 18.*

II. *Ut se gesserit S. Hugo Episcop. erga pœnitentes.*

EOdem modo se gessit S. Hugo Episcop. Gratianopolitanus, vt refert auctor in vita eius. Clementer enim pœnitentes humiliterque suscipiens, patientissimi audiebat, aliquando flens ipse cum flentibus, aliquando vero ad lachrymas suis eos excitans fletibus: quod vno liquebat sufficienter exemplo. Vir Deo charus Gaulterius cognomento Calnesius, qui apud nos in monachatu diu laudabiliter vixit, & obijt, solebat referre, quod cũ in seculo positus suas ei confiteretur offensas (erat enim in ecclesia Gratianopolitana literis & honore præclarus) incubuerit ipse super caput eius, & tantam vertici lacrymarum infuderit copiam, vt madefactis capillis, deorsum etam riuuli per confitentis ora defluerent. Porro mulierum confessiones non minus caute, quam benigne suscipiebat. Non enim in angulis, aut obscuris, aut secretis locis eas audire solit⁹ erat, sed potius vbi à pluribus cõspici posset: & aurem quidẽ satis familiariter applicabat: oculorum autẽ in alteram partem vertebat aspectum, auditum solum, propter insidias diaboli, huiusmodi negotijs asserens applicandum. *In vita ei⁹ apud Sur. to. 2. 1. April.*

III. *Confessarius pœnitentium peccata deflere debeat, & Confessionis sigillum seruare teneatur.*

EIusdem quoq; generis est quod de S. Eustachio Abbate Luxouiensi legitur: hic enim gaudebat cũ gaudentibus, & flebat cum flentibus: quoties enim ei aliquis ob recipiendam pœnitentiam lapsus suos esset confessus, ita flebat, vt & illum flere compelleret. Causas autem criminum, quas pœnitens illi cõfitebatur, nulli nisi Domino *Ionas Scotus in vita eius apud Sur. 29 Maij*

soli,

Sigillum confessionis seruandum. 2. Cor. 2

soli, apud quem intercedebat, loquebatur; bonum relinquens exemplum posteris sacerdotibus, vt intercessores apud Deum magis sint, quam accusatores apud homines. Nam secundum Apostolum circa huiusmodi hominem cõfirmanda charitas est: quia ipse sui accusator est, nec expectat accusatorẽ, sed præuenit, vt confitendo suum abluat delictum. Humiliat etiam animam suam, sicut Dauid sanctus; qui postquam audiuit à Propheta, Dimissum est peccatum tuum, humilior factus est in emendatione peccati, ita vt cinerem sicut panem manducaret, & potum suum cum fletu misceret.

2. Reg. 12.

Ps. 101.

IV. *Cur lacrymas effunderet F. Franciscus Brixiensis pœnitentiam Confessiones excipiendo.*

Francis. Gonzaga de Origine Seraphica relig. p. 2. Conuentu 9. Prouin. S. Francis.

FRancisci Brixiensis Ordinis S. Frãcisci Religiosi conuentus S. Bartholomæi Apostoli, prope Fulgineum, ad proximos, fideique domesticos tanta extitit charitas, vt si alicuius minus verè pœnitentis sacram confessionem sibi aliquando excipere contigisset, lacrymis obrueretur, vt ipsum ad perfectam pœnitentiam, iustamq; erratorum compunctionem adigeret. Cumque à quodam sibi familiari fratre semel importunius, quid ipse aliorum peccata atque impœnitentiam curaret, quave de causa tantopere fleret, interrogaretur? Respondit, cuiusque veri fidelis esse, in Deum Opt. Max. offensiones & piacula commissa deflere, atque cuique, maximè vero Minoritæ, qui peccata populi comederet, de proximo suo mandatum esse.

V. *Pœnitentes in Confessione non esse nimis acerbe vel immodeste reprehendendos.*

Mãr. Marul. li. 4. c. 11. ex Cass. coll. 2. c. 13.

SAcerdoti cauendum, ne qua nimis acerba increpatione conturbet cõfitentem, & vulnus quod leni fotu curandum est, duriùs contrectans exaspe-ret, ac suppurare cogat, ne forte & ipsi cõtingat, quod contigisse seni cuidam in Ægypto refert Ioannes Cassianus, qui monachum adolescentem cum in cõfessione audijsset libidinis incentiuis identidem vrgeri, immoderata reprehensione prope ad desperationem compulit, indignum monachi nomine contestans, cuius pectus impudicis cogitationibus patere potuerit. Sed mox ipse iusto Dei iudicio eadem tẽtatione tam vehementer inquietari cœpit, vt & hic senex, sicut & ille iuuenis, iam ad seculum redire secum in animo versaret. Cæterum sapientia ac sanctitate præditus Apollo Abbas, iuuenem vultu demissum cernẽs, cum tristitiæ causam didicisset, blanditer consolatus est, docens non esse malum fœda cogitatione impugnari, sed vinci: nam se quoque idem sępe passum, Deo tamen adiuuante nunquam succubuisse. Deinde senem, iam relicto, in quo ętatem egerat, tugurio, vagum profugumque ad se aduocans, vt rediret admonuit, & iam suam expertus imbecillitatem, alienæ misereri disceret, nõ irasci. Post hæc pro illo precatus tentationem oratione abegit. Improuidus igitur iste confessionis auditor, nonne & se, & confitentem perditum isset? Nonne cęcus cœcum ducens, ambo in foueam corruissent, nisi Apollo Domini miserantis nutu manum suam vtriq; supposuisset? Sapienter itaque ab Apostolo præceptum est: [Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto vos qui spiritales estis, huiuscemodi instruite in spiritu lenitatis, considerans te ipsum, ne & tu tenteris. Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi.] Galat. 6

VI. *Qua sensuum cautela & circumspectione mulierum confessiones sint excipiendæ.*

In vita eius apud Sur. 1. die Apri. t. 2.

S. Hugo Episcopus Gratianopolitanus, cuius vitam scripsit Guido, vir

vir venerabilis, & quintus magnę Carthusiæ Prior, circumspectione valde admiranda suscipiebat. Verba auctoris referam, qm̃ vtilissimam animabus doctrinã continent. Porro, inquit, mulierum confessiones nõ minus cautè, quam benignè suscipiebat. Non.n. in angulis, aut obscuris, aut secretis locis eas audire solitus erat, sed potius vbi à pluribus conspici posset. Et autem quidem satis familiariter applicabat, oculorum autem in alteram partem vertebat aspectum; auditum solum, propter insidias diaboli, huiusmodi negotijs asserens applicandum. Quam videlicet oculorum custodiam incredibili semper, & vbique circumspectione seruabat, ita vt cum potētes ac nobiles mulieres (iuxta illud Apostoli, Cui honorem, honorem) ad colloquium honorificè, hilariterque frequenter susciperet, multa coram se, diuq; tractantium facies penitus non videret. Dicebat.n. cogitationes illicitas difficillimè posse vitari, nisi quis corporis sensus vigilantia multa compresserit: intrare autem, secundũ Prophetam, mortem per has quasi fenestras, & ingredi domos nostras.

S. Hugo quantus oculorũ custos. — *Rom. 13* — *Ierem. 9.*

VII. *Pannosorum & ægrorum confessiones æque atque aliorum esse audiendas.*

IN Collegio Taurinensi, dum Societatis Sacerdos in excipiendis confessionibus tenuissimo cuiq; daret operam, tanta est diuinæ dulcedinis vbertate completus, vt nunquam se meminerit expertum esse maiorem. Voluit nimirum Dñs in hoc homine declarare, quantum ijs sacerdotibus delectetur, qui in eo obeundo munere pannosos hoĩes æque ac diuites amplectuntur: nam inter olentes paganorum animas, pædoremq; agrestis amictus, suauitatem quandam admirabilis iucunditatis sensit: idq; cum in templo nostro non semel, tum multo illustrius in Nosocomio quodam, cum ægrum tractaret insanabilem, atq; vlceribus deformatum, quo qui accederet, propter intolerabilis odoris fęditatem erat nemo. Ad eum ille non sine egregia horrentis naturæ victoria ingressus, vbi agere cum ægro cœpit, & os ad os propius admouere, tantum abest, vt vllo amplius perfunderetur horrore, vt omnes odorum suauitates admoueri sibi ad nares opinaretur: eas vero intimis sensibus dulcedines hauriret, vt ab ægri complexu diuelli postea non posset. Nec vero ita studetur domesticæ sanctitati, vt in cõmunem animorum salutem nihil otij deriuetur.

Ex litt. ra an- nuis Soc. an. 1584. in Coll. Taur Prouin. Mediol. — *Personarũ acceptio non est in cõfessione.*

VIII. *Quam iniquè suos absoluunt pœnitentes Lutherani.*

IN bello Liuonico reperitur historia, quam hisce verbis vir equidem pręstanti pietate, ac summa eruditione D. Tilmanus Bredembachius commemorat. Quodã in pago, inquit, tribus milliaribus ab vrbe Torpatensi dissito, quidam Lutheranus ecclesiastes anno 1555. triginta circiter agricolas ad genua prouolutos habebat, quos, confessione facta, sacramentali absolutione à peccatis exoluere debebat. Mandat igitur, oẽs Deo confiteantur, solidum, siue nummulum (quem confitētes Parocho dare consueuerant) altari imponere iubet: deinde certam absolutionem promittit, pęnitentiam & satisfactionem commētum esse Papisticum, hanc neutiquam requiri. Erat autem inter cõfitentes quidam præ alijs simplici ingenio, qui Dño suo iumentum furto abegerat. Hic absolutionẽ consecutus domum lætabundus reuertitur, gaudiũ ex felici confessionis successu conceptum protinus in vxoris sinum effundit. Metuebam, inquit, cũ parochum confessurus accederem, ne iuberet abductum taurum restituere, aut gehennę incendio me furtum huiturum minaretur: iam autem vno recepto solido, omnes mihi noxas ignouit. Non multo post, idem alium furatur bouem, & in ipso facinore deprehensus, fatetur, neutiquam se illud ad-

Ex hist. Liuonica anni 1564 à Tilman. Bredembachio descripta Francis. Costerus tract. de indulgẽtijs.

admissurum fuisse, si non tam facilem se præbuisset parochus in delictis igno scendis: eaque res plurimos ad grauissima facinora stimulabat, adeo vt summam in domestica familia perfidiam patresfamilias persentiscerent, ac eam exitiales istius euangelij fructus grauiter abominarentur.

IX. *Voluntas bona sufficit pœnitenti, si copiam Confessarij in necessitate non habuerit.*

Ex li 6. Reuelat. S. Brigit. ca c. 115 QVidam de diœcesi Aboensi venit Romam, ignorans idioma Sueuicum: quem cum nullus Romæ intelligeret, nec cōfessorem habere posset, consuluit dominam, quid ageret. Tūc domina in spiritu audiuit; Iesus Christus filius Dei loquitur. Homo ille, qui te consuluit, plorat, qđ non habeat auditorem confessionis suæ. Dic ei, quod sufficit ei volūtas. Nā quid profuit latroni in cruce? Nonne voluntas bona? Aut quid aperit cælum, nisi voluntas volendi bona, & odiendi mala: Quid vero facit infernum, nisi voluntas mala & affectus inordinatus? Nunquid nō Lucifer bene creatus fuit? Aut ego ipsa bonitas & virtus, creaui malū aliquid? Nequaq̄. Sed postquam Lucifer abusus est voluntate, & mouit eā inordinate factus est ipse inordinatus, & voluntate mala malus. Propterea iste pauper ster stabilis, & non retrocedat. Et cum ad patriā suam redierit; quærat, & audiat salubria animæ suæ à sapientibus, & voluntatē suam submittat, & obediat magis consilio iustorū, quam suæ volūtati. Sin aūt & interim morietur in via erit ei, sicut dixi latroni; [Eris mecum in Paradiso.] *Luc. 23.*

TIT. XLV. De recidiuante.

Exo. 15. Chrysost. ho 44 in Matt. *Pharao Rex Ægypti post promissa & fœdere de populo Dei dimittendo frequentius violata, tandem cum vniuerso exercitu suo maris rubri fluctibus obrutus miserrimè perijt.*

2 Re 12. & 24. *Dauidem cum vxore Vriæ peccantem sola morte pueri nati puniuit Deus; eundem paulo post numerantem populum, peste & multorum millium nece percussit.*

Achab de sublata vinea Naboth ab Elia increpatus, & pœnitentiam agens veniam consequitur: sed postea ad impietatem rediens, & Michæam Prophetam carceri mancipans, in bello occiditur. *3 Re. 21 & 22.*

EXEMP. I. *Vt non fiat recidiuum, occasio fugienda est.*

D. Ambrosius libro de Pœnitentia memoriæ prodidit, fuisse iuuenem peccatorem, qui meretrici adhærebat. Hic à Deo afflatus pęnitentiam egit: sed vt illam perfectam faceret, in aliud oppidum migrauit: cumq; se iā fortem videret, & oporteret ipsum ad priorem ciuitatem redire in eam remeauit: & offendit mulierculam illā, cui prius adhæserat. Illa intuita illum est; ille vero, quasi eam non agnosceret, pertransibat. Cui illa, Ego sum illa, quā habuisti. Cui ille; Ego iam non sum ille, qui prius fui. Hic vere pœnituerat, qui in alterū īmutatus fuerat. *D. Ambros. li. 2 de Pœn.*

II. *Ad vomitum reuersus pœnitens quidā mox lapsu domus opprimitur.*

TEmpore quo B. Franciscus Assisias Reate iacebat infirmus, Præbendarius quidam nomine Gedeon, lubricus & mundanus, infirmitate graui correptus, lectulo decubans, cum ad eum fuisset delatus, lacrymosè rogabat, cum simul astantibus, vt ab ipso crucis signaculo signaretur. Ad quem ille: Cum vixeris olim secundum desideria carnis, non veritus iudicia Dei, quomodo te cruce signabo? Verum propter deuotas intercedentium preces, signo te crucis signabo in nomine Domini. Tu tamen scito te grauiora passurum, si ad vomitum redieris liberatus: nam propter peccatum ingratitudinis semper peiora prioribus inferuntur. *S. Bonauent. i vita b Fræ. ci ca. 11.*

P 2

Crucis signo cõtractum sanat B. Francis. runtur. Signo itaque crucis super eum facto, statim qui contractus iacuerat, surrexit sanus, & in laudem Dei prorumpens: Ego, inquit, sum liberatus. Insonuerunt autem ossa renum eius, audientibus cunctis, veluti cum manu ligna sicca franguntur. Paucis autem interlapsis temporibus, Dei oblitus, corpus impudicitiæ reddidit. Cumq; sero quodam cœnasset in domo cuiusdam Canonici, nocteq; illa dormiret ibidē, subito super omnes corruit tectum domus. *In peccata relabentis pena.* Cęteris autem euadentibus mortem, solus ille miser interceptus atque interemptus est. Iusto igitur Dei iudicio facta sunt nouissima hominis illius peiora priorib⁹, propter *Luc. 11.* ingratitudinis vitium, Deique cõtemptum, cum de accepta venia gratum esse oporteat, & duplo displiceat flagitium iteratum.

III. *De decem hæreticis per candens ferrum examinatis, & ob pertinaciam exustis, vno dempto, qui tamen postea relapsus etiã exustus est.*

Cæsarius mir. lib. 3. c. 17. Delrio l. 2. disqu. mag. lib. 4. cap 4. sect. 3. Decem hęretici in ciuitate Argentina, quę & Strasburg, comprehensi sunt; qui cum negarent, per iudicium candentis ferri conuicti, sñia incendij sunt damnati. Die statuto, cũ ducerentur ad ignem, quidam ex comitantibus vni illorum dicebat; Miser, damnatus es, age vel nunc pœnitentiã, peccata tua confitendo, ne post incendia corporis, quę momentanea sunt, animam tuam ignis gehennalis æternaliter comburat. Cui cum ille diceret: Cõsidero quidem me errasse, sed timeo pœnitentiam tantę necessitatis minus acceptam esse Deo: respõdit, Ex corde tantum confitere: Deus est misericors & pęnitentiã suscipiet. Mira res: mox enim, vt homo cõfessus est perfidiam, manus eius plenam recepit sanitatem. Tardante eo in confessione, cum à iudice vocaretur ad pęnam, confessor eius iudici respondit: Non iustum est, vt homo innocens dãnetur iniuste. In cuius manu dum nullum vestigium cõbustionis reperirētur, dimissus est. Habebat idem homo vxorem non longe à ciuitate manentē, horum quę dicta sũt, prorsus ignaram, ad quam cum venisset gaudens, dixissetque; Benedictus Deus, qui me liberauit hoc die ab interitu corporis & animę, causam ei exponens: rñdit illa; Quid fecisti ò miserrime? Quid egisti? Vt quid propter momentaneum dolorē recessisti à fide tua sana & sancta? *Nota hæreses pertinaciã.* Magis debueras, si fieri posset, cēties corpus tuum incendijs subijcere, quam à tam probata fide, semel recedere. Sed quem non seducat vox serpentina? Immemor ille beneficij sibi diuinitus collati, immemor tam euidentis miraculi, cõsilio vxoris acquieuit, errorē pristinum resumpsit. Deus vero non immemor vindictę, pro tanta ingratitudine, manũ plagauit vtriusque: renouatũ est incendium in manu hæretici, & quia coniux auctrix extitit resumpti erroris, consors facta est rediuiui doloris. *Renouati pecca ti pœna renouata.* Tam vehemens erat incendium, vt ossa manuum penetraret, & cum vti non auderent clamoribus in villa, quos vis extorsit doloris, fugerunt in nemus vicinum, illic vt lupi vlulantes. Quid verbis immorer? proditi sũt, in ciuitatem reducti sunt, simulque in ignem nõdum plene extinctum missi, & in cinerem redacti.

IV. *De horrenda vindicta diuina in recidiuantem.*

Th. Cantipr. li. 2. c. 30. 9. Qvidam de Episcopatu Cameracensi cum sacerdote suo accedēs ad me, rogabat vt eum absoluerem, quem recidiuantem per annos plurimos absolueram, & pęnitentiam ei iniunxeram salutarem. Quem cum ad diœcesanum Episcopum mittere vellē, quasi grauius affligendum, à sacerdote rogatus sum, vt tali conditione absoluerem pęnitentem, vt flexis genibus coram nobis rogaret Dñm, vt si postmodum recidiuaret in scelere, eum mox uindicta diuina puniret.

Con-

Pœna horrida in recidiuum. Consensi ergo conditioni, & heu mihi misero, quod consensi; mox ille flexit genua, & vindictam in se recidiuantē precatus est. Absolui eum, recessit gaudens; sed feria tertia aut quarta post Pascha, instigante Diabolo, passus est recidiuum, moxq; honorificè clamās; Vindicta Dei super me, vindicta Dei super me, vt mihi postea sacerdos retulit, amarissima morte mulctatus est.

V. *Apta similitudine docetur, ad vitia neutiquam esse redeundum.*

Io. Turp. Epi. Rhemensis i vita Caroli Magni c. 14 Postquam Carolus Magnus in bello Pampilionensi Aigolandi Saraceni exercitum cētum millium deleuisset, quidam milites Christiani gazarum cupidi mortuorum, nocte illa retro redierunt. Carolo ignorante in cāpum belli, in quo mortui iacebant, & auro, argentoq; ac diuersis gazis onustati ad Carolum redire cęperunt: illico Altumaior Cordubæ, qui erat absconditus inter montes, cum alijs Saracenis, qui de bello fugerāt, peremit illos oēs, nec vnus quidem ex eis remāsit, & erat numerus illorum qui interficiunt, circiter mille. Hi vero typum gerunt fidelium pro peccatis certātiū, sed postea ad vitia redeuntiū; quia sicut illi postea inimicos suos deuicerunt, ad mortuos cupiditatis causa redierunt, & interficiunt ab inimicis: sic fidelis quisque, qui vitia sua deuicit, & pœnitentiā accepit, ad mortuos, i. ad vitia iterum redire non debet, ne forte ab inimicis, i. à dæmonibus interficiatur, & sicut illi ad aliena spolia reuertentes præsentem vitam perdiderunt, nece turpi perierunt: sic religiosi quique, qui sęculum dimiserunt, & ad terrena negotia postea inflectuntur, vitam cœlestem perdunt, & mortem perpetuam amplectuntur.

VI. *Negligens agere gratias Domino Deo pro beneficio per confessionē accepto mox in eundē morbū relabitur.*

Io. Bonifac. In His recentius addendum, quod P. Ioānes Bonifacius profert in Oratione de Religione: Coniectum, ait, in vincula maleficum quendā pius quidam sacerdos, vti se peccatorum pondere leuaret confitendis ipsis, sæpe admonebat: cumq; identidem rogatus parere nollet, vereri se sacerdos dixit, ne Deus talem ac tantā confitēdorum criminum puniret tarditatem. Secuta mox fuit tam periculosa febris, vt sibi iamiam moriendum esse vinctus putaret, vocatoque ad se eodem illo, qui cōsilium dederat, sacerdote vitæ lapsꝰ oēs aperuit, peractaq; cōfessione releuari se modo sensit ægrotus, vsq; adeo vt postridie è lecto surgeret; pedibusque incederet. Id cum sacer homo vidisset, rogare facinorosum illum morbo liberum cępit, vt se gratum immortali Deo ostenderet propter recuperatā sanitatem, habendæque gratiæ optimam esse rationem dixit, si Christi hospes esse vellet atque conuiua. Sacerdoti iusta petenti minimè parere voluit vinctus, obstinationisque pęnas confestim dedit, morbo, quo paulo ante solutus erat, redeunte. Tunc homo pertinax graue esse scelus intellexit, hortatori suo non obedire, cum pręsertim idipsum Deus duplicato iudicio monstrauisset: quare tertium diuinæ vltionis telum expectandum non censuit, confessusque iterum cœlesti se pane recreauit. *Institutio. ne Christiana I Orat. de Religione.*

Catechis. hist. Part III.

TITVL. XLVI. De frequenti Confessione.

EXEMP. I. *Qualibet sexta feria peccata Sacerdoti confitetur pater S. Birgittæ, eiusque filius.*

Birgerus sanctæ Birgittæ pater solebat ipse singulis sextis ferijs peccata sua humiliter cōfiteri sæpissime his vtens verbis: Ita me qualibet sexta feria comparare volo erga Deum, vt quicquid cæteris diebus ille mihi præstiterit, ferre ęquo animo possim. Memor erat illius sententiæ; Non tardes conuerti ad Dominum, & ne differas *In vita S. Birgittæ viduæ apud Su. to 4. Iul. 23. c. 13*

te die in diem. Fecit consimiliter filius eius, quoad vixit, qui etiam post confessionem secreto acerrimis flagellis cæderat corpus suum, vt paratus in flagella Christum flagellatum in suo glorificaret corpore, & cum vicijs & concupiscentijs iugiter crucifigeret carnem suam.

II. *Feria quaque sexta admodum profuit Vlphoni Birgittæ marito peccata confiteri.*

Lud. Bl. Monil spir. c. 5.

CHristus, audiente S. Birgitta, ait. Ei qui spiritum & gratiam meam adipisci ac retineri desiderat, vtile est, crebro peccata & negligentias suas coram sacerdote confiteri, vt expurget. Et cum ipsa Birgitta videret animam mariti sui Domini Vlphonis in purgatorio, dixit; O felix anima, quid tibi præcipue profuit ad salutem? Ille respondit: Confessio mea, quam ferijs sextis (dum sacerdotes corā habebam) facere solitus sum, cum firmo me emēdandi proposito. Ipsamet Birgitta, vt in eius vita scribitur cap. 11. ab infantia pro more habuit, singulis sextis ferijs confiteri peccata sua; sed sæpius eo minime contenta, quolibet die crebro confitebatur etiam leuicula verba & cogitationes.

III. *Etiam propter leues culpas vtile est frequenter confiteri.*

Ibidem

QVædam monastici ordinis Virgo, quæ pie admodū vixerat, veniens ad mortis horam, purgari ante exitū debuit ab hac culpa, quod quādoque gratiam sacramentalis cōfessionis neglexisset. Nonnunquam enim quum aliæ sociæ Virgines ad confessionem coram sacerdote faciendam sese præpararent, illa nullum in cōscientia sua grauioris culpæ sentiens remorsum, minime satagebat per verba sacerdotis absolui saltem à puluere venialiū culparum, sine quibus humana vita non ducitur; sed simulabat se interdum dormire, quando sacerdos confessiones recepturus aderat.

IV. *De sabbatina confessione patris Virginis Lydvvinæ.*

Io. Brug. in vita Lidvvinæ par. 1. c. 1. apud Sur. 14. April.

IOannes auus Lydvvinæ virginis sanè admirandæ, vir fuit vitæ laudabilis, rectus & timens Deū; & qui defuncta vxore permansit viduus, corpusque attenuauit inedia, biduanis ac triduanis ieiunijs hebdomadatim illud afficiens, eique effœto non nisi panem, & aquam prębens, Domino fideliter seruiens die ac nocte. Confitebatur semper peccata sua sabbati die, orabat multum, animi pijssima suauitate liquescens, & sacrosanctam Eucharistiam feruentissimo amore, decimo quinto quoque die percipiebat.

V. *Frequens confessionis sacramentalis vsus vbi, quando, & per quem primum restitutus.*

Pe. Maf. lib. 2. de vit. Ignatij c. 7.

ANno post Christum natum 1538. Ignatius Loyola, alijq; Patres, sua quisq; prouincia bene gesta, Romam (vti decreuerant) circa mediam Quadragesimam conuenere. Tecto recepti sūt à Quirino Guarzonio ciue Romano, ad villam Minimorum Fratrū cœnobio proximam. Ibi in summa omnes egestate precario victitantes, cōi consilio ad rem Christianam pro viribus adiuuandam aggressi, permissuq; Antistitum varia Vrbis templa sortiti, concionibus primum ciuitatem ad oē officium atq; virtutem vehemēter accendere; deinde etiā veteri Ecclesiæ instituto plebem, puerosq; Christiana catechesi (quæ iamdiu obsoleuerat) vicatim erudire instituerunt. Ac licet pijs eorum studijs dæmon oī conatu se opponeret; tñ partim exemplo vitæ, partim assiduitate dicendi, hortandique, cū alia multa propediem assecuti sūt, tum vero præcipue, vt sacræ Cōfessionis & Eucharistiæ frequens vsus (quo nihil est humano generi salutarius), diaboli fraude iampridem extinctus, magno vtique Christianæ Reipublicæ commodo, in principe magistraque orbis terrarum Ecclesia reuiuisceret.

Ex

Ex quo deinde paulatim effectum est iisdem scilicet adiutoribus, non solum vt in Italia, Gallia, Hispania, cæterisq; Catholicis Europæ regionibus; verum etiam in ipsa India, atque adeo in vltimis terris, vbi paulo ante ferales dæmonum dapes & nefaria sacra viguerant, iam nunc ingenti bonorum gaudio, per pœnitentiæ sacramentum frequenter elutis animi sordibus; diuina passim conuiuia celebrentur.

VI. *Religiosus renuens crebro confiteri retrorsum abit.*

S. Antonin. 3 p. Chron. tit. 24. c. 2. para. 1

HAbitum religionis Ordinis sancti Francisci susceperat quidam Frater, qui exterius eximiæ sanctitatis videbatur, sed tamen admodum singularis. Hic ita districte silentium obseruabat, vt non verbis, sed signis & nutibus confiteretur. Cumque vt sanctus ab omnibus laudaretur, eo veniens B. Frãciscus, dixit: Sinite, Fratres, nec mihi diabolica figmenta in eo laudate. Moneatur semel & bis in hebdomada confiteri: quod si nõ fecerit, diabolica tentatio est, & fraudulenta deceptio. Monentibus ergo illum Fratribus, digitum imponebat ori suo, & caput excutiens se nullatenus confessurum asserebat. Non post multos dies ad vomitum rediens, religionem dimittens in flagitiosis actibus vitam finiuit.

Crebra confessione detegũtur dæmonis artes.

VII. *De pœna Comitis ob frequentem confessionem neglectam.*

Folcahard. Abb. in vita S. Bertini apud Sur. et Zach. Lip. 5. Septemb.

Vvaltbert. Comes cur pœnas luit.

VValtbertus Comes Arkensis, prope Audomarũ, spectata probitate ac pietate vir, vitę suæ cursũ ex consilio fere Bertini moderabatur. Delicta namque sua apud eum oris cõfessione expiabatur eratq; ipsi & Rogentrudi eius vxori à confessionibus beatus Pater. Qua de causa ad eum crebro voditabat, & salubres admodum de eterna salute sermones conferebat, eiusq; deinde potitus benedictione domũ cum gaudio redibat. Quodam vero die in ecclesia S. Audomari reliquijs inclyta, precibus absolutis domum contendit neglectaque consueta Bertini benedictione, equum conscendit, se medio in itinere ex equo in petrosam collapsus humum omnibus pene membris grauiter quassatus, è femore penitus confracto, in vltimũ vitæ discrimen venit. Interim mittitur à VValtberto nũcius velox beati viri opem imploraturus. Bertinus mittit vinum per Dodonem, eoq; faucibus eius pene moribũdis ingesto, optata protinus sanitas redijt.

TIT. XLVII. De falsa seu simulata quorundam Pœnitentia.

Pharao plagis Dei in eum sæuientibus mira pollicebatur, ast vbi diuina manus fiebat remissior, mutata sententia relabebatur, & iterum diuinitus puniebatur. *Exod. 8.*

Esau pœnituit de peccato venditæ primogenituræ, sed malè, quia lacrymæ non erant pœnitentiæ, sed animi violenti, & indignationis internæ. *Gen. 25.*

Antiochus Rex scelestissimus, cum sub finem vitæ grauissimas pœnas lueret ob afflictam à se Iudæorum gẽtem, templum sacrilegio spoliatum, & cœlestis numinis contemptum, admissa quidem agnouit, defleuit, ac restituere promisit, misericordiam tamen non est consecutus, nec ab ægritudine cõualuit, quia propter dolores, quibus torquebatur, pœnitentiam non egit. *2. Mach. 9.*

Simulata Antiochi pœnitentia.

Iudas pœnituit, sed malè, laqueo namque se suspendit: mala enim pœnitentia nulli veniam tribuit. *Mat. 27. & Grat. de pœn. dist. 3. c. Iudas c. 36.*

EXEMP. I. *Frustra agit pœnitentiam, qui non est, nec vult esse membrum Ecclesiæ Catholicæ.*

Greg. Tu. hist. li. 8. vlt. apud Baron. to. an. 585. 5.

ANno 585. Leuuigildus Rex Hispaniarum ægrotare cœpit: sed (vt quidam asserunt) pęnitentiam pro errore hæretico agens, & obtestãs ne Arianorũ hæresi quisquam reperiretur consentaneus, in legem Catholicam transijt, ac per septem dies in fletu per-

perdurans pro his, quæ contra Deum inique molitus est, spiritum exhalauit: verum etsi facti pœnitens, quod tamen Catholicus omnino decesserit, haud satis certis probatur assertionibus; etenim execrabilis eius memoria remansit posteris.

II. *Goisuintha Regina Ariana simulat se esse Catholicam, tandem simulatio eius diuinitus detegitur.*

Ioan. A. apud Bar to. 7 an. 585. 12. REgina Goisuintha prędicti Leuuigildi Regis coniux, nouerca Reccaredi Regis: Arianæ perfidiæ addictissima, siue rubore compulsa, siue timore conuicta, simul cum alijs Catholicam fidem professa, abdicare Arianam hæresim videri voluit, cum tamen intus Arium haberet inclusum: nam etsi cum alijs orthodoxis vt orthodoxa ad synaxim conueniret, atque sicut alij communicaret, secreto tamen sacratissimam Eucharistiam ex ore reijciebat: quæ, & nihil solicius procurauit, quam vt proditione aliqua Reccaredum è medio tolleret: inuenitque eiusdem suæ sententiæ Arianum itidem hominem, dignitate Episcopum, nomine Vdilam, siue Vldidam, qui in necem Regis pariter conspiraret, sed coniuratione detecta Arianus Episcopus mulctatur exilio; Regina vero, Deo vltore, citius ex hac vita luitura pœnas æternas præripitur.

III. *Alexandri Imperatoris post B. Martinam supplicio affectam infructuosus dolor.*

Martin⁹ Telonus an. 216. ALexander Imperator cum beatam Martinam Virginem nobilem Senatorum progenie procreatam, post varia & dira supplicia fecisset decollari, & visis ab ea multis miraculis, eadem die percussus est dolore cordis, & carnes suas comedebat gemens, & dicens: Miserere mei Deus Christianorum, quia nomen tuum persecutus sum; sicut feci, mihi reddidisti.

IV. *Galerius Imperator graui vlcere pressus pœnitentiam agere cogitur, sed frustra.*

GAlerius Imperator in Orientis & Ægypti partibus maxima crudelitate & vesania tyrannidem exercebat, & solutus luxu, atq; omnium dissolutionum genere fluitans, turpissima suis militibus præbebat exempla, ita vt nullum vel breue oppidum, absque adulterio nobilium matronarum, quæ per loca fuissent repertæ, vel corruptione virginũ, præteriret. Qui cum per decem annos tam crudelis extitisset, ipsum auctorem scelerum vltio diuina corripuit, & ille lætis & saginatis carnibus incedebat superbus: subito in prælatis visceribus, supinatisq; descendit in profundiora. Deinde vlnus acceptum totos intrinsecus viscerum secessus tabe serpente depascitur: sed cum medici morbum non possent curare, eos iussit interfici. Quorum vnus ait ei: O Imperator, non humanus est morbus iste, nec à medicis curabitur, sed recordare, quanta in seruos Dei egeris, & quam profanus Christianis extiteris, & intelliges vnde tibi poscẽda sint remedia: nam & ego quidem, si vis, cũ cæteris mori potero, tu autem à medicis non curaberis. Tum Galerius scelerum suorum immanitatem recordatus, se errasse confitetur, & legem scribit, vt non solum à Christianis desinat persecutio, & arceatur omnis iniuria, verum reædificari permittãtur eorum ecclesiæ, vt solitis cultibus & orationibus vacantes, pro ipsius salute excelso supplicent Deo: sed tamen instigante Diabolo, non est passus per sex menses nostros in pace subsistere, & protinus, quanquam potuit, noluit de Ecclesiæ perturbatione desistere.

Vrsperg gens. an. 311 Carolus Sigonius l. 2. de Imperio Occidẽtali, an. 311.

V. *Maximianus fistula & vermibus perdomitus resipiscit, & fauorem Christianorum scribit.*

MAximianus simulatque ecclesias expugnare cępit, prius quam animum

Euseb. li. 1. de vita Constantini cap. 50.

mum suum iustorum & piorum hominū cruore inquinauit, vltio diuinitus illata in eum inuasit: & ex ipsa carne exorsa peruasit, ad animum. Ex improuiso.n. in illis corporis partibus, quas natura contexit, nascitur apostema: deinde in interioribus corporis recessibus, vlcus purulentum & fistulosum: atq; horum intolerabilis morsus intima depascebatur viscera, quæ quidem infinita vermium multitudine redundarunt: vnde fœtor lethalis & pestifer efflatur: quandoquidem vniuersa corporis moles, ex nimia eius, antequam incidat in morbum, helluatione & ingluuie, in immensam pinguedinē erat commutata: quæ tunc putredine contabefacta, intolerabile & plenum horroris spectaculum (vt fertur) propius accedentibus exhibuit. Atque demum tot ac tantis malis colluctans, conscientia scelerum, quę contra Ecclesiam admisisset, perculsus, deinceps Deo suam culpam confiteri, à persecutione cōtra Christianos inchoata desistere, legibusq; & edictis Imperatorijs ecclesias illorum exædificare maturat: cōsuetas preces, quæ pro ipso ante fieri solent, eos iam etiam obire mandat. Atq; iste quidem ob persecutionis flammam, quam contra Christianos accendisset, tales pœnas persoluit. Verum ille spectator istarum rerum factus, earumdemq; cognitionem accurate experiētia consequutus, derepente venit in omnium obliuionem. Neque pœnam irrogatam, neq; iustitiam Dei supplicium sumentem memoriam repetijt.

VI. *Maximinus postquam inauditis tormentis Christianos cruciasset, dum similibus à Deo punitur, tyrannidem suam confessus est, tamen non veram egit pœnitentiam.*

Idē ibid. c 51 & 52.

MAximinus quoque priorem in scelerum certamine superare enixe contendens, nouorum cōtra Christianos suppliciorum inuentione sese insolenter extulit: nam neq; ignis, ferrum, neq; claui impacti, neq; agrestes belluæ, aut maris vortices illi satisfacere potuerunt: sed pręter hęc omnia, peregrinū quoddā supplicij genus suopte ingenio excogitare studuit, legeq; tulit, vt sensus illi, quibus lumen percipimus, prorsus labefactarentur. Crebræ igitur multitudines non virorum solum, sed puerorum etiā & mulierum cum haberent aciem oculorū dextrorum, & pedum commissuras ferro & cauterijs adeo penitus debilitatas, vt ipsis nullo post vsui esse possent, ad metalla amandabantur excruciandæ.

Maximini crudelitas in Christianos.

Quarum rerum causa nō diu post istū quoq; iusta Dei vltio occupauit. Nam cum spe in dæmonibus, quos Deos esse censebat, collocata & innumerabilib. armatorum copijs cōfisus, ad prælium committendum progressus esset; tunc Dei ope, qua niti debuerat, destitutus, primum apparatum regalem parum sibi congruentem cœpit exuere: deinde timide ignaueq; in multitudinem irrepere, tum fuga salutem quærere. Postremo clanculum occultatus, in agris & vicis habitu famulari se posse latitare censuit. Cæterum excelsum obtutum diuinæ prouidētiæ, quæ rerum curam gerit vniuersarum, minime subterfugit. Nam posteaquam sperauit vitam suam esse in tuto locatam, ignito Dei telo percussus, pronus decubuit, toto corpore plaga cælitus delapsa ita exhausto, vt vniuersa pristinæ formæ effigies omnino, deleretur, quippe ossa exsiccata, & instar simulacrorum extenuata, tantummodo ei superfuerunt. Quinetiam cum Dei plaga vehementius incenderetur, eius exierunt oculi; & sede propria elapsi, illum cęcum dimiserunt. Quæ igitur primus cōtra Dei martyres excogitauerat supplicia, eadem ipse iustissima sententia sustinuit. Qui demum, dum adhuc his malis cōflictatus spiritum ducebat, Christianorum Deo se cōfiteri, & suas quas contra Deum pugnas susceperat, palā elocutus, palinodias pari ratione cum superiore canere: legibus etiam, & edi-

Vltio diuina in Maximinum.

Talionis pœna.

& edictis euidenter suum errorem de dijs, quos sibi colendos delegisset, aperire cœpit; solumq; Deum Christianorum verum esse, ipsa experientia se cõperisse testatus est. Ista scelera, eorumdemq; mercedem ipse reuera pro certo compererat; tamen velut crassa quadam caligine menti offusa cæcatus, in eisdem quasi volutatus hæsit.

VII. *Ferri candentis miraculo ficta deprehenditur cuiusdam pœnitentis confessio.*

P. Martinus Del rio Disquisit. Magic. li. 4. c. 4. q 4. sect. 3 ex Cæsario li. 10. c. 35.

CÆsarius refert, piscatorẽ fuisse in episcopatu Traiectensi, qui cum quadã fœmina multo tempore fuerat fornicatus. Et quia eius pecccatum nimis erat notorium, tpe quodam in Synodo imminenti accusari timens, statim ad Sacerdotem veniens, magis, vt post patuit, timore pœnæ, quam amore iustitiæ, peccatũ confessus est: cõsilium quæsiuit & inuenit. Si habes, inquit Sacerdos, firmum propositum nunquam peccandi cum illa, candens ferrum secure poteris portare, ipsumq; peccatũ negare. Spero autem quod virtus confessionis liberabit te. Quod ita factum est, cunctis stupẽtibus, quibus factum innotuerat. Læsus tum ab igne nõ fuit, inquit auctor, sed cum postea peccati iterandi in recidiuam voluntatem incidisset, & gloriaretur, se non magis adustum fuisse à ferro illo candenti, quã ab aqua fluminis, in quo tum nauigabat, aquamq; manu hauriret, ferri candentis vicem egit aqua algida, & manum adussit, pelle tota detracta.

TIT. XLVIII. De Scrupulis.

Scrupulus est anxia quædam animi formido de bonitate, vel malitia operis, ex leuibus causis orta.

EXEMPL. I. *Prudentis viri consilio acquiescens scrupulosus mox scrupulo liberatur.*

REligiosus quidam Ordinis S. Bernardi ita aliquando conscientiæ scrupulo premebatur, vt ne quidẽ rem sacram facere auderet. Cui tandem diuus Bernardus dixit: Vade, Frater, in fide mea, & fac sacrificium, quod scio scrupulum tuum, quem falso putas, nullum esse. Vnde Frater obediens & consilio acquiescens, sacrificium fecit, nec amplius scrupulum sensit.

Iodocus Damhouder⁹ ad finẽ Pareneseon Christianorum è vita S. Bernar.

II. *Ignatius Loiola conscientia scrupulis stimulatus qua ratione tandem liberatur.*

S. Antonin. 1. p. Sum. tit. 3. c. 10. §. 10. Pet. Ribadeneira li. 1. de vita B. Ignatij c. 6. Petr. Masfibi.

ORanti aliquando Ignatio Loiolæ, & in pijs exercitationibus religiose versanti, exarescebat repente nõnunquam animus, & in eas angustias incidebat, vt se explicare vix posset, sibique displiceret, & diuini spiritus suauitatem minime sentiret. Rursus tanta, & tã copiosa diuinæ consolationis vis affluebat, vt in eius luce: præcedẽtis mæstitiæ caligo ne appareret quidem. Quod ille discrimen varietatemque attendens, admirabundus, & rei nouitate perculsus. Quid hoc, inquit, rei? quam nos viam ingredimur? quod militiæ genus arripimus? Sed interim ita scrupulorum stimulis pungi, & peccatorum suorum conscientia torqueri cœpit, vt lacrymans dies cum noctibus iungeret, semper anxius; semperq; solicitus. Etsi enim quam accuratissime omnia præteritæ vitæ crimina fuerat confessus, illa tamen semper cura extimulabatur. Nũ hoc cõfessus sum? num illud bene explicaui? num satis aperte, quæ ad rem pertinebant, adieci? num aliquid vel affinxi, vel omisi? Quibus quidẽ aculeis adeo vexabatur, vt nusquã acquiesceret, nullis orationibus, vigilijs, ieiunijs, flagellis deniq; leuaretur: sed mœrore prostratus, & quadã acerbi doloris carnificina exanimatus, & cõfectus iaceret. Ad sacratissimam Eucharistiã de more, quasi ad sacram anchoram confugiebat; sed cũ ori iam admoueretur panis viuificus, scrupulorum vi, & subito quasi ventorũ concursu abreptus, surgebat, lacrymis se gemitibusq; penitus dabat, & ad Domi-

Ignatius quo facto scrupulosus.

Isa 38. Rom.7. minũ clamabat: [Domine vim patior, respõde pro me. Et, Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Occurrebat quidem vnum illi remedium, idque præsentissimum, si spiritalis pater, cui cõscientiam suam, & internos animi motus omnino aperiebat, tranquillo se, pacatoque aĩo esse iuberet, & Dñi N. Iesu Christi noĩe mandaret, ne exactæ vitæ peccata amplius confiteretur. Sed tamen, ne à se profecta medicina sanitatem nõ faceret, sed dolorem augeret, spiritali hoc patri dicere non audebat. Cum igitur aliquam diu hanc mentis vexationem pertulisset, quodam die tam grauiter, dolenterque ab ijs scrupulorum tormentis est habitus, vt omni solatio destitutus se totum orationi traderet, & fidei feruore succensus, clara magnaq; etiam voce clamaret: [Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Domine vim patior, responde pro me. Succurre Domine, subueni Domine. Emitte manum tuam de alto Domine, misericordia mea, refugiũ meum, liberator meus: protector meus in te spero, quia nullam ab hominibus, nullam à creata vlla natura pacem aut requiem inuenio. Attende & fac: illumina faciem tuam: ostende mihi viam, in qua ambulẽ, quia Deus meus es tu. Quod si vel catulũ præceptorem mihi, & perturbatæ mentis pacificatorem dederis, ego vero non recuso; libenter illum ducem, illum vitæ magistrũ te auctore sequar. Inter hæc rursus vehementissima hominem cogitatio inuadebat, vt ex cellula, vbi erat (nam ex hospitali pauperum domo in Dominicorum cœnobium emigrarat) sese præcipitem daret. Sed ille: Nõ faciam, non te offendam Domine: [quia tu es Deus meus, fortitudo mea; quare me repulisti, & quare tristis incedo, dum affligit me inimicus? dum dicitur mihi quotidie, vbi est Deus tuus?] In has voces erumpenti, & præ dolore gementi venit in mentem cuiusdam sancti viri, qui, vt nescio quid

Scrupulorum tormentum quã magnum.

Rom.7. Ps. 143. Ps. 17.

Ps. 42.

à Deo impetraret, tandiu cibo abstinuit, donec illud consequeretur. Ad cuius imitationem statuit non prius cibum vllum, aut potum capere (nisi forte mors illi immineret) quam optatam mentis tranquillitatẽ inueniret. Quocirca septem integros dies ita ieiunus fuit: nihil vt omnino gustaret; cum tamen interea, vel de quotidiana precatione (cui septenas flexis genibus horas vacabat) vel de verberationibus, quas ternas in dies singulos vsurpabat, vel de alijs vsitatis instituti ipsius officijs, nihil idcirco remitteret. Et cũ se viribus adhuc integris minimeque debilitatum videret, & progredi longius vellet, prohibitus à Confessario est, ac vehementer deterritus, iussusq; cibum capere, cum die Dominico suo more illi peccata sua, & quid etiam fecisset, indicasset. Paruit Confessario neganti absolutionem se daturum, ni cibum sumeret, & hortanti vt peccata sua, de Dei benignitate confisus, ab illo sibi remissa pie crederet, ne repugnare Deo velle videretur, eoq; se die, & proximo liberum sensit; tertio vero post die oppugnatus iterum est, sed oppugnationis is finis fuit, vt disiectis tenebris, quas rebus clarissimis diabolus obducere conabatur, & reddita diuina luce, quasi apertis oculis è somno excitatus, magna animi claritate constantiaque anteactæ vitæ memoriam, obliuione obruere, & obducta peccatorum vulnera amplius in confessione non refricare decerneret, tantamque mentis tranquillitatem, spirituum discretionem, atq; scrupulosarum mentium curandarum gratiam à Deo est consecutus, vt nemo fere hac ægritudine affectus sanitatem ab Ignatio nõ inueniret. Neq; enim sibi solum probatur, sed nobis etiam erudiebatur Ignatius. Probat enim Deus cum omnes milites suos, tum eos maxime, qui reliquorum duces futuri sunt, humiles & probatos consolatur, [vt possint & ipsi consolari eos, qui in omni pressura sunt.] 2. Cor. 1.

Obediendo Confessario à scrupulis liber fit Ignatius.

III. Lut-

III. *Lutgardis Virgo scrupulis vexata quomodo per opilionem liberata.*

Io. Cantipr. ita auctor. l. 2. c. 14. apud Sur. 16. Iunij.

LVtgardis Virgo pia ex celeberrima Tungrorum ciuitate orta, mirum in modum ad omnem animi perfectionem anhelabat. Cum preces horarias legeret, in id summopere incũbebat, vt non solum malas, sed etiam bonas cogitationes à se excluderet, &, quod in mortali corpore fieri non potest, ijs solis, quæ proferret, animum occuparet. Cũ vero id assequi non posset, grãdes in eius pectore orti sunt scrupuli, & quasi nihil dixisse, cępit singulas horas bis terue repetere. Adeo autẽ eius aĩam hęc res afflixit, vt nullus amicorũ eam posset cõsolari. Fiebant preces, vt Dñs eam ab ijs scrupulis liberaret; & ecce præter omnium expectationem, instar Amos Prophetæ, induxit Dominus opilionem ouiculas sequentem, & posuit verbum in ore eius: qui mox relictis ouibus, homo plane rudis, tredecim milliaria conficiens, venit Aquiriam, accersitaque Lutgarde, cæteris audientibus, dixit: Hæc dicit Dominus: Nullo deinceps in dicendis precibus dolore aut scrupulo angaris: placent Deo preces tuæ, & gratæ sunt in conspectu meo. His dictis repente aufugit, nec dabatur opportunitas inquirendi quisnam esset; postea tamen scitum est; nam Dominus ipse dixit, Lutgardi: Nihil post hac formides, ego nunc in te supplebo defectum. Tũm illa Dominum vtrobique locutum sentiens, trãquillitati se dedit, nec vllum postmodum ea in re passa est scrupulũ.

Scrupulis vexatur Lutgardis.

Amos 7.

Per opilionem à scrupulis liberatur.

IV. *Scrupulos interdum manere etiam in deuotis vsque ad finem vitæ.*

Io. Nider. l. 3. formicar. c. 12.

VIrginem quandam multum deuotam fuisse mihi constat in ciuitate Nurẽbergensi Bambergensis Diœcesis, quę Kunegundis vocabatur. Hęc viuebat more castarum bonarumque Virginum, in victu, vestitu, sęculifuga, & in ijs quæ ad Dei cultum pertinebant, sine querela, sed adeo timida & scrupulosa in conscientia erat, vt vix meminerim hoc parẽ reperisse. Nam post puram & integram à se sæpe factam cõfessionem sacramentalem, frequenter grauibus stimulabatur scrupulis de insufficienti cõfessione, vt timebat, transacta. In minimis rebus, vbi nullum vel modicum peccatum erat, mortalis criminis lapsum verebatur adesse, & ita nulla pace in domo conscientię fruebatur; quicquid enim egit aut omisit de genere verborum operum, in his semper peccatum notabile adfuisse suspicabatur. Cœpit itaque ex his inordinatis timoribus in sexu fragili naturalis sua complexio labi plurimum, & dietim vires decrescebant corporis, quia se semper esse plenam peccatis grauib. non definitiue iudicabat, sed verebatur. Timuit ipsa, timuerunt Confessores eius, & non minus cohabitantes Virgines, si in eo statu scrupulosissimæ conscientiæ deprehenderetur prope mortem, fortassis desperationis laqueo ab hoste maligno raperetur. Intuentes igitur viri prudentes, & animarum medici corporis defectũ redundare in animæ graue periculum, dicebant Virgini, eam in periculo versari perdenti vsum rationis, & nullo modo ad ieiunia Ecclesię, sicut sana esset, teneri sciebant enim quod labor quotidianus, quo grauabatur, (nam quia pauper, alijs Virginibus famulabatur & præterita ieiunia, ac abstinentiæ castitati seruandæ satis erant. Sed ad ista maior tristitia cor eius inuadebat, cum intueretur se priuari instrumentis virtutũ, quibus communiter plebs fidelium vtitur. Obediuit tamẽ discretis Confessoribus, licet inuita, & non sine pusillanimitate maxima. Tandem vero natura deficiente, lecto decubuit, & terminum vitæ propinquare agnouit. Et ecce diuina arridente gratia ante triduum circiter suæ mortis, omnis scrupulus, timor & pusillanimitas plene animam eius reliquerunt, ita vt sumptis Ecclesiæ sacramentis, in pace dormiret, quam singulari-

Kunegundis Virgo scrupulis vnde agitata.

Sub mortem scrupulis liberatur.

Ps. 4. lariter Dominus tunc in ſpe conſtituerat. Nam Virgines adſtãtes ab ea quęrunt, Nam te cõſcientia adhuc arguit, quod languente corpore eccleſiaſtica ieiunia non ſeruaueris? Quibus illa, Animum, inquit, ſemper habui paratum ad ieiunium, ſed quia animarum medici, Dei vicem agentes, iſta inhibuerunt, eis obediui, nec ex eo tempore turbor, ſperans Chriſti benignitate, eius redempta ſanguine ſaluar; & ſic in Domino quieuit.

TIT. XLIX. De quotidiano examine conſcientiæ.

EXEMP. I. *Vt ad duplex examen quotidie faciendum nos hortetur S. Ephræm Syrus, vir ſanctiſſimus.*

S. Ephr. to. 3. ſer Aſcet. S Ephræm Syrus, omniũ, quos in hac re obſeruauerim, antiquiſſimus, ad duplex examen quotidianum nos hortatur: Diebus inquit, ſingulis, veſperi & mane diligenter cõſidera, quo pacto ſeſe habeat negotiatio tua, ac mercinonij ratio. Et veſpere quidem ingreſſus cubiculum cordis tui examina re ipſum, ac dicito: Putaſne hodie in aliquo Deum exacerbaui? Nunquid verba otioſa protuli? Num per contemptum negligentiamque peccaui? Num in re aliqua fratrẽ irritaui? Num alicuius famam detractionibus lacerani? &c. Deprehenſiſque peccatis gemitum, dolorem & lachrymas iubet ſuperfundi. Poſtea de matutino examine addit: Et facto iam diluculo rurſus eadem tecum meditare, & dicito: Quomodo, putas, iſta mihi nox præterijt? Lucratus ſum in ea mercimoniũ meum? Nunquid improbæ ac ſordidæ cogitationes inuaſerunt me, atq; illis libenter immoratus ſum.

Examen conſcientiæ quomodo faciendum.

II. *Modum examinis etiam tradit S. Dorotheus.*

S. Doroth. doctr. 11 S Dorotheus illo procul dubio recentior, hoc duplex examen tãquam documentum à maioribus acceptum tradit: Quo pacto, inquit, per ſingulos dies noſipſos purgare, & propemodũ expiare debeamus exactiſſime docuerunt maiores, & partes noſtri: nempe vt veſperi ſedulo quiſque perquirat & inueſtiget, quomodo pertranſierit diẽ illum. Rurſus mane examinet, quomodo exegerit noctem illam & pœnitentiam agat, ac reſipiſcat coram Deo, ſi quo pacto, vt fieri poteſt, peccatum aliquod admiſerit.

III. *Idem tradit D. Bernardus.*

D. Bern. lib. de vita ſolitaria, & tract. de 8 punct. n. 8. EX Latinis diuus Bernardus hortans fratres de Monte Dei ad mores componendos, proponit examen tanquam iudicium quoddam: Nemo, inquit, te plus diligit: nemo te fidelius iudicabit. Mane præteritæ noctis fac à temetipſo exactionem: & venturæ diei tu tibi indicito cautionem. Veſpere diei præteritæ rationem exige: & ſuperuenientis noctis fac indictionem. Sic diſtricto nequaquam tibi aliquando laſciuire vacabit.

IV. *Codicillis ſeu libellis vtebantur olim viri pij ad notandos quotidianos defectus.*

Io. Clim. grad. 4. de Obedientia. DE hac re quoq; illud habemus antiquitatis exemplum: legimus enim apud Climacum in hunc modum: Eum vero, qui parandę fratribus refectioni præerat, cum curioſius inquirerem, hoc facere animaduerti. Ad eius latus cũ appenſum cingulo breuẽ libellum cõſpicerem, didici eum quotidie cogitationes ſuas in eo notare, haſque omnes nuntiare Paſtori ſolitum. Non ſolum autem illum, ſed & alios quam plures id facere ibidẽ perſpexi. Et infra: Optimus, inquit, ille trapezita eſt, qui quotidie veſpere, lucrum ac detrimentum omnino computat. Quod ſcire manifeſtius non poteſt, niſi horis ſingulis in tabulis omnia denotet.

V. Ad

v. *Ad examen meridianum quibus rationibus exhortetur Monachos D. Bonauentura.*

D. Bonauent. in reg. Nouitiorum.

EXaminis meridiani meminit D. Bonauentura sic scribens: Cum pulsatur campanella ad mensam vel ad comedendum, stes in silentio, & examina teipsum quomodo in oratione, vel lectione vel in seruitijs laborasti, vt præparatas eleemosynas possis secura cõsciẽtia manducare; nam peccatores, tibi eleemosynas largiuntur, nõ vt loquaris de partibus vel de guerris; vel maneas otiosus sed vt pro eis incessanter ad Dominum fundas preces. Quod si te inueneris otiosum stetisse, aut dixisse illicita, timeas cũ dolore cordis, sciens quod de eleemosynis acceptis oportebit te reddere rationẽ villicationis tuæ, & vsq; ad secundam pulsationem cogita supradicta, semper pro benefactoribus exorando.

Examen meridianum.

VI. *B. P. N. Ignatius sedulus admodum erat in excutienda sæpius in die conscientia.*

Iac. Aluarez de Paz li. 3 p. 3. de Adept. virtutũ c. 11.

REcentius est, quod de B. P. N. Ignatio magno vitæ spiritualis præceptore traditur. Ipse enim iam senex, ac grandæuus, & tantis donis cumulatus, tantaque vitæ sanctitate ornatus, libellum habebat, in quo suos defectus quantumcumque exiguos annotabat. Quem moriens quasi testamento reliquit: ad eius enim caput ab ijs, qui ei decumbenti assistebant, inuentus est: vt viri spirituales discant, quanto feruore, quantaque cura sit animæ ratio exquirenda. Idem quoque, vt auctor vitæ eius testatur, in singulas horas sese colligebat, & à reliquis animum in Deum auocabat; cõsciẽtiamq; suam discutiebat diligentissime: & quid cogitasset, quid dixisset, quid egisset, quidve omisisset, examinabat. Quod si negotium intercederet grauius, vel occupatio aliqua tanta, quæ præ consuetudini impedimentum adferret, proxima hora, vel certe primo quoque tempore, interpositam moram compensabat.

Libello vtebatur P. Ignat. pro notandis defectibus. Petr Ribaden. l. 5. vitæ eius c. 1.

De Sacramento Extremæ Vnctionis.

TIT. L. De extremæ Vnctionis Sacramento non contemnendo, vel negligendo.

EXEMPL. I. *De sancto Reginaldo beato Dominici discipulo à B. Virgine sub mortem inuncto.*

P. Hier. Plat. l. 2 de bono Stat. Relig. c. 21. ex Theodorico de Apoldia in vita S. Dominici, lib. 2. c. 2.

REginaldus vnus ex B. Dominici discipulis, cum moneretur, vt se extrema Vnctione, vt moris est, ad luctã cum dæmone præpararet: Ego, inquit, hanc luctam minimè reformido; quin potius lætus expecto: iam. n. dudum mater misericordię me inunxit, in qua plurimum confido, & ad quam cupidè proficiscor. Quod autem se prius ab ea inunctum dicebat, id ita habuerat. Cum ante annos multos grauissimè ægrotaret, vigilanti de nocte apparuit Regina cęli cum alijs duabus Virginibus, ipsaque ad eum accedens iacentis oculos, aures, os & manus vnguento, quod attulerat, proprijs illis manibus liniuit, denique & pedes in preparationem Euangelij, vt ipsamet, quasi ex formula orans, adiunxit.

II. *De extrema Vnctione diuinitus B. Lydvvinæ administrata.*

F. Ioan. Brugman in eius vita apud Sur. 7. April. p. 3 c. 11.

B. Lydvvina post diutinam corporis ægritudinem, cum iam tenderet ad interitum, accersitis domesticis omnibus, condonari sibi ab illis petijt, si qua ratione quenquam ex ijs offendisset. Illi vero cum ea pariter lacrymantes, Tu nos, inquiebant, charissima soror, nulla re offendisti: imò vero virtutum omniũ & patientię nobis exemplar fuisti: oramusque, vt cum ad sponsum tuum perueneris; nostri memor esse velis. Inde primo Paschatis orto die, immenso repleta gaudio est, & in Christi resurgentis gloriã, obiter quidem, sed modo ineffabili absorpta, ro-

gauitq; Dominum, vt tandem vernaculam ſuam tot annis caſtigatam dignaretur, poſita carnis ſarcina, trahere in odorem vnguentorum ſuorum, & è carcere mortis huius educere. Cūque ſola eſſet, cūctis domeſticis abſentibus, & ſummo mane, ipſo Paſchatis die contemplationi vacaret, vidit ad ſe venientem Dominum Ieſum cum ſanctiſſima matre ſua, & duodecim Apoſtolis, multiſq; & Sanctis & Angelis. Sedit autē Chriſtus ad lectuli eius dexteram, beatiſſima Maria ad ſiniſtrā, alijs in orbem honeſtiſſimè eam cingentibus. Vidit etiam menſulam ornatam, & in ea ceu ſacri olei vaſculum elegantiſſimum; crucem quoque pulcherrimam, & cereum valde luculentum totum cubiculum mirificè illuſtrantem. Erat tum corpus virginis innumeris angoribus à vertice vſq; ad pedes oppreſſum & afflictum: & ecce ſentit ab ipſo ſaluatore ſacerdotalibus induto veſtibus, loca corporis ſui omnia perungi, quæ in morituris ſacro oleo vngi ſolent: ſed nulla ſaluatorem audit verba proferentem: inde Chriſtus ponit in manu eius cereum, eumque tenet cum matre ſua, cruce illic inuiſibiliter permanente donec exhalaret ſpiritum. Cum autem inuncta eſſet, rogauit Dominum, vt extremū vitæ eius finem tot doloribus, & afflictionibus cumularet, vt à corpore exiens anima ſine purgatorio mox ad illum poſſet euolare. Reſpondit Dominus: Ita fiet, filia, vt petis: poſt biduum cantabis alleluia cum alijs virginibus in regno patris mei. Atque his dictis diſparuit. Manſit autem apud eam Angelus eius, cum quo valde familiariter loquebatur.

S. Lydvvinæ in extremis apparet Chriſtus cum Apoſt. & alijs ſanctis.

III. *S. Malachias Archiep. moriturus oleo ſacro ſe inungi iubet.*

D. Bernardus deſcribens mortem Malachiæ Epiſcopi Hyberniæ ſic ait. Nec longè aberat dies ipſa, cum tali loqueretur B. Malachias. Interea iubet ſe ſacro oleo vngi. Exeunte conuentu fratrū, vt ſolemniter fieret, non tulit vt ad ſe aſcenderent: ipſe deſcendit ad eos. Iacebat ſiquidem in ſolario, domo ſuperiori. Vngitur & ſumpto viatico, fratrum ſe orationibus, & fratres commendans Deo, ad lectum reuertitur.

D. Bern. in vita eius.

IV. *Extrema Vnctione munitur Elzearius Comes animā Deo redditurus.*

Sanctus Elzearius Comes Arianus in vitæ agone conſtitutus, grauiſſimos eoſq; perpetuos dolores patientiſſimè ſpe futurorum tolerabat: ſpiritus eius iugiter coniunctus cum Deo fuit, volebatq; nihilominus etiam bona audire, iubebatq; Chriſti paſſionē ſibi legi; nec lingua etiam à diuinis ceſſabat laudibus, crebro repetens illum verſum: [Dominus opem ferat illi ſuper lectum doloris eius: vniuerſum lectum eius verſaſti in infirmitate eius:] Sumpto autem Dominico Sacramento, cum ſacro oleo vngeretur, & verſum illum dicerent; [Per ſanctam Crucem & Paſſionem tuam, libera eum Domine:] ipſe eundem ter repetiuit, & addidit: Hæc eſt ſpes mea, in hac volo mori.

In vita eius apud Sur. c. 33 to. 5. ſeptēb. 27.

Pſ 40.

V. *Sacram Vnctionem petit ſibi adminiſtrari tempeſtiue Hedvvigis Ducißa Poloniæ.*

S. Hedvvigis Poloniæ Duciſſa, priuſquam in eum morbum incideret; qui ei vitæ finem attulit, accito ad ſe fratre Mattheo Ciſtercienſis inſtituti, qui tunc ei à ſacris cōfeſſionibus erat, extremæ Vnctionis ſacramentum ab eo ſibi petijt miniſtrari. Id vbi ſanctimoniales compererunt, non mediocri ter conſternatę ſunt, haud obſcurè inde colligentes, propinquare iam tempus migrationis eius à corpore præſertim cum non ignorarent illam nō temerè id petere, quæ ſpiritu prophetico polleret. Dolebant igitur & perturbabantur, quippe quæ matrem, ipſas in Chriſto fouentem atq; diligentem, pdere formidarent. At ſoror Adelheidis

Ex Engelberto Ciſtercienſi Monacho Sur. 15. Octob. to. 5.

dis pro singulari familiaritate ad eam accedens: Domina, inquit, cur sacram Vnctionem expetendo nostros affligis animos, cum sis incolumis, nec vlla in te mortis signa visantur? Neq; enim hoc sacramentum ministrari solet, nisi vbi de ægroti periculo metus est. Cui illa respondit: Scio; Adelheidis, scio ita esse, vt dicis, & morem Ecclesiæ bene tu explicas: sed est tamen, quod hic aduertere te oporteat. Cum enim extremę Vnctionis sacro homo moriturus tanquam armis spiritalibus contra spiritales nequitias muniatur, eiusmodi præsidium cum summa deuotione accipiendum est. Ego autem, etsi incolumis adhuc sum, tñ mox secus habitura sum, vereorq; ne increscẽte morbi dolore, tam salutare auxilium cum tanto possim deuotionis feruore percipere, quanto par est animam ad Dominum properantem. Ita ergo satisfactum est eius desiderio, & oleo sancto vncta est: nec diu post in morbum incidit, nec sacramentum hoc denuo percipere voluit. Sed hoc tamẽ, quod hic diximus, admirandũ potius est, quam imitãdũ: cui spiritus Domini per reuelationẽ tribuit efficaciam, & in quo, vt piè creditur, sãcta deuotio dispẽsauit.

Vnctio vitæ extr. sibi administrari rogat S. Hed. vvigu adhuc sana.

Extrema Vnctio propugnacu lum est aduersus diabolũ.

VI. *Extremam Vnctionem propugnaculum esse aduersus diabolum.*

VIr quidam primarius Brunensis ciuitatis in Austria, cum non satis ex virtute atq; officio vitam degisset, admonitus graui morbo, ne vt corporis, sic animi salutem in discrimen vocaret; ad obeundum supremum diem, nostrorum adiutus ope, comparare se cœpit. Ergo actam ad id tempus ætatem in mentem reuocat, sacerdotique quidquid apud Deum offenderat, dolenter explicat. Cum autem ingrauesceret morbus, salutare viaticum postulauit; & mox etiam, quod in his locis perrarum est, Vnctionis vltimæ sacramentum: semperq; nostros adesse voluit, qui se contra diaboli fraudes suis sermonibus confirmarent. Ita pio mortis genere minus laudabilem vitam, id quod raro accidit, terminauit.

Ex iam annuum Soc. an. 585 sub dom. pb. Prou. Austr.

VII. *Luget Malachias Archiep. quod sine extrema Vnctione obierit nobilis quædam fœmina.*

HAbitabat vir nobilis in vicina Benchorensis monasterij: cujus vxor cum infirmaretur ad mortem rogatus Malachias, vt descenderet priusquam moreretur, infirmã vncturus oleo descendit, & intrauit ad eam. Quo viso exultat illa, spe animata salutis. Et cũ pararet vngere eam, visum est omnibus differendum potius vsque mane: erat enim vespera. Acquieuit Malachias, & data benedictione super ægram, exiuit cum his qui secum erant. At vero post modicum subito clamor factus est, planctus & strepitus multus per totam domum, siquidem insonuit qd mortua esset. Accurrit Malachias tumultu audito: & secuti sunt eum discipuli eius. Et accedens ad lectum, vt certo comperit expirasse, consternatus est animo, sibi imputans, quod fraudata gratia sacramenti obierit. Et eleuatis in cœlum manibus. Obsecro Domine, inquit, insipienter egi: ego peccaui, qui distuli non ista, quæ voluit. Hęc dicens, cõtestatus est in audientia omnium, nullam se recepturum consolationem; nullam daturum requiem spiritui suo, nisi quam abstulerat; liceret restituere gratiã. Et stans super eam, tota nocte laborabat in gemitu suo: & pro oleo sancto; largo imbre lacrymarum perfundens mortuam; vicem illi Vnctionis, quam poterat, exhibebat. Ipse quidem sic. Ad suos autem: Vigilate, inquit, & orate. Itaq. in psalmis illi, ille in lacrymis, noctem duxerunt peruigilem. Et mane facto, exaudit Dominus sanctum suum, quia spiritus Domini erat postulans pro eo, qui postulat pro sanctis gemitibus inenarrabilibus. Quid plura? Aperit oculos quę fuerat mortua, & vt solent, qui de graui somno euigilant, fricans sibi manibus frontẽ & tempora, super lectum

B. Bern. in vita S. Malachia. Petr. de Natalibus l. 10. cap. 27. Sur. 5. Nouẽb. c. 32.

Extrema Vnctio Ecclesiæ sacramentum cõfert gratiam.

se erigit, & agnito Malachia, inclinās deuotè salutat eum. Et verso luctu in gaudium, stupor apprehendit omnes, & qui viderunt, & qui audierunt. Sed & Malachias gratias agens, benedixit Dominum. Et vnxit eam nihilominus, sciens in hoc sacramento remitti peccata, & quod oratio fidei saluet infirmum. Posthæc abijt ille, & illa conualuit, & viuens incolumis tempore aliquanto, vt gloria Dñi manifestaretur in ea, peracta pœnitētia, quā sibi Malachias iniūxerat, in bona cōfessione iterū obdormiuit, & migrauit ad Dñm.

Per extremam vnctionē remittitur peccatum.

VIII. *De Ruperto Rege, qui ob humanum timorem Unctionem differens fere à dæmone superatur.*

Ioā. Nider. li. 4. Formicarij c. 11.

Vnctionē extremā negligēs in periculo aiæ versatur.

FVit nostro tempore Rex Romanorū Rupertus, qui ante sui electionē re, & nomine Clemens extitit, & post diutina & sancta sua opera in lethali quadam infirmitate prope à dæmone victus occubuit: nam in infirmitatem grauem incidit, & sumpto Eucharistię sacramēto se dietim ab sanctæ Vnctionis oleo callide, ne reciperet, subtraxit: hauserat enim, vbi nescio, diabolicum hunc instinctum (vt videbatur) quo quidam superstitiosissimè credunt, se post huiusmodi sacramenti susceptionem omnino migrare oportere. Distulit igitur Princeps recipere sacramentū propter mortis periculum: & doctores diuini & humani iuris quos sēper dilexit, verbis virum hortabantur, & sibi suadebāt ne omnino * desineret tā salubre animæ & corporis antidotum. Obtinuerunt tamen tandem illi diuina arridēte gratia intentum: cumque præsentibus literatis clericis inungeretur Princeps, & orationes, quę de sanitate sonant vtriusq; hominis multiplicarentur, ait satis alacriter: Reuera, si hoc sacramentum sciuissem tantum pro vtroq; valuisse homine, quemadmodum iā audio, dudum ipsum deuotissimè postulassem. Fuit .n. literatus satis; qui cōualescens postmodū multis annis Romanū gubernabat sanctè imperium, & tādem feliciter perseuerās in bonis operibus vita functus est.

** differret.*

Sacramēti extremæ Vnctionis vtilitas.

TIT. LI. De effectu sacramenti extremæ Vnctionis.

EXEMP. I. *Maria Oegniacensis in perceptione extremæ Vnctionis ingenti consolatione afficitur.*

Iacob. à Vitriaco Cardin. lib. 2. vita eius c. 12. apud Sur. 23. Iunij.

CVm Maria Oegniacensis beatissima Virgine ipsam præmonēte, extremā Vnctionem acciperet, Apostoli omnes præcipuè adfuere, & beatus Petrus claues ostēdens pollicebatur se illi cęli ianuā patefacturū, Porro Christus signū crucis, vexillum victorię suę, ad eius pedes fixit: cumque in diuersis locis vngeretur, in ipsa sacramēti eius perceptione sancti Spiritus operationem cum ingenti singulorum locorū illustratione persensit. Quidam etiam amici & noti eius, qui iam pridē obierant, eius consolandę causa ad eā missi sunt; Ioannes Dinantinus, qui iam cū Christo regnabat, et frater Richardus de Menesar vir sanctus & bonus, qui etiamnum pœnas luebat purgatorias.

Christus cum sanctis præsens est dum ministratur Vnctio extrema.

II. *Vnctionis extremæ aliæ præclaræ virtutes.*

DVm præsente Maria Oegniacensi Vnctionis extremæ sacrm̄ ægroti perciperent, illa Christum cū sanctorū multitudine adesse sentiebat, ægrotūque illū misericorditer corroborātem, dęmones expellentē, animā purgantē, seque, dū mēbra eius vngerētur, quasi ī lumine per totū corpus eius diffundērē.

Idē Iac. à Vitriaco Epis. Acon & Card li. 2 cap. 4. Maria Oegniacensis apud Sur. 23 Iunij & Bred. lib 3 c. 32.

III. *Aeger mentis impos oleo sacro inunctus valetudinem recuperat.*

AEger magno febris æstu conflictatus, inter cōfitendū vrgente morbo, de potestate mentis exierat. Iā de sua salute actum esse, sempiternis se supplicijs apud inferos damnatum clamitabat, nullus orationē auribus admittebat. Sacerdos, qui aures ei dabat, vbi furorē eius animo obstrepere animaduertit, ad diuina præsidia, vbi

Ex lit. an Soc. Iesu, an. 1599 in Colleg. Lugdun.

deceſſent humana confugendum exiſtimauit. Ita domeſticos monet, vt ſacrum oleum, quod æger, priuſquam inſaniret, poſtulauerat, celeriter adferendum curarent. Mira dictu viſuque res, ſimulatque ſacro rite inunctus eſt oleo, mentis ſanitatem, paulopoſt etiam corporis valetudinem recuperauit. Ita in extremę Vnctionis ſacramẽto extremum ſalutis auxiliũ inuenit.

Olei ſacri vnctione ſanaleſcit æger.

IV. *Centum anni ignis purgatorij detinentur cuidam reſpuenti ſacramentum extremæ Vnctionem.*

QVidam vir magni meriti in extremis laborans, cum interrogatus fuiſſet, num ſancto oleo perugi vellet, reſpõdit: Nolite, obſecro, talia dicere, quia omnes qui inunguntur, ſtatim moriuntur. Atq; his dictis, ſpiritũ reddidit. Cum autẽ linteaminibus inuoluendus eſſet, vt ſepulturę mãdaretur, ſpiritum reſumpſit, & oculos aperiens locutus eſt, dicens: Quia extremæ Vnctionis ſacramentũ ſalutare adhorrui, centum annis purgatorij ignibus iuſto Dei iudicio torquebor: ſi autem vnctus fuiſſem, vtique de hac ægritudine conualuiſſem: ſacra enim Vnctio non eſt mortis acceleratio, ſed dilatio. Sicque verbis finitis animam exhalauit.

Nicolaus Dionyſ. in Gēma Prædicãtiũ tract. 2. Deſtr. Beryp. 2

De Sacramento Ordinis.

Ordo eſt ſacramentum nouæ legis à Chriſto inſtitutum, quo poteſtas ſpiritualis traditur, & gratia confertur ordinatis ad obeunda myſteria Eccleſiaſtica.

TIT. LII. De Sacerdotij dignitate, & quanta cum humilitate & reuerentia ea ſit ſuſcipienda.

EXEMP. I. *S. Ephræm Syrus à S. Baſilio Magno presbyter ordinatur.*

CVm aliquãdo Ephræm Syrus, tum Diaconus, viſendi gratia veniſſet ad Baſilium Magnum, dixit ei: Pater ſumme honorande, vnam abs te depoſco gratiam, & hanc mihi annuas velim. Ad quem Baſilius: Iube, & dic, quę videntur tibi: multa enim tibi debeo, ac maximè, propter tui ad me aduentus laborẽ, quẽ ſumpſiſti. Et Ephrem ad ipſum: Noui, sãcte Pater, quod quæcunq; popoſceris à Deo, præbebit tibi. Cupio autem, vt pro me roges ipſum, vt loqui queam Græcè. Cui magnus Baſilius: Rẽ poſtulaſti, quæ meas excedit vires: ſed quia bona cũ fiducia, ac in fide petis, veni Pater venerabiliſſime, & deprecemur ambo Dominũ: potens eſt enim Deus facere voluntatem tuam. Scriptum eſt enim: [Voluntatẽ timentium ſe faciet, & deprecationem eorum exaudiet, & ſaluos faciet eos.] Et orantibus illis ad plurimas horas, ac tãdẽ ab oratione ſurgẽtibus, ait Magnus Baſilius: Cur domine Ephræm, non accipis ſacram ordinationẽ Sacerdotij, quæ conuenit tibi? Cui Ephræm per interpretem: Quia, inquit, peccator ſum. Et reſponsũ eſt ei à Magno Baſilio; Vtinã & ego talis peccator eſſem. Dixitq; ad eũ: Flectamus genua, & cum humi eſſent proſtrati, impoſuit manus ſancto Ephræm magnus Pontifex: recitanſq; orationem Diaconi, dicit ad ipſum: Iube nos ſurgere. Atq; tũc ſoluta & illuſtrata eius lingua, dixit ſanctus Ephræm Græco ſermone: Σῶσον ἐλέησον ἀνάστησον καὶ διαφύλαξον ἡμᾶς τῇ χάριτι, id eſt, Salua, miſerere, reſuſcita, & tuere nos Deus tua gratia, & impleta eſt ſcriptura: [Tunc ſaliet ſicut ceruus, claudus, & aperta erit lingua mutorũ. Loquente ergo ipſo, & è veſtigio Grece; omnes eadẽ hora glorificarunt Deum, qui omnia poteſt, & exaudit preces timentiũ ipſum.

Amphiloc. Iconij Epiſcop. in vita eius.

S. Ephræm. *S. Baſilio ſuum exponit deſiderium, vt loqui poſſit Græcè.* *Pſ. 144.* *Iſa. 35.*

II. *Rupertus diuinitus monetur, vt ſacros ordines ſuſcipiat.*

RVpertus Monachus, qui poſtea Abbas Tuitienſis fuit, hoc de ſe ipſo, bonus vtiq; teſtis, ita commemorat; Cũ à ſuperioribus ſuis vrgeretur, vt ſacris initiaretur, & ille conſtantes indignitatis ſuæ conſcientia recuſa-

Rupert. lib 12 in Matth. Plat lib. 1 c 37. de bono ſtatu religioſi.

ret, accidisse sibi nocturnum visum, quo plane intellexerit, Deo auctore id fieri. Visum enim esse sibi videre altare quoddam, & in eo imaginem Saluatoris crucifixi viuentis, & oculos apertos in se defigentis, cuius adspectu totus incensus, cum amplexum eius arctissimè expeteret, sed ab altaris crepidine, quod magnum, & altum erat, prohiberetur, sensisse se tamen à Domino interno instinctu inuitari: quare cū accessisset, medio altari scisso, viam ad Dominum patuisse, tumque se fidenter eum tenuisse, atque arctissimè amplexum, oscula tumque esse; ipsum autem Saluatorem, quo profundius oscula admitteret, diuinum os suum apertum, & hians præbuisse: simul etiā factum esse, vt inter eos amplexus, tum diuino amore maiorē in modum inflammaretur, tum etiam Sacerdotij, quod antea fugiebat desiderium sibi inspirari senserit, quod simul ac illuxit, cum suo Abbati indicasset, paulo post cū omniū gaudio exequutū esse.

III. *Abbas Isaac Ordinem, sacerdotij fugiens, asello indicante proditur.*

Ex Vit. Patr. p. 2. §. 21. CONsilium habuerūt inter se seniores Patres, & omnes monachi habitatores in eremo Scythiæ, & consenserunt, vt beatus Isaac presbyter eis ordinaretur in ecclesia, quæ in ipsa eremo sita est; vbi conuenit die & hora statuta multitudo monachorum, qui in illa eremo conuersantur. Audiens autem supra dictus Abbas Isaac huiusmodi concilium, fugit in Ægyptum, & abscōdit se in quodā agro inter frutera, arbitratus se indignū esse honore presbyterij. Quā plurimi autem fratrū sequebantur, vt cōprehēderent eum. Cum autē applicuissent ad vesperū in eodem agro fatigati de itinere (erat enim nox) dimiserunt asellum, qui eis sūptus portabat, in itinere, vt pasceret. Cū autem pasceretur asellus, peruenit in locum, vbi dictus Abbas latitabat. Cumq; illuxisset dies, requirētes monachi asellū peruenerunt ad eundem locū, vbi senior se occultauerat: & admirantes valde dispensationem diuinā, cōprehendentes ligare & constringere eū voluerūt, & ita perducere. Venerabilis autē senior non permisit, dicens: Iā nō possum cōtradicere vobis; quia forsitan voluntas Dei est, vt licet indignus suscipiā ordinē presbyterij.

IV. *Baculum ab Angelo Dei recipit eremita in testimonium sacerdotij suscipiendi.*

ERemita quidam, vt ex Annalibus Hannoniæ constat, ad Diaconatus ordinem iam pronectus cœpit postmodū pensiculatius profundiusq; discutere, num ad dignitatis sacerdotalis gradum idoneus esset: metuebat enim se imparem: proinde ad orationē confugit, imploraturus Dñi Dei nostri opē, vt pro sua clementia & bonitate dignaretur inspirare, quid pro maiore sui nominis gloria, & animæ suę salute sibi faciendū esset. Ei sic oranti apparuit venustissima facie vir cādida veste amictus, baculū in forma Crucis manu gestans; quem affatur hunc in modū: Charissime frater, cur ita dubius es? hūc tibi trado baculū in signum sacerdotij suscipiēdi. Istud autem pro certo habeas, quod quæcunq; ligaueris super terram, erunt ligata & in cęlis, &c. His dictis disparuit, & vir sanctus acquieuit. *Ex li. 3. Annal. Hānon. cap 139.* *Eremita dubius de sacerdotio suscipiēdo quomodo ab Angelo liberatus.*

V. *Pompeius Columna sacris initiari renuens à parente defuncto flagellatur.*

POmpeio Columnæ bellicæ laudis, quam sacræ dignitatis auidiori, & obstinato animo sacerdotales honores (ad quos eū patruus Prosper hortabatur) repudianti, per quietē apparuit Hieronymus pater, minaci, & seuera fronte, acribus itidem castigans verbis, & dextra quatiens flagellum, eum scilicet nudū vehementissimè percussurus, ni extemplo propinquorū iussis obtemperaret; atque vt in satis esset, sacris initiaretur. Itaque Pompeius post multos æstus fluctuantis animi, *Ionius in eius vita.*

cum paterno ostēto,& patruorum imperijs parendum foret, valde mœstus, & reluctante quidem genio protonotarius creatur, superinductaq; linea striatæ stola apud Ioannē Cardinalem patruum familię magister est effectus.

VI. *B. Franciscus Assisias cur sacerdotio decorari renuerit.*

Ex 1. li. Chron. S Francis p. 1. c. 41. vel secūdū aliā edit. ca. 52.

BEatus Franciscus Fratrū Minorum antesignanus, cum esset Diaconus, ita afficiebatur erga augustissimū Eucharistiæ sacramentum, tantaq; illud reuerentia prosequebatur, vt ne indigne celebrando contaminaret, semper hęserit, num eam dignitatem assumeret; licet ab alijs nō parum impelleretur, ac adeo vrgeretur; vt effugiendi modū vlterius non inueniret. Ad arma itaq; spiritualia cōsueta confugit, hoc est, ad orationem, qua petijt a Dn̄o ea de re consilium. Quo facto, missus est Angelus ad eum cum phiala lucida in manu limpidissimo liquore plena, atq; ita dixit: Vide, Frāciſce; quicunq; vult fieri sacerdos, & sacramenta administrare, ita purus esse debet in anima, sicut liquor iste. Post quæ verba, noluit vnquā postea fieri sacerdos, qui tātam animæ suæ puritatem nō putauit: maximi interim faciens Diaconi dignitatem, quippe quæ ad sacerdotalem proxime accedat.

VII. *In primitijs celebrandis non pompam seu apparatum magnum, sed humilitatem placere Deo & B. Virgini.*

In vita eius apud Surd. 6. die Ian.

ANdreas Episcopus Fesulanus Ordinis Carmelitarū, vt virtutibus ardens, & in dies magis magisq; sanctitate pullulans, ad sacros Ordines admittitur. Corsini omnes statuunt, vt primā Missam Andreas celebraturus, oblationē magnis apparatibus, ingentiq; pōpa celebraret. Sed ille, vbi hoc audiuit, habita prius licentia à Prouinciali, secessit septimo miliari, ab vrbe in Conuentum Syluarum, ibiq; deuotissime sacerdotij sui primitias offerēti beata Maria Virgo cum comitatu Angelorū apparuit, dicens; Seruus meus es tu, quia ego elegi te, & in te gloriabor: & hęc dicens paulatim in auras se eleuauit. Andreas stupore perculsus, non elatione extollitur, sed magis per humilitatē nitebatur se dignū seruū effi cere, humanas laudes fugiēs studio bonarū artiū sibi immortalitatē parabat.

Pompā declinat S. Andr. Episc in celebrā. dis primitijs.

B. Maria appa ret Andrea Fesulano.

VIII. *Ordines sacros indigne suscipientes diuinitus puniuntur.*

Notgerus li. 2. de miraculis S. Remacli Episc. Traiectēs. c. 11. apud Surd. 3 septēbr.

FVit apud nos (inquit Notgerus de miraculis B. Remacli agēs) clericus, monasterio nr̄o ad multa vtilis & accōmodus. Is in nostro cōtubernio viuebat nobiscum familiariter, & impense charus. Cōtigit autē Comitissam quādā venerabilem pro salute sua nō parui pretij fibulā auream ad cœnobium nr̄um (ita enim vouerat) mittere. Inde malignus dæmon, qui diligenter hominum animos explorat, in quæ vitia procliuiores sint, occasione arrepta, huius clerici mentem pertentat. Ille vero suggestionem non respuens, oculos ad fibulam adjicit, eamq; clam suffuratur. Non diu post Abbas noster Rauengerus dum quosdam è nobis ad sacros Ordines vult promoueri, ad Episcopum nos mittit, adiuncto nobis etiā clerico, de quo agimus. Erat tum Quadragesima. Etsi autē ille tanti sacrilegij sibi esset conscius, nulla tamen id neq; confessione neq; pœnitentia expiauit, sed confidenter nobiscū proficiscens, Diaconus ordinatus est, non attendens, quod scriptum est: [Mundamini, qui fertis vasa Domini:] cum vtiq; eos, qui corporis & sanguinis Dominici vasis tractandis adhibentur, mūdos, & probatis moribus esse oporteat. Absoluto deinde sacrificio & precib⁹ vespertinis, nos ad hospitiū imus, producta ieiunia soluturi. Ibi inter edendum confrater noster cadit, frendet dentibus, mire ac misere se collidit, nosq; admirabiliter obstupefactos cogit laboranti sibi adesse. Mox a mēsa surgimus, permulta remedia sūma beneuo-

Esa. 52.

neuolētia adhibemus: ſed fruſtra omnia, diuino iudicio, in eum ius ſibi diabolo vendicante. Tota nocte diſcruciamur animis, & valde affligimur. Tandem benignus Deus, nolens apud exteros tam fœdum caſum nobis cedere ad ignominiam, profligato dæmone præſtitit, vt nobiſcum incolumis rediret. Et integra tū hebdomada nullam ſenſit maligni illius infeſtationē. Qua Dei benignitate ille abuſus noluit facinus ſuum confiteri; eaq; incuria reddidit hoſtem valentiorem. Nam cum Completorij preces Dominico die perſolueremus, acrius à dæmone corripitur, nec iam ſuccurrebat nobis, quo pacto ei opitularemur; quod incerti eſſemus, num Satanę vexatio illa eſſet. Attamen pre fraterna cōmiſeratione noctibus viciſſim apud eum vigilabamus, viſuſq; eſt nobis crebrius, quam olim Saul, exagitari. Interim brachiū dextrū, quo rapuerat aurum, penitus exareſcit. Nobis dubitantibus, an caſu id acciderit, vel diuina animaduerſione, Abbas rem altius perpendens, nequaquam cēſuit id caſui tribuendum, ſed hominē dixit diaboli laqueis conſtrictū teneri. Mouebat eum, quod ſtatim à ſacris acceptis Ordinibus, diuinitus punitus eſſet, & vnde animę remedium capiendū erat, id ei verſum eſſet in perniciem. Nouerat ſcriptum, grauius eum cōdemnari, qui indignus ſuſcipit, quod nō meretur. Sicut ergo in Iudam temerè percipientem corpus Domini ſatanas intrauit, quem cōſtat furem fuiſſe: ita colligebat Abbas, etiam hunc fortaſſis aliquo ſacrilegio contaminatū, quod ea fere hora atrocius cruciaretur à dæmone, qua fuiſſet ſacris initiatus, hortabaturq; fratres, vt cū illa vexatio remitteret, caute ab eo expiſcarentur, nū quid eius cōſciētiam grauaret. Fratres Abbatis iuſſa capeſſunt, clanculo ex eo ſciſcitantur, ſi quid habeat, quod animū angat. Ille ad voces eorū modo rubore, modo pallore ſuffunditur: tandemque licet pudibundus, ſuam culpam, & agnoſcit, & pure cōfitetur, orans vt apud Abbatē pro ipſo velint intercedere. Fratres referunt omnia ad Abbatē. Abbas iuſtitiam miſericordia tēperat, nec vult addere afflictionem afflicto. Prohibet etiā, ne eius crimē in publicum proferatur; indicit fratribus, vt pro illo ieiunijs & precibus, & Miſſarum celebrationi incumbant. Quid multa? Reualeſcit Frater, reſtituitur brachium, dęmon prorſus ab eo eliminatur: noſter mœror multiplex multa, conſolatione permutatur.

Sacrilegis horrenda pœna.

1. Reg. 16

Io. 12. & 13.

Sacrilegus culpā agnoſcit.

Is precibus Fratrū à dæmone fit liber.

IX. *De ſacrilego ad ſacros Ordines minime promouendo.*

IN Actione ſecunda Cōcilij Lemouicenſis, poſtquam de impedimentis actū eſt, quibus prohibetur aliquis ad ſacros Ordines promoueri, recitatur, quod Benedictus IX. Antiſtes Romanus ad Odilonem Abbatē Cluniacenſem reſcripſit: Ille qui adhuc viuens eſt, qui Stephanum Epiſcopū dolo occidit, cum non inueniret pro tanto crimine pœnitentiam, Cluniacum cęnobiū petijt; monachus ibi effectus eſt; qui legere & cantare tāquam peritus clericus ſciens, ab Odilone Abbate cogitabatur offerri Epiſcopo ad gradus altaris. At prouidenter tractans venerandus Abbas, literis directis ad Papā Romanum, conſultum expoſtulat, & crimen monachi intimat. Cui Apoſtolicus talia remandat: Impoſſibile eſt talem ad aliquem gradum prouehi, neque etiam offerre oblationem ad manus ſacerdotis, ne forte pro eo vno in plures furor Domini deſcēdat. Sed nec communionem ſanctam accipere poteſt: in exitu autem vitę pro miſericordia ei viaticum detur. Ita hactenus ille viuit in pœnitentia, non offerens, non communicans.

Ex Actis Concilij Lemouic. Baron. to. 11. an. 1034. 24. 25.

Crimino ſi ad ordines nō prouehendi.

Viaticū facinoroſis quomodo miniſtrandum.

X. *Ordinem ſacrum aſſumens Clericus inobediens mox à dæmone obſidetur.*

TEmpore S. Benedicti, Aquinenſis eccleſiæ Clericus à dæmone vexa-

Greg. l. 2 Dialog. c. 16.

vexabatur, qui à venerabili viro Constantio ecclesiæ eiusdem Antistite per multa fuerat Martyrum loca trāsmissus, vt sanari potuisset. Sed sancti Dei martyres noluerunt ei donum sanitatis tribuere, vt quanta esset in Benedicto gratia demonstrarent. Ductus est itaq; ad omnipotentis Dei famulum Benedictum, qui Iesu Christo Domino preces fundens antiquum hostem de obsesso homine protinus expulit; cui sanato præcepit, dicens. Vade, & post hoc carnem non comedas, ad sacrum vero ordinē accedere nunquam præsumas: Quacunq; autem die ad sacrum ordinem accedere temerarie præsumpseris, statim iuri diaboli iterum mancipaberis. Decessit ergo Clericus sanus, & sicut terrere solet animā pœna recens, ea quæ vir Dei præceperat, interim custodiuit. Cum vero post annos multos omnes priores illius de hac luce migrassent, & minores suos sibimet superponi in sacris Ordinibus cerneret, verba viri Dei quasi ex longo tempore oblitus postposuit, atq; ad sacrum ordinē accessit; quem mox is qui reliquerat, diabolus renuit, eumq; vexare, quousque animam eius excuteret, non cessauit.

Ad ordines sacros se ingerēs absque Dei vocatione punitur diuinitus.

XI. *Bigamus offerens magnam oblationem pro necessitate pauperum non admittitur ad Ordines, tum propter bigamiam, tum propter speciem Simoniæ.*

Recentior vita Ioan. Eleemosynarij apud Baro. to. 8. an. 615. n. 3. 4.

CVm anno Domini 615. magna multitudo eorum qui manum Persicam effugerant, confugisset Alexandriam, & esset magna alimenti penuria, maximè quod nec in illo tēpore Nilus ascendisset, vt consueuerat, & pecuniæ Ecclesiæ essent cōsumptæ, coactus est Ioānes Ep. Alexandrinus mille libras auri mutuas accipere ab aliquibus. Cum autē eas quoq; cōsumpsisset, agitabatur magna sollicitudine, & Dei orabat benignitatē, vt in rebus dubijs aliquam viam excogitaret. Sed etiamsi ad tātam redactus fuisset inopiam; nō fuit tamen victus à calamitate, non diuinas lege sacras constitutiones affecit dedecore, nec intermisit cōmissum sibi gregem accurate regere. Itaq; cum quidā Clericus ex ijs, qui secundas nuptias contraxerant, abundans diuitijs, vellet consequi gradum Diaconatus, resciuisset autem has Patriarchæ angustias, & arripuisset tēpus tanquam opportunum, si pecunijs leuata inopia, assequeretur id quod desiderabat, chartam tradit beato Ioanni, quæ sic habet: Cum accepissem angustias, in quas redacta est munifica dextera Dñi mei, non existimaui oportere me quidē degere in delicijs & rerum abundantia, dominum autem meum redactum esse in angustias. Sunt autem apud me frumenti quidem multa millia, auri autem centum libræ & quinquaginta: eas velim per te dare Christo; si tamen iudicatus fuero dignus eius Diaconatu per sanctā tuam ordinationem: inuentum est enim alicubi dictum esse apud Apostolum, ex necessitate, legis quoque fieri translationem. Eum ergo seorsim accersit Patriarcha, non volens multis præsentibus eum afficere dedecore, & dicit ei: Tua quidem oblatio, ò fili, est magna, & huic tempori necessaria, sed est vitiosa, & propter hoc ipsum non admittenda. Non ignoras enim, quod oues quæ ex lege offerebantur, si non essent vitij expertes, etiamsi essent magnæ, non poterant admitti ad sacrificium. Qua de causā nec munera Cain fuerunt accepta. Illud autē, ex necessitate etiam fieri legis trāslationē, hoc ab Apostolo dictum esse scimus de lege veteri. Quid enim tibi videtur quod sitū est apud Fratrem Dñi Iacobum? sic autem habet: Qui totam legem impleuerit, in vno autē lapsus sit, esse omnium reum sontem. Fratres autem nr̄os pauperes, etiamsi nos versemur in inopia, qui aluit Deus vsq; in hodiernū diem, ipse eorum quoq; de cętero curam geret, si modo nos eius mādata seruemus immobilia. Quid enim quod face-

Bigami olim non promouebātur ad sacros ordines.

Reijcitur ab ordinibus simoniace.

Leuit. 22. Gen. 4. Hebr. 7. Iac. 2.

Ioan. 6.

re non possit? aut quid sit difficile ei, qui quinq; panes in deserto aliquādo multiplicauit, si decem modios, qui sunt in meo horreo, benedixerit, eos in magnam augere multitudinem? Quamobrem tibi, ò fili, conueniet id, quod Simoni dictum est in actis: [Non est tibi pars, neque sors in hac parte.] *Act.2.*

TIT. LIII. De sacramenti Ordinis administro.

Leuit.8. *In veteri lege Moyses (qui vere sacerdos & Pontifex erat ex Dei institutione) primus ordinauit Aaron, & filios eius Leuitas in sacerdotes absque consensu vel consilio populi.*

1 Reg.25 *Saul, non expectato Samuele, obtulit sacrificium, male sibi vendicans quod esset tantum sacerdotum, ob idque regni, atque vitæ priuatione mulctatus.*

2 Reg 6. *Oza cum calcitrantibus bobus arcam Dei gestantibus, eam ad casum inclinatam, ne corrueret, tetigisset, eius rei causa statim à Deo percussus interijt.*

2 Paral. 16. *Ozias Rex, quia sacerdotale vsurparat officium, lepra perfunditur.*

Baro. to. 8 an.45 ex Niceph.l.1.c. 15. & Athan. in Synopsi. *Diuus Petrus Marcum Euangelistam per manuum impositionem ordinauit, diuinaque admonitione, vt maximè idoneum ad Euangelium prædicandum, Alexandriam Ægypti vrbem Lesbiam & Pentapolim misit.*

Baro.to.1 an. 44 27. ex Metaph. 29 Iunij Athan. i Synopsi *Apollinaris cum eodem Petro Apostolorum Principe Antiochia Romam venit: à quo ordinatus Episcopus, Rauennam ad Christi Domini prædicandum Euangelium mittitur.*

apud Baro to. 1. an. 57. 187 *D. Paulus creauit Timotheum Ephesiorum Episcopum, & Titum Cretensium.*

Act. 13. *Idem Paulus & Barnabas fuere ordinati Episcopi per manuum impositionem.*

EXEMP. I. *Episcopus ab Episcopo ordinatur duobus alijs assistentibus.*

ORientales Saxones fidem, quam olim, expulso Mellico Antistite abiecerant, Osvvi instātia, qui Rex erat mediterraneorū Anglorū, iterum hac arte receperunt. Hic enim Sigberechtum Saxonū Regem frequenter adibat, ac hortari solebat ad intelligēdum, Deos esse non posse, qui hominum manibus facti essent, sed Deum potius credendum maiestate incomprehensibilem, omnipotentē, & æternū, qui cœlum & terrā & humanū genus creasset: cuius voluntatem qui discerent, & facerent, æterna ab illo præmia essent percepturi. Hec & huiusmodi multa cū Rex Osvvi Regi Sigberechto amicabili & quasi fraterno cōsilio sæpe inculcasset, tādem amicorum cōsensu credidit, & baptizatus est. Ipse igitur æterni Regis ciuis effectus, postulauit ab Osvvi Rege, vt aliquos doctores daret, qui gētem suā ad Christi fidem conuerterent, ac fonte salutari abluerent. Misit illi virum Dei Cedd. presbyterū, dato illi socio etiā presbytero: qui cum ibi multam Domino Ecclesiam congregassent, redijt Cedd. ad Synanum Episcopum suum. Quē vbi in opere Euangelij prosperum fecisse progressum cōperit, mox creauit eum Episcopum in gentem Orientaliū Saxonum, vocatis ad se in ministerium ordinationis alijs duobus Episcopis. Qui accepto gradu Episcopatus redijt ad Prouinciam, & maiore auctoritate cœptum opus explens fecit per loca ecclesias; Presbyteros, & Diaconos ordinauit, qui se in verbo fidei & ministerio baptizandi adiuuarent. Cumq; tempore non pauco in præfata Prouincia, gaudente Rege, congaudente vniuerso populo, vitæ cœlestis institutio quotidianum sumeret incrementum, contigit ipsum Regem, instigante omnium bonorum inimico, propinquorum suorum manu interfici, quod euangelica præcepta deuoto corde

Beda li. 3 hist. Anglicanæ 21 & 22 apud Aloys Lipom.to.2.

Ordinatio Episc. celebratur ab vno Ep. duob. alijs assistētibus.

Presbyterorum ordinatio ad Episcopos pertinet: nō oēs ergo ex æquo sacerdotes.

seruaret, quod factas ab inimicis iniurias mox obsecrantibus placita mente dimitteret.

II. *De Antiocho orthodoxo qui à Iouiano Episcopo Ariano consecrari noluit.*

Theodor. li 4 hist. Eccl. c. 15.

CVm Diuus Eusebius presbyter orthodoxus post multa certamina, & certaminibus respōdentes victorias martyrum quoq; morte clausisset diē suum, conuenit de more gentis illius concilium. Aduenit & Iouianus, qui tum Pergensis Episcopus erat. Hic modico fuerat tempore coniunctus cum Arianistis. Cum autem victi suffragijs suis Diuo Eusebio Antiochum sufficerēt, adductumq; ad mensam diuinam cogerent genua flectere & ipse cōuersus vidisset Iouianum quoque imponentem manum capiti suo, repulit illam, petijtque, ne interesset numero consecrantium se, quod sufferre manum administram blasphemiæ sacrorum posse se negaret.

Eusebius Orthod. ab Ep. Ariano cōsecrari renuit.

III. *Moyses Saracenorum Episcopus ordinandus respuit Lucium Arianum.*

Idem eodem lib. cap. 22. Ruffin. 2 c.6. Socr. 4 c.29. Sozom. 6 c.38. Baro. to. 4.

MAuuia Ismaelitarum siue Saracenorum Regina, oblita sexus sui, & animum induta virilem, prædas egit in vicinia Romani Imperij: Hæc post non paucos cōflictus fœdere facto lumē accepit cognitionis diuinæ, itaq; petit, vt pontifex mittatur genti suæ Moses quidam, qui in finibus Alexandriæ ac Palestinæ moraretur. Hæc Valēs petitione delata, ad se iubet adduci diuinum hominem Alexādriam, atq; ibi Pontificali gratia insigniri, propter eius loci vicinitatem. Quo quum deductus fuisset, cerneretq; Lucium (Ep. hereticum) imponere sibi manū velle: Absit, inquit, vt tua me manus consecret. Te.n. inuocante Spiritus gratia non venit. Tum Lucius; Vnde hanc coniecturam, inquit, facis, cum hoc dicis? Non inquit ille, coniecturam sequēs dico, sed certo scio: pugnas enim cum Apostolicis dogmatis, & contrāria illis doces; cumq; blasphemia verborum scelera cōiungis factorum. Cui enim impio non fuit per te insultandi ecclesiasticis cœtibus occasio? Quis laude dignus vir non est exactus? Quam feritatem barbaricam nō obscurarunt quotidiana ausa tua? Hæc ille confidentissimè dicebat, audiebaturque à Lucio iugulaturiente. Quem cupidum cædis inferendæ metus coercebat, exoriturі iterum belli paulo ante sepulti: itaq; iubet ad alios Episcopos deduci, quos ipse postulasset. Tum suscepta cum admirabili fide gratia Pōtificali, proficiscitur ad eos qui accersiuerant, quibus Apostolica doctrina ac miraculis ad veritatem viam dux fuit.

Ab Ep heretico ordinari non vult Moyses eremita.

IV. *De ordine sacerdotali olim etiam collato ab Episcopo per impositionem manuum.*

ACcepsemas, cuius fama latè sparsa est per Orientem, cum in domunculа se ipsum inclusisset, sexaginta annos transegit, neq; videns, neque loquens; sed in seipsum conuersus, & Deum visione apprehēdens, illinc omnem accipiebat consolationem. Cum autem se abhinc migrandum pararet, prædixit, quod post quinquaginta dies vitæ finem esset accepturus; excepit autem omnes qui vellent eum videre. Cum autem ecclesiæ quoque venisset Antistes; eū quidem vrgebat vt iugum acciperet presbyteri, Noui, dicens, ô pater, & tuę Philosophię altitudinem, & quanta sit mea paupertas. Sed cum mihi sit credita Pontificatus administratio, ex hac, nō ex illa ordino manus imponens. Accipe ergo, inquit, donum sacerdotij mea quidem dextera ministrante, sanctissimi autem Spiritus gratia suppeditante. Ad hæc fertur dixisse paucis post diebus hinc migraturus: De his, inquit, minimè decertabo: si.n. diutius essem victurus, omnino fugissem hoc graue & terribile onus sacerdotij, pertimescens reddendam depositi rationem. Quoniam autem nō ita diu

Hist. SS. Pat. Theodor. c. 15.

Ordinatio sacerdotalis ab Ep fit cum manuū impositione. Onus sacerdotij grauissimum.

Siu abhinc recedam, ijs quæ hic sunt relictis, iussis non inuitus pareo. Statim ergo nullo ducente, hic quidē flectens genua, expectabat gratiā: ille vero manum imponens, erat administer spiritus. Cum autē accepto sacerdotio vixisset paucos dies vita vitā mutauit.

V. *De columba in ordinatione D. Chrysostomi eius capiti insidere visa.*

Simeon Metaph. in vita Io. Chrysostomi apud Sur. 27. Ian.

Leo Augustus orat. de vita eius apud Baro. to 4. an. 456. 7.

Matth. 3.

Flauianus Patriarcha Antioc. ab Angelo monitus Ioa. Chrys. sacerdoté instituit.

Colūba insidet capiti Io. Chrysost.

SAncti Ioannis Chrysostomi sacerdotio annuisse diuinum numen, signisq; suffragatum Spiritum sāctum, qui res ab eo gestas fideliter sunt prosecuti, testātur, vt inter alios Leo Augustus, cum ait: Flauianus autem cū vigilaret, vt cōsueuerat, quadā nocte videt diuinum accessisse angelum, qui ei iubebat ordinare Ioannem, dicens eum futurum nouum vas electionis: Ecce, dicens, ego ei de hoc mandatum dabo, & obediet. Ad quem quidem cum accessisset angelus, ei mandauit: prius narrauit futura, & quęcunq; par est facere eum, qui diuinus sit futurus minister. Cum vero adesset hora ordinationis, & incruentum perageretur sacrificium, & inferius adesset multitudo innumerabilis, & angeli desuper intuerentur, manum imponente Episcopo & preces dicente consuetas, dicitur factum esse illud maximè nouū spectaculum. Alba columba (vt in baptismo Christi) repente deuolās, quomodo illic supra Iesum meum & Deū, in honorem eius, cui manus hic imponebatur, stetit supra eius caput. Hoc admiratione quidem affecit eos, qui tūc aderant: simul autem attrahit eos; qui audiunt. Admiratur vniuersa, non solum quæ circum circa sita est regio, sed etiam vniuersa, quæ extra fines procul remota est, Syria. Sic omnes apud se cogitabāt: Quidnam ergo erit Ioanni, quod ab initio ei apparuit gloria Domini? Atque ex ijs sic suum honorat ministrum Rex cœlestis, qui facit admirabilia, ad honorem & gloriam suorum ministrorum.

VI. *De reuelatione Leoni Papa facta de impositione manuum.*

Sophron. prat spirit. c. 149 apud Baron. to 6. an. 461. 6.

QVid reuelatum sit Leoni Papæ de impositione manuum, ita scribit Sophronius: Cum descendisset Abbas Amos Hierosolymā, & Patriarcha ordinatus esset, venerunt omnes monasteriorum eremi Abbates, vt adorarent eum: inter quos adfui & ego cū Abbate meo: cepitq; Patriarcha dicere Patribus: Orate pro me, Patres: magnum.n. onus & intolerabile mihi iniunctum est, sacerdotijq; dignitas me terret immodicè, Petri & Pauli similium est regere rationales animas: ego autem infelix & peccator sum; plus.n. quam cætera timeo ordinationis sarcinam. Nam inueni scriptum, quia beatissimus & angelis æqualis Leo Papa, qui Romanorū ecclesiæ præfuit, quadraginta dies perseuerauit ad sepulcrum Apostoli Petri, vigilijs & orationibus insistens, petensq; ab Apostolo, vt pro se apud Deum intercederet, vt dimitterentur sibi peccata sua. Impletus diebus quadraginta, apparuit ei Apostolus Petrus, dicens ei: Oraui pro te: & dimissa sunt tibi omnia peccata tua, preterquam impositionis manuū. Hoc solum abs te requiretur, siue bene, siue fortasse male egeris. Sed quid est, inquit Baronius; Omnia tibi sunt dimissa peccata præter manuum impositionem? Num peccata ex parte dimitti possunt? Minimè gentium, si ad culpam referas. Cæterum quo ad pœnam, dici debent dimissa fuisse S. Leoni peccata. Quod enim facile sit in his peccare, etiam prudētem Episcopum, iure S. Apostolus monet ita Timotheū: [Nemini cito manus imposueris, neq; cōmunicaueris peccatis alienis.] Illis ergo remanebat S. Leo delictorum pœnis obligatus, quæ illi perpetrassent, qui ab eo indigni promoti fuissent ad ordines. Tunc namque dicuntur Præsules communicare peccatis alienis, dum indignis conferunt ordines, & ministeria. Quod si hæc fiunt in viridi, in

S. Leonē quid reuelatū à B. Petro.

Peccata quo mō ex parte dimissa.

1 Timot. 5.

Peccata aliena.

se erigit, & agnito Malachia, inclinãs deuotè salutat eum. Et verso luctu in gaudium, stupor apprehendit omnes, & qui viderunt, & qui audierunt. Sed & Malachias gratias agens, benedixit Dominum. Et vnxit eam nihilominus, sciens in hoc sacramento remitti peccata, & quod oratio fidei saluet infirmum. Posthæc abijt ille, & illa conualuit, & viuens incolumis tempore aliquanto, vt gloria Dñi manifestaretur in ea, peracta pœnitẽtia, quã sibi Malachias iniũxerat, in bona cõfessione iterũ obdormiuit, & migrauit ad Dñm.

Per extremam vnctionẽ remittitur peccatum.

VIII. *De Ruperto Rege, qui ob humanum timorem Vnctionem differens fere à dæmone superatur.*

Ioã. Nider. li. 4. Formicarij c. 11.

FVit nostro tempore Rex Romanorũ Rupertus, qui ante sui electionẽ re, & nomine Clemens extitit, & post diutina & sancta sua opera in lethali quadam infirmitate prope à dæmone victus occubuit: nam in infirmitatem grauem incidit, & sumpto Eucharistię sacramẽto se dietim ab sanctæ Vnctionis oleo callide, ne reciperet, subtraxit: hauserat enim, vbi nescio, diabolicum hunc instinctum (vt videbatur) quo quidam superstitiosissimè credunt, se post huiusmodi sacramenti susceptionem omnino migrare oportere. Distulit igitur Princeps recipere sacramentũ propter mortis periculum: & docto res diuini & humani iuris quos sẽper dilexit, verbis virum hortabantur, & sibi suadebãt ne omnino * desineret tã salubre animæ & corporis antidotum. Obtinuerunt tamen tandem illi diuina arridẽte gratia intentum: cumque præsentibus literatis clericis inungeretur Princeps, & orationes, quę de sanitate sonant vtriusq; hominis multiplicarentur, ait satis alacriter: Reuera, si hoc sacramentum sciuissem tantum pro vtroq; valuisse homine, quemadmodum iã audio, dudum ipsum deuotissimè postulassem. Fuit .n. literatus satis; qui cõualescens postmodũ multus annis Romanũ gubernabat sanctè imperium, & tãdem feliciter perseuerãs in bonis operibus vita functus est.

Vnctionẽ extremã negligẽs in periculo aĩæ versatur.

** differret.*

Sacramẽti extremæ Vnctionis vtilitas.

TIT. LI. De effectu sacramenti extremæ Vnctionis.

EXEMP. I. *Maria Oegniacensis in perceptione extremæ Vnctionis ingenti consolatione afficitur.*

Iacob. à Vitriaco Cardin. lib. 2. vitæ eius c. 12. apud Sur. 23. Iunij.

CVm Maria Oegniacensis beatissima Virgine ipsam præmonẽte, extremã Vnctionem acciperet, Apostoli omnes præcipuè adfuere, & beatus Petrus claues ostẽdens pollicebatur se illi cęli ianuã patefacturũ, Porro Christus signũ crucis, vexillum victorię suę, ad eius pedes fixit: cumque in diuersis locis vngeretur, in ipsa sacramẽti eius perceptione sancti Spiritus operationem cum ingenti singulorum locorũ illustratione persensit. Quidam etiam amici & noti eius, qui iam pridẽ obierant, eius consolandę causa ad eã missi sunt; Ioannes Dinantinus, qui iam cũ Christo regnabat, et frater Richardus de Menesar vir sanctus & bonus, qui etiamnum pœnas luebat purgatorias.

Christus cum sanctis præsens est dum ministratur Vnctio extrema

II. *Vnctionis extremæ aliæ præclaræ virtutes.*

DVm præsente Maria Oegniacensi Vnctionis extremæ sacrũ ægroti perciperent, illa Christum cũ sanctorũ multitudine adesse sentiebat, ægrotũque illũ misericorditer corroborãtem, dęmones expellentẽ, animã purgantẽ, seque, dũ mẽbra eius vngerẽtur, quasi i lumine p totũ corpus ei^9 diffundẽtẽ.

Idẽ Iac. à Vitriaco Episc. Acon & Card li. 2 cap. 4. Mariæ Oegniacensis apud Sur. 23 Iu-ij & Bred. lib 3 c. 32

III. *Æger mentis impos oleo sacro inunctus valetudinem recuperat.*

AEger magno febris æstu conflictatus, inter cõfitendũ vrgente morbo, de potestate mentis exierat. Iã de sua salute actum esse, sempiternis se supplicijs apud inferos damnatum clamitabat, nullus orationẽ auribus admittebat. Sacerdos, qui aures ei dabat, vbi furorẽ eius animo obstrepere animaduertit, ad diuina præsidia, vbi

Ex lit. an Soc. Iesu, an. 1599 in Colleg. Lugdun.

Q deessent

ret, accidisse sibi nocturnum visum, quo plane intellexerit, Deo auctore id fieri. Visum enim esse sibi videre altare quoddam, & in eo imaginem Saluatoris crucifixi viuentis, & oculos apertos in se defigentis, cuius adspectu totus incensus, cum amplexum eius ac ctissimè expeteret, sed ab altaris crepidine, quod magnum, & altum erat, prohiberetur, sensisse se tamen à Domino interno instinctu inuitari: quare cũ accessisset, medio altari scisso, viam ad Dominum patuisse, tumque se fidenter eum tenuisse, atque arctissimè amplexum, osculatumque esse; ipsum autem Saluatorem, quo profundius oscula admitteret, diuinum os suum apertum, & hians præbuisse: simul etiã factum esse, vt inter eos amplexus, tum diuino amore maiorẽ in modum inflammaretur, tum etiam Sacerdotij, quod antea fugiebat desiderium sibi inspirari senserit, quod simul ac illuxit, cum suo Abbati indicasset, paulo post cũ omniũ gaudio exequutũ esse.

III. *Abbas Isaac Ordinem, sacerdotij fugiens, asello indicante proditur.*

Ex Vit. Patr. p. 2. §. 21. Consilium habuerũt inter se seniores Patres, & omnes monachi habitatores in eremo Scythiæ, & consenserunt, vt beatus Isaac presbyter eis ordinaretur in ecclesia, quæ in ipsa eremo sita est; vbi conuenit die & hora statuta multitudo monachorum, qui in illa eremo conuersantur. Audiens autem supra dictus Abbas Isaac huiusmodi concilium, fugit in Ægyptum, & abscõdit se in quodã agro inter fruteta, arbitratus se indignũ esse honore presbyterij. Quã plurimi autem fratrũ sequebantur, vt cõprehẽderent eum. Cum autẽ applicuissent ad vesperũ in eodem agro fatigati de itinere (erat enim nox) dimiserunt asellum, qui eis sũptus portabat, in itinere, vt pasceret. Cũ autem pasceretur asellus, peruenit in locum, vbi dictus Abbas latitabat. Cumq; illuxisset dies, requirẽtes monachi asellũ peruenerunt ad eundem locũ, vbi senior se occultauerat: & admirantes valde dispensationem diuinã, cõprehendentes ligare & constringere eũ voluerũt, & ita perducere. Venerabilis autẽ senior non permisit, dicens: Iã nõ possum cõtradicere vobis; quia forsitan voluntas Dei est, vt licet indignus suscipiã ordinẽ presbyterij.

IV. *Baculum ab Angelo Dei recipit eremita in testimonium sacerdotij suscipiendi.*

Eremita quidam, vt ex Annalibus Hannoniæ constat, ad Diaconatus ordinem iam pronectus cepit postmodũ pensiculatius profundiusq; discutere, num ad dignitatis sacerdotalis gradum idoneus esset: metuebat enim se imparem: proinde ad oratione͂ confugit, imploraturus Dñi Dei nostri opẽ, vt pro sua clementia & bonitate dignaretur inspirare, quid pro maiore sui nominis gloria, & animæ suę salute sibi faciendũ esset. Ei sic oranti apparuit venustissima facie vir cãdida veste amictus, baculũ in forma Crucis manu gestans; quem affatur hunc in modũ: Charissime frater, cur ita dubius es? hũc tibi trado baculũ in signum sacerdotij suscipiẽdi. Istud autem pro certo habeas, quod quæcunq; ligaueris super terram, erunt ligata & in cęlis, &c. His dictis disparuit, & vir sanctus acquieuit. *Ex li. 3. Annal. Hãnon. cap. 139.* *Eremita dubius de sacerdotio suscipiẽdo quomodo ab Angelo liberatus.*

V. *Pompeius Columna sacris initiari renuens à parente defuncto flagellatur.*

Pompeio Columnæ bellicæ laudis, quam sacræ dignitatis auidiori, & obstinato animo sacerdotales honores (ad quos eũ patruus Prosper hortabatur) repudianti, per quietẽ apparuit Hieronymus pater, minaci, & seuera fronte, acribus itidem castigans verbis, & dextra quatiens flagellum, eum scilicet nudũ vehementissimè percussurus, ni extemplo propinquorũ iussis obtemperaret; atque vt in satis esset, sacris initiaretur. Itaque Pompeius post multos æstus fluctuantis animi, *Ioniæ in eius vita.*

cum paterno ostēto,& patruorum imperijs parendum foret,valde mœstus, & reluctante quidem genio protonotarius creatur, superinductaq; lineæ striatæ stola apud Ioannē Cardinalem patruum familię magister est effectus.

VI. *B. Franciscus Assisias cur sacerdotio decorari renuerit.*

Ex 1. li. Chron. S Francisc p. 1. c. 41. vel secū dū aliā edit. ca. 52.

BEatus Franciscus Fratrū Minorum antesignanus,cum esset Diaconus, ita afficiebatur erga augustissimū Eucharistiæ sacramentum, tantaq; illud reuerentia prosequebatur, vt ne indigne celebrando contaminaret,semper hęserit,num eam dignitatem assumeret; licet ab alijs nō parum impelleretur, ac adeo vrgeretur, vt effugiendi modū vlterius non inueniret. Ad arma itaq; spiritualia cōsueta confugit, hoc est,ad orationem, qua petijt a Dño ea de re consilium. Quo facto, missus est Angelus ad eum cum phiala lucida in manu limpidissimo liquore plena,atq; ita dixit: Vide,Frācisce;quicunq; vult fieri sacerdos, & sacramenta administrare, ita purus esse debet in anima, sicut liquor iste. Post quæ verba,noluit vnquā postea fieri sacerdos, qui tātam animæ suæ puritatem nō putauit: maximi interim faciens Diaconi dignitatem, quippe quæ ad sacerdotalem proxumè accedat.

VII. *In primitijs celebrandis non pompam seu apparatum magnum, sed humilitatem placere Deo & B. Virgini.*

In vita eius apud Surd. 6. die Ian.

ANdreas Episcopus Fesulanus Ordinis Carmelitarū, vt virtutibus ardens,& in dies magis magisq; sanctitate pullulans, ad sacros Ordines admittitur. Corsini omnes statuunt, vt primā Missam Andreas celebraturus, oblationē magnis apparatibus, ingentiq; pōpa celebraret. Sed ille, vbi hoc audiuit,habita prius licentia à Prouinciali, secessit septimo miliari, ab vrbe in Conuentum Syluarum,ibiq; deuotissime sacerdotij sui primitias offerēti beata Maria Virgo cum comitatu Angelorū apparuit,dicens; Seruus meus es tu, quia ego elegi te,& in te gloriabor: & hęc dicens paulatim in auras se eleuauit. Andreas stupore perculsus, non elatione extollitur,sed magis per humilitatē nitebatᵘ se dignū seruū effi cere,humanas laudes fugiēs studio bonarū artiū sibi immortalitatē parabat.

Pompā declinat S. And. Episc in celebrā.

Dis primitijs. B. Maria apparet Andrea Fesulano.

VIII. *Ordines sacros indigne suscipientes diuinitus puniuntur.*

FVit apud nos (inquit Norgerus de miraculis B. Remacli agēs)clericus, monasterio nřo ad multa vtilis & accōmodus. Is in nostro cōtubernio viuebat nobiscum familiariter,& impense charus. Cōtigit autē Comitissam quādā venerabilem pro salute sua nō parui pretij fibulā auream ad cœnobium nřum (ita enim vouerat) mittere. Inde malignus dæmon, qui diligenter hominum animos explorat,in quæ vitia procliuiores sint, occasione arrepta, huius clerici mentem pertentat. Ille vero suggestionem non respuens, oculos ad fibulam adjicit,eamq; clam suffuratur. Non diu post Abbas noster Rauengerus dum quosdam è nobis ad sacros Ordines vult promoueri, ad Episcopum nos mittit,adiuncto nobis etiā clerico,de quo agimus. Erat tum Quadragesima. Etsi autē ille tanti sacrilegij sibi esset conscius,nulla tamen id neq; confessione neq; pœnitentia expiauit, sed confidenter nobiscū proficiscens,Diaconus ordinatus est, non attendens, quod scriptum est: [Mundamini, qui fertis vasa Domini:]cum vtiq; eos,qui corporis & sanguinis Dominici vasis tractandis adhibentur, mūdos,& probatis moribus esse oporteat. Absoluto deinde sacrificio & precibᵘ vespertinis,nos ad hospitiū imus, producta ieiunia soluturi. Ibi inter edendum confrater noster cadit, frendet dentibus, mire ac misere se collidit,nosq; admirabiliter obstupefactos cogit laboranti sibi adesse. Mox a mēsa surgimus, permulta remedia sūma be-

Notgerus li. 2. de miraculis S. Remacli Episc. Traiect. c. 11. apud Surd. 3 septēbr.

Esa. 52.

neuo-

neuolētia adhibemus: sed frustra omnia, diuino iudicio, in eum ius sibi diabolo vendicante. Tota nocte discruciamur animis, & valde affligimur. Tandem benignus Deus, nolens nobis apud exteros tam fœdum casum nobis cedere ad ignominiam, profligato dæmone præstitit, vt nobiscum incolumis rediret. Et integra tū hebdomada nullam sensit maligni illius infestationē. Qua Dei benignitate ille abusus noluit facinus suum confiteri; eaq; incuria reddidit hostem valentiorem. Nam cum Completorij preces Dominico die per solueremus, acrius à dæmone corripitur, nec iam succurrebat nobis, quo pacto ei opitularemur; quod incerti essemus, num Satanę vexatio illa esset. Attamen prę fraterna cōmiseratione noctibus vicissim apud eum vigilabamus, visusq; est nobis crebrius, quam olim Saul, exagitari. Interim brachiū dextrū, quo rapuerat aurum, penitus exarescit. Nobis dubitantibus, an casu id acciderit, vel diuina animaduersione, Abbas rem altius perpendens, nequaquam censuit id casui tribuendum, sed hominē dixit diaboli laqueis constrictū teneri. Mouebat eum, quod statim à sacris acceptis Ordinibus, diuinitus punitus esset, & vnde animę remedium capiendū erat, id ei versum esset in perniciem. Nouerat scriptum, grauius eum cōdemnari, qui indignus suscipit, quod nō meretur. Sicut ergo in Iudam temerè percipientem corpus Domini satanas intrauit, quem cōstat furem fuisse: ita colligebat Abbas, etiam hunc fortassis aliquo sacrilegio contaminatū, quod ea fere hora atrocius cruciaretur à dæmone, qua fuisset sacris initiatus, hortabaturq; fratres, vt cū illa vexatio remitteret, caute ab eo expiscarentur, nū quid eius cōsciētiam grauaret. Fratres Abbatis iussa capessunt, clanculo ex eo sciscitantur, si quid habeat, quod animū angat. Ille ad voces eorū modo rubore, modo pallore suffunditur; tandemque licet pudibundus, suam culpam, & agnoscit,

Sacrilegi horrenda pœna. *1. Reg. 16* *Io. 12. & 13.* *Sacrilegus culpā agnoscit.*

& pure cōfitetur, orans vt apud Abbatē pro ipso velint intercedere. Fratres referunt omnia ad Abbatē. Abbas iustitiam misericordia tēperat, nec vult addere afflictionem afflicto. Prohibet etiā, ne ei is crimē in publicum proferatur; indicit fratribus, vt pro illo ieiunijs & precibus, & Missarum celebrationi incumbant. Quid multa? Reualescit Frater, restituitur brachium, dæmon prorsus ab eo eliminatur: noster mœror multiplex multa, consolatione permutatur.

Is precibus Fratrū à dæmone fit liber.

IX. *De sacrilego ad sacros Ordines minime promouendo.*

IN Actione secunda Cōcilij Lemouicensis, postquam de impedimentis actū est, quibus prohibetur aliquis ad sacros Ordines promoueri, recitatur, quod Benedictus IX. Antistes Romanus ad Odilonem Abbatē Cluniacensem rescripsit: Ille qui adhuc viuens est, qui Stephanum Episcopū dolo occidit, cum non inueniret pro tanto crimine pœnitentiam, Cluniacum cœnobiū petijt; monachus ibi effectus est; qui legere & cantare tāquam peritus clericus sciens, ab Odilone Abbate cogitabatur offerri Episcopo ad gradus altaris. At prouidenter tractans venerandus Abbas, literis directis ad Papā Romanum, consultum expostulat, & crimen monachi intimat. Cui Apostolicus talia remandat: Impossibile est talem ad aliquem gradum prouehi, neque etiam offerre oblationem ad manus sacerdotis, ne forte pro eo vno in plures furor Domini descēdat. Sed nec communionem sanctam accipere potest: in exitu autem vitę pro misericordia ei viaticum detur. Ita hactenus ille viuit in pœnitentia, non offerens, non communicans.

Ex Actis Concilij Lemouic. Baron. to. 11. an. 1034. 24. 25. *Criminosi ad ordines nō prouehendi.* *Viaticū facinoroſis quomodo ministrandum.*

X. *Ordinem sacrum assumens Clericus inobediens mox à dæmone obsidetur.*

TEmpore S. Benedicti, Aquinensis ecclesiæ Clericus à dæmonio vexa-

Greg. l. 2 Dialog. c. 16.

vexabatur, qui à venerabili viro Constantio ecclesiæ eiusdem Antistite per multa fuerat Martyrum loca trāsmissus, vt sanari potuisset. Sed sancti Dei martyres noluerunt ei donum sanitatis tribuere, vt quanta esset in Benedicto gratia demonstrarent. Ductus est itaq; ad omni potentis Dei famulum Benedictum, qui Iesu Christo Domino preces fundens antiquum hostem de obsesso homine protinus expulit; cui sanato præcepit, dicens. Vade, & post hoc carnem non comedas, ad sacrum vero ordinē accedere nunquam præsumas: Quacunq; autem die ad sacrum ordinem accedere temerarie præsumpseris, statim iuri diaboli iterum mancipaberis. Decessit ergo Clericus sanus, & sicut terrere solet animā pœna recens, ea quæ vir Dei præceperat, interim custodiuit. Cum vero post annos multos omnes priòres illius de hac luce migrassent, & minores suos sibimet superponi in sacris Ordinibus cerneret, verba viri Dei quasi ex longo tempore oblitus postposuit, atq; ad sacrum ordinē accessit; quem mox is qui reliquerat, diabolus renuit, eumq; vexare, quousque animam eius excuteret, non cessauit.

Ad ordines sacros se ingerēs absque Dei vocatione punitur diuinitus.

XI. *Bigamus offerens magnam oblationem pro necessitate pauperum non admittitur ad Ordines, tum propter bigamiam, tum propter speciem Simoniæ.*

Leont. in vita Ioan. Eleemo. Synarij apud Baro. to 8. an. 615. n. 3. 4.

CVm anno Domini 615. magna multitudo eorum qui manum Persicam effugerant, confugisset Alexandriam, & esset magna alimenti penuria, maximè quod nec in illo tēpore Nilus ascendisset, vt consueuerat, & pecuniæ Ecclesiæ essent cōsumptæ, coactus est Ioānes Ep. Alexandrinus mille libras auri mutuas accipere ab aliquibus. Cum autē eas quoq; cōsumpsisset, agitabatur magna sollicitudine, & Dei orabat benignitatē, vt in rebus dubijs aliquam viam excogitaret. Sed etiamsi ad tātam redactus fuisset inopiam; nō fuit tamen victus à calamitate, non diuinas lege sacras constitutiones affecit de decore, nec intermisit cōmissum sibi gregem accurate regere. Itaq; cum quidā Clericus ex ijs, qui secundas nuptias contraxerant, abundans diuitijs, vellet consequi gradum Diaconatus, resciuisset autem has Patriarchæ angustias, & arripuisset tēpus tanquam opportunum, si pecunijs leuata inopia, assequeretur id quod desiderabat, chartam tradit beato Ioanni, quæ sic habet: Cum accepissem angustias, in quas redacta est munifica dextera Dñi mei, non existimaui oportere me quidē degere in delicijs & rerum abundantia, dominum autem meum redactum esse in angustias. Sunt autem apud me frumenti quidem multa millia, auri autem centum libræ & quinquaginta: eas velim per te dare Christo; si tamen iudicatus fuero dignus eius Diaconatu per sanctā tuam ordinationem: inuentum est enim alicubi dictum esse apud Apostolum, ex necessitate, legis quoque fieri translationem. Eum ergo seorsim accersit Patriarcha, non volens multis præsentibus eum afficere dedecore, & dicit ei: Tua quidem oblatio, ò fili, est magna, & huic tempori necessaria, sed est vitiosa, & propter hoc ipsum non admittenda. Non ignoras enim, quod oues quæ ex lege offerebantur, si non essent vitij expertes, etiamsi essent magnæ, non poterant admitti ad sacrificium. Qua de causā nec munera Cain fuerunt accepta. Illud autē, ex necessitate etiam fieri legis trāslationē, hoc ab Apostolo dictum esse scimus de lege veteri. Quid enim tibi videtur quod sitū est apud Fratrem Dñi Iacobum? sic autem habet: Qui totam legem impleuerit, in vno autē lapsus sit, esse omnium reum fontem. Fratres autem nrōs pauperes, etiamsi nos versemur in inopia, qui aluit Deus vsq; in hodiernū diem, ipse eorum quoq; de cętero curam geret, si modo nos eius mādata seruemus immobilia. Quid enim quod face-

Bigamī olim non promouebātur ad sacros ordines.

Reijcitur ab ordinibus simoniacè.

Leuit. 22. Gen. 4. Hebr. 7. Iac. 2.

Ioan. 6.

re

re non possit? aut quid sit difficile ei, qui quinq; panes in deserto aliquãdo multiplicauit, si decem modios, qui sunt in meo horreo, benedixerit, eos in magnam augere multitudinem? Quamobrem tibi, ò fili, conueniet id, quod Simoni dictum est in actis: [Non est
Act. 8. tibi pars, neque sors in hac parte.]

TIT. LIII. De sacramenti Ordinis administro.

Leuit. 8. *In veteri lege Moyses (qui vere sacerdos & Pontifex erat ex Dei institutione) primus ordinauit Aaron, & filios eius Leuitas in sacerdotes absque consensu vel consilio populi.*

1 Reg. 15 *Saul, non expectato Samuele, obtulit sacrificium, male sibi vendicans quod esset tantum sacerdotum, ob idque regni, atque vitæ priuatione mulctatus.*

2 Reg 6. *Oza cum calcitrantibus bobus arcam Dei gestantibus, eam ad casum inclinatam, ne corrueret, tetigisset, eius rei causa statim à Deo percussus interijt.*

2 Paral. 26. *Ozias Rex, quia sacerdotale vsurparat officium, lepra perfunditur.*

Baro. to. 1 an 45 ex Niceph. l. 2. c. 15. & Athan. in Synopsi. *Diuus Petrus Marcum Euangelistam per manuum impositionem ordinauit, diuinaque admonitione, vt maximè idoneum ad Euangelium prædicandum, Alexandriam Ægypti vrbem Lesbiam & Pentapolim misit.*

Baro. to. 1 an. 44 27. ex Metaph. 29 Iunij Athan. i Synopsi apud Baro to. 1. an. 57. 187 *Apollinaris cum eodem Petro Apostolorum Principe Antiochia Romam venit: à quo ordinatus Episcopus, Rauennam ad Christi Domini prædicandum Euangelium mittitur.*

D. Paulus creauit Timotheum Ephesiorum Episcopum, & Titum Cretensium.

Act. 13. *Idem Paulus & Barnabas fuere ordinati Episcopi per manuum impositionem.*

EXEMP. I. *Episcopus ab Episcopo ordinatur duobus alijs assistentibus.*

Orientales Saxones fidem, quam olim, expulso Mellico Antistite abiecerant, Osvvi instãtia, qui Rex erat mediterraneorũ Anglorũ, iterum hac arte receperunt. Hic enim Sigberechtum Saxonũ Regem frequenter adibat, ac hortari solebat ad intelligẽdum, Deos esse non posse, qui hominum manibus facti essent, sed Deum potius credendum maiestate incomprehensibilem, omnipotentẽ, & æternũ, qui cœlum & terrã & humanũ genus creasset: cuius voluntatem qui discerent, & facerent, æterna ab illo pręmia essent percepturi. Hęc & huiusmodi multa cũ Rex Osvvi Regi Sigberechto amicabili & quasi fraterno cõsilio sæpe inculcasset, tãdem amicorum cõsensu credidit, & baptizatus est. Ipse igitur æterni Regis ciuis effectus, postulauit ab Osvvi Rege, vt aliquos doctores daret, qui gẽtem suã ad Christi fidem conuerterent, ac fonte salutari abluerent. Misit illi virum Dei Cedd. presbyterũ, dato illi socio etiã presbytero: qui cum ibi multam Domino Ecclesiam congregassent, redijt Cedd. ad Synanum Episcopum suum. Quẽ vbi in opere Euangelij prosperum fecisse progressum cõperit, mox creauit eum Episcopum in gentem Orientaliũ Saxonum, vocatis ad se in ministerium ordinationis alijs duobus Episcopis. Qui accepto gradu Episcopatus redijt ad Prouinciam, & maiore auctoritate cœptum opus explens fecit per loca ecclesias; Presbyteros, & Diaconos ordinauit, qui se in verbo fidei & ministerio baptizandi adiuuarent. Cumq; tempore non pauco in præfata Prouincia, gaudente Rege, congaudente vniuerso populo, vitæ cœlestis institutio quotidianum sumeret incrementum, contigit ipsum Regem, instigante omnium bonorum inimico, propinquorum suorum manu interfici, quod euangelica præcepta deuoto corde ser-

Beda li. 3 hist. Anglicæ ca 21 & 22 apud Aloys Li pom. to. 2

Ordinatio Episc. celebratur ab vno Ep. duob. alijs astãtibus. Presbyterorum ordinatio ad Episcopos pertinet; nõ ẽt ergo ad quosuis sacerdotes.

seruaret, quod factas ab inimicis iniurias mox obsecrantibus placita mente dimitteret.

II. *De Antiocho orthodoxo qui à Iouiano Episcopo Ariano consecrari noluit.*

Theodor. li 4 hist. Eccl. c. 15.

CVm Diuus Eusebius presbyter orthodoxus post multa certamina, & certaminibus respōdentes victorias martyrum quoq; morte clausisset diē suum, conuenit de more gentis illius concilium. Aduenit & Iouianus, qui tum Pergensis Episcopus erat. Hic modo fuerat tempore coniunctus cum Arianistis. Cum autem victi suffragijs suis Diuo Eusebio Antiochum sufficerēt, adductumq; ad mensam diuinam cogerent genua flectere & ipse cōuersus vidisset Iouianum quoque imponentem manum capiti suo, repulit illam, petijtque, ne interesset numero consecrantium se, quod sufferre manum administram blasphemiæ sacrorum posse se negaret.

Eusebius Orthod. ab Ep. Ariano cōsecrari renuit.

III. *Moyses Saracenorum Episcopus ordinandus respuit Lucium Arianum.*

Idem eodem lib. cap. 22. Ruffin. 2 c. 6. Socr. 4 c. 29. Sozom. 6 c. 38. Baro. to. 4.

MAuuia Ismaelitarum siue Saracenorum Regina, oblita sexus sui, & animum induta virilem, prædas egit in vicinia Romani Imperij: Hæc post non paucos cōflictus fœdere facto lumē accepit cognitionis diuinæ, itaq; petit, vt pontifex mittatur genti suæ Moses quidam, qui in finibus Alexandriæ ac Palestinæ moraretur. Hæc Valēs petitione delata, ad se iubet adduci diuinum hominem Alexādriam, atq; ibi Pontificali gratia insigniri, propter eius loci vicinitatem. Quo quum deductus fuisset, cerneretq; Lucium (Ep. hereticum) imponere sibi manū velle: Absit, inquit, vt tua me manus consecret. Te.n. inuocante Spiritus gratia non venit. Tum Lucius; Vnde hanc coniecturam, inquit, facis, cum hoc dicis? Non inquit ille, coniecturam sequēs dico, sed certo scio: pugnas enim cum Apostolicis dogmatis, & contraria illis doces; cumq; blasphemia verborum scelera cōiungis factorum. Cui enim impio non fuit per te insultandi ecclesiasticis cœtibus occasio? Quis laude dignus vir non est exactus? Quam feritatem barbaricam nō obscurarunt quotidiana ausa tua? Hæc ille confidentissimè dicebat, audiebaturque à Lucio iugulaturiente. Quem cupidum cædis inferendæ metus coercebat, exorituri iterum belli paulo ante sepulti: itaq; iubet ad alios Episcopos deduci, quos ipse postulasset. Tum suscepta cum admirabili fide gratia Pōtificali, proficiscitur ad eos qui accersiuerant, quibus Apostolica doctrina ac miraculis ad veritatem viam dux fuit.

Ab Ep heretico ordinari non vult Moyses eremita.

IV. *De ordine sacerdotali olim etiam collato ab Episcopo per impositionem manuum.*

Hist. SS. Pat. Theodor. c. 15.

ACcepsemas, cuius fama latè sparsa est per Orientem, cum in domuncula se ipsum inclusisset, sexaginta annos transegit, neq; videns, neque loquens; sed in seipsum conuersus, & Deum visione apprehēdens, illinc omnem accipiebat consolationem. Cum autem se abhinc migrandum pararet, prædixit, quod post quinquaginta dies vitæ finem esset accepturus; excepit autem omnes qui vellent eum videre. Cum autem ecclesiæ quoque venisset Antistes; eū quidem vrgebat vt iugum acciperet presbyteri, Noui, dicens, ô pater, & tuę Philosophię altitudinem, & quanta sit mea paupertas. Sed cum mihi sit credita Pontificatus administratio, ex hac, nō ex illa ordino manus imponens. Accipe ergo, inquit, donum sacerdotij mea quidem dextera ministrante, sanctissimi autem Spiritus gratia suppeditante. Ad hæc fertur dixisse paucis post diebus hinc migraturus: De his, inquit, minimè decertabo: si.n. diutius essem victurus, omnino fugissem hoc graue & terribile onus sacerdotij, pertimescens reddendam depositi rationem. Quoniam autem nō ita

Ordinatio sacerdotalis ab Ep fit cum manū impositione. Onus sacerdotij grauissimum.

diu

sius abhinc recedam, ijs quæ hic sunt relictis, iussis non inuitus pareo. Statim ergo nullo ducente, hic quidē flectens genua, expectabat gratiā: ille vero manum imponens, erat administer spiritus. Cum autē accepto sacerdotio vixisset paucos dies vita vitā mutauit.

v. *De columba in ordinatione D. Chrysostomi eius capiti insidere visa.*

Simeon Metaph. in vita Io. Chrysostomi apud Sur. 27. Ian.

Leo Augustus orat. de vita eius apud Baro. to. 4. an. 456. 7.

Matth. 3

Flauianus Patriarcha Antioc. ab Angelo monitus Ioa. Chrys. sacerdotē instituit.

Colūba insidet capitilo. Chrysost.

SAncti Ioannis Chrysostomi sacerdotio annuisse diuinum numen, signisq; suffragatum Spiritum sāctum, qui res ab eo gestas fideliter sunt prosecuti, testātur, vt inter alios Leo Augustus, cum ait: Flauianus autem cū vigilaret, vt cōsueuerat, quadā nocte videt diuinum accessisse angelum, qui ei iubebat ordinare Ioannem, dicens eum futurum nouum vas electionis: Ecce, dicens, ego ei de hoc mandatum dabo, & obediet. Ad quem quidem cum accessisset angelus, ei mandauit: prius narrauit futura, & quęcunq; par est facere eum, qui diuinus sit futurus minister. Cum vero adesset hora ordinationis, & incruentum perageretur sacrificium, & inferius adesset multitudo innumerabilis, & angeli desuper intuerentur, manum imponente Episcopo & preces dicente consuetas, dicitur factum esse illud maximè nouū spectaculum. Alba columba (vt in baptismo Christi) repente deuolās, quomodo illic supra Iesum meum & Deū, in honorem eius, cui manus hic imponebatur, stetit supra eius caput. Hoc admiratione quidem affecit eos, qui tūc aderant: simul autem attrahit eos; qui audiunt. Admiratur vniuersa, non solum quæ circum circa sita est regio, sed etiam vniuersa, quæ extra fines procul remota est, Syria. Sic omnes apud se cogitabāt: Quidnam ergo erit Ioanni, quod ab initio ei apparuit gloria Domini? Atque ex ijs sic suum honorat ministrum Rex cœlestis, qui facit admirabilia, ad honorem & gloriam suorum ministrorum.

vi. *De reuelatione Leoni Papæ facta de impositione manuum.*

Sophron. prat spi-rit. c. 149 apud Baron. to 6. an. 461. 6.

QVid reuelatum sit Leoni Papæ de impositione manuum, ita scribit Sophronius: Cum descendisset Abbas Amos Hierosolymā, & Patriarcha ordinatus esset, venerunt omnes monasteriorum eremi Abbates, vt adorarent eum: inter quos adfui & ego cū Abbate meo: cepitq; Patriarcha dicere Patribus: Orate pro me, Patres: magnum.n. onus & intolerabile mihi iniunctum est, sacerdotijq; dignitas me terret immodicè, Petri & Pauli similium est regere rationales animas: ego autem infelix & peccator sum; plus.n. quam cætera timeo ordinationis sarcinam. Nam inueni scriptum, quia beatissimus & angelis æqualis Leo Papa, qui Romanorū ecclesiæ præfuit, quadraginta dies perseuerauit ad sepulcrum Apostoli Petri, vigilijs & orationibus insistens, petensq; ab Apostolo, vt pro se apud Deum intercederet, vt dimitterentur sibi peccata sua. Impletis diebus quadraginta, apparuit ei Apostolus Petrus, dicens ei: Oraui pro te: & dimissa sunt tibi omnia peccata tua, preterquam impositionis manuū. Hoc solum abs te requiretur, siue bene, siue fortasse male egeris. Sed quid est, inquit Baronius; Omnia tibi sunt dimissa peccata præter manuum impositionem? Num peccata ex parte dimitti possunt? Minimè gentium, si ad culpam referas. Cæterum quoad pœnam, dici debent dimissa fuisse S. Leoni peccata. Quod enim facile sit in his peccare, etiam prudētem Episcopum, iure S. Apostolus monet ita Timotheū: [Nemini cito manus imposueris, neq; cōmunicaueris peccatis alienis.] Illis ergo remanebat S. Leo delictorum pœnis obligatus, quæ illi perpetrassent, qui ab eo indigni promoti fuissent ad ordines. Tunc namque dicuntur Præsules communicare peccatis alienis, dum indignis conferunt ordines, & ministeria. Quod si hæc fiunt in viridi,

S. Leoni quid reuelatū à B. Petro.

Peccata quæ ōne ex parte dimissa.

1 Timot. 5.

Peccata aliena.

in

in arido quid fiet? Leone quis sanctior, atque prudentior, vt tantum periculum liber transiliat?

TIT. LIV. De ijs qui ad dignitatem Episcopalem diuinitus sunt electi.

EXEMP. I. *Amphilochius ab Angelis Dei sacris initiatur, & Episcopus ordinatur.*

Niceph. Callist. l. 11. hist. Eccl. c. 20.

DE Amphilochio, qui Iconij Ecclesiæ præfuit, per multa sunt consideratione & memoria digna. Fuit.n. senex simplex, in quo doctrina & vita ex æquo inter se ita certarent, vt aliquot etiam ediderit libros. Sed enim diuina gratia alias aliter res nostras dispensans, & ordinans, incredibili quodammodo mirificum, naturæque captum excedens, atque nouum in hoc viro exhibuit prodigium. Siquidem ad eum in solis locis philosophantem, propter excellentem & vitam & doctrinam eius Angelos Deus misit, qui mystica & arcana benedictione & Episcopali arrogatione eum dignitati intellectuali modo consecrarunt. Ad hunc quoque non longo post tempore eligendum atq; ordinandum in eum locum Episcopi conuenere. At vbi ex eo cognouerunt, ab Angelis Dei consecrationem eum suscepisse, data de tā sacra & diuina gratia Deo gloria, vt Pontificem Dei & Euangelij præconē, fideiq; defensorem, cum timore reuerenter hominem admisere; & solita salutatione atque osculo ei impertito, ea quę Episcopalis functionis sunt, administrare & exequi permisere.

II. *De Fabiano Papa signo columbæ diuinitus apparentis ad summum Pontificatum electo.*

Euseb. l. 6 histor. Eccl. c. 22 apud Baro to. 2. an. 238.

ANno Redemptionis nostræ 238. post Anteri Summi Pontificis mortem, aiunt Fabianum vna cum alijs ex agro Romam commigrasse, ibique sua collocasse domicilia; vbi diuina & cœlesti gratia largiente, ad cleri administrationem mirandum in modum euectus est. Nam cum omnes fratres, causa deligendi eius qui Episcopatum gereret, in ecclesia conuenissent, & multi de multis illustribus & præclaris viris ad illud munus obeundum idoneis cogitarēt: quanquam Fabianus, qui tum forte præsto erat, nemini in mentem venerat, derepente tamen columbam è sublimi deuolantem, quæ similitudinem Spiritus sancti super Saluatorem in specie columbæ descendentis repræsentare videbatur, eius capiti insedisse memorant; ac propterea populum vniuersum pariter vno sacrati Spiritus instinctu commotum, magna cum alacritate, & vno animorum consensu, eum dignū eo dignitatis gradu acclamasse, & absque mora abreptum illum in sede Pontificia collocasse.

Fabianus non sine miraculo Pontifex designatur Roman.

III. *Ioannes Angelus Cardinalis columba volitante futurus Pontifex indicatur, qui Pius IV. dictus est.*

Ascan. Capric. 2 Annal. Ital.

MOrtuo ante annos quinquaginta Paulo IV. Præsule maximo, ex familia Caraffarum, cum in locum eius alius creandus esset Pōtifex Romanus atq; ea de causa iam inter se Cardinales in Conclaue deliberarent, ecce super sedem Ioannis Angeli Cardinalis Medicæi, qui postea Pius IV. dictus est columba circum libere volitans, tandem consedit. Quam rem haud aliter prudentes interpretati sunt, quam Ecclesiæ Primatum illi portendi.

IV. *Gregorius pastoralem curam fugiens diuinitus manifestatur.*

Io. Diacon. in vita eius l. 1. c. 44. Greg. l. 6 ep 4. vet. edit. Baron. to. 8. an. 590.

GRegorius Magnus ad Summum Pontificatum euectus, cum literæ Imperatoris de confirmatione electionis Romam delatæ essent, fugam meditatur, infirmitatis suę conscius. Quia vero palam egredi portas ciuitatis nō poterat, à negotiatoribus exponēdum se, dissimulato (vt fertur) habitu, callidus impetrauit; siluarum saltus expetijt, cauernarum latibula requisiuit. In qui-

Gregorij fuga diuinis signis impeditur.

quibus, dum ab omnibus summa sollicitudine quæreretur, indicio columnæ fulgidæ super se iugiter è cœlo dependentis agnoscitur, capitur, trahitur, & apud B. Petri Apostolorū Principis templum Pontifex consecratur.

V. *In electione S. Remigij in Ep. Rhemensem signum diuinum apparet.*

Hincmar Ep. in vita S. Remigij apud Sur. 13. die Ian. tom 1 & Bar. to 6 an. 471.

Remig. creatur Rhemēsis Episc.

NOn prætereundum hic est, vt magnus ille Rhemensis ecclesiæ Episcopus Remigius Francorum Apostolus nominatus, defuncto eiusdem ciuitatis Episcopo Gennadio, immaturus æuo, moribus autem senior, populi voce, comprouincialium Episcoporum consensu, diuino cooperante suffragio, in Rhemensem Episcopum ex īferioris clerici militia assumptus fuerit, annum ætatis agens vigesimum secundum. Res ita in rebus ab eo gestis describitur. Cum Remigius ad viginti & duos ætatis annos puenit, defuncto Gennadio Archiepiscopo in hac vrbe Rhemensi omnium generaliter votis ad Pontificij culmen raptus fuisse dignoscitur potius, quam electus. Fit ergo concursus populi, diuersi quidem sexus & dignitatis, necnon & ętatis, sed vnius atque eiusdem sententię: cuncti hunc vere dignum, & qui populis præfici deberet, acclamabant. Vir autem beatissimus his angustijs depressus, nimijs afficiebatur angoribus, quia nec fugæ locus vsquam patebat, nec populo, vt ab intentione cępta resipisceret, vllo modo satisfacere poterat. Diuinæ namque erat voluntatis, vt qui omnium saluti profuturus erat omnium acclamationibus eligeretur; & qui vnitati fidei cum iam fidelibus, & futuris fidelibus erat prouisurus, vnione cuncti populi ad sedē eueheretur sacerdotalis honoris. Sanctissimus autem vir cum hix acclamationibus se vrgeri conspiceret, de infirmitatis & ætatis suæ tempore conqueri cępit: & quia Ecclesiasticus ordo infirmam ętatem ad hanc non reciperet dignitatem, voce publica fatebatur: timebat enim, ne immatura ætas, inimici versutijs impugnata, aliquid contraheret sinistri. Sed diuina gratia & voces populorū constantissimè in eius fecit perdurare electione, & sanctum virum ab antiqui hostis protexit malignitate. Quod ad hæc (ait Baronius) de ætate pertinet, accidisse interdum cognoscitur, vt cum in aliquo eminentissima virtus atque scientia egregia cerneretur, de minori ætate ratio minimè haberi soleret, vt vidimus accidisse S. Ioanni Chrysostomo, qui non nisi fuga sibi consulere potuit, ne eiusdem ætatis Episcopus ordinaret. Sed hæc haud facta esse absque diuino suffragio, quæ ab eodem auctore subduntur, ostendunt his verbis. Et cum populi acclamaret frequentia, & sanctissimus vir magna reniteretur cōstātia; placuit omnipotenti Deo, ei manifestissimis manifestare indicijs, quod ipse de eo haberet iudicium. Etenim cū modo prędicto reniti conaretur, vidētibus cunctis qui aderant, descendit subito radius noui luminis super ipsius sancti viri verticem, ac si ipse Sol de cœlo motus super eum cecidisset; & quia illuminandarum lux parabatur animarum, ipse quoque cum ad hoc opus ascisceretur, lumine debuit declarari visibili. Et paulo post: Placuit etiam omnipotentiæ diuinæ huic miraculo aliud etiam addere ad ostēsionem meritorum beati viri. Etenim radio illo se illustrante, sensit capiti suo vnguinis sacri infusum liquorē, quo totum eius delibutum est caput.

Signū diuinum ī electione Remigij ostēsum.

Remigius Epi diuinitus inungitur.

VI. *In electione alicuius ad dignitatem quid præcipue spectandum.*

Hieron. Plat. de dignitate & officio Cardinal. c. 31.

IN electione Præsulis hic error interdum cōmittitur, vt propria potius spectetur vtilitas, quam vt diuini obsequij ratio habeatur. Vnde plerūque fit eos ita punitos esse à Deo, vt à quibus potissimum omnia sperabant, & quibus hac spe immerito suffragati erāt, ab ijs non modo nihil pręmij referrent, sed male etiam tractarentur.

Iusto

In electione praecipue spectandum. Iusto vtique Dei indicio, vt & ipsi per quae peccarant plecterentur, & alij discerent eorum exemplo, ac tam euidenti, tamque praesenti poena deterrerentur. Quod aperte declaratum est in Alexandro VI. Pontifice, qui cum quorumdā Cardinalium suffragatione suam magis quam Ecclesiae vtilitatem spectantium ad Pontificatū prouectus esset, pro magnis commodis, quae sibi spoponderant, magnas cuncti ab eo calamitates acceperunt. Ita enim memoriae proditum est, omnes, qui illi in dignitate adipiscenda fauerant, non multo post alios alias poenas luisse, partim exilio, partim teterrimo carcere, partim etiam capite, damnatos; quin etiam multos Romanos proceres, quorum propinqui Cardinales illum extulerant, varijs ex causis, vel sublatos, vel bonis exutos.

VII. *De Eutychio Ep. Constantinopolitano diuinitus declarato.*

In vita Eutychij ab Eustachio eius contemptore conscripta, apud Meta. et Su. 6. Apr. t. 2. Regnante Iustiniano Imperatore, seruus Dei Menas regiae vrbis Patriarcha, an sanctorum Patrum vitam migrauit: Cuius obitus nūcio ad Christianissimum Imper. perlato, multi certatim incredibili studio conabantur amicos Imperatoris promissis & muneribus corrumpere, vt hominibus indignis Pontificatum deferret, sed qui omnia facit & mutat, quique scrutatur corda & renes Deus, cor Imperatoris ad virum dignū inclinauit. Itaq; sancto Clero, sacroq; senatui liberè cōsilium suum exposuit Christianae religionis studiosissimus, & in congregandis sanctis Episcopis diligentissimus Imperator, affirmans se de illo diuinā visionem vidisse: Cum enim, inquit, in aede S. Petri Principis Apostolorum, in qua Senatus habebatur, me somnus complexus esset, in quiete vidi Principem Apostolorum mihi magnū Eutychium ostendentem, dicentemque; *D. Petri Apostoli apparitio* Fac ut hic sit Episcopus. Hęc cum ita se habere iureiurando affirmaret Imperator, omnes ipsius contentionem ac studium, quod diuino quodā splendore vultus decorabat, conspicientes vno animo, eademq; mente, ante tempus conclamarunt: Dignus est, dignus est. Dum igitur illi omnia ordine, & ex diuinorum Canonum praescripto contigissent, & tempus esset, vt sacrarum manuum impositione & initiatione consecraretur pater & magister ipsorum, adducitur ad sanctum altare, qui *S. Eutychius creatur Ep. Constāt.* multos ad illud sacerdotes atq; Pontifices erat adducturus, precibus, manu, & diuinis ac uenerandis oraculis cōsecratur, sancto Spiritu inungitur: uel potius sanctificatus ipse uicissim, presentes omnes Pōtifices sanctificat: ouis erratis typum super humeros tollit: in sedem sublimem ascendit, in solio sedet; atque Pastorum Principem Christum in coelum reuertentem imitatur: dicit enim populo vniuerso, Pax uobis: & ab oīb. illud uicissim accipit.

VIII. *De signo diuinitus demonstrato in electione S. Ambrosii Episcop. Mediolan.*

Accidit quidam simile in Ecclesia Mediolanensi memoratu dignū. *Sacrat; hist Ecc. l. 4 c. 30* Mortuo namque Episcopo Auxentio, qui ab Arianis fuerat ordinatus, Mediolanenses iterum propter electionē Episcopi turbabantur. Erat autē multa inter eos concertatio, alijs alium eligere satagentibus. Cum autem eā ob rem orta esset seditio ueritus eius Prouincię Pręfectus, consularem habens dignitatem, nomine Ambrosius, ne absurdum quid in ciuitate ex ea perturbatione fieret, ad ecclesiam cōpescēdę seditionis gratia occurrit. Cum autē in ipsius pręsentia populus quiesceret, et ipse multis utilibus adhortationibus inconditos multitudinis impetus compesceret, subito fit oīum cōsensus, uociferanturque, Ambrosium dignum esse Episcopatu, illumq; cuncti ordinari petunt: nā hoc solo pacto uniendum fore populum, & fidei concordiam amplexurū. Qm̄ igitur praesentibus tunc Episcopis consensus iste

populi

populi diuinitus uidebatur esse datus, absque vlla cunctatione Ambrosium apprehendunt; & baptizatum (erat enim adhuc catechumenus) mox ad Episcopatus sacerdotium prouehunt, licet detrectantem, & Valentiniano Imperatori, quæ gesta essent, significant; Imperator, cum populi consensionem, admiratus, tum opus Dei, qđ factum erat, agnoscens, significat Episcopis vt Deo seruiant, qui hunc ordinari iubeant. Esse enim electionem illius Dei magis quam hominum. Ad hunc itaq; modum ordinato Ambrosio, Mediolanenses, qui antea diuisi fuerant, propter ipsum ad vnitatem redierunt.

IX. *S. Vulstanus in Episcopatum diuino oraculo territus consentit.*

Ex hist. Ang Rogerij Baro. t. 11. Ann. ad an. 1161 72.

ANno Christi Domini 1161. Legati sedis Apostolicæ in Angliam ad Eduardum Regem missi agũt, vt sanctus Vulstanus Vvigorniensis ecclesiæ Episcopus eligeretur. Rex vero gesta ita à Rogerio describitur: Contigit namq; eo tempore & Legatos Apostolicæ sedis eius electioni interesse, Armenfredum scilicet Sedunensem Episcopum, & alium, qui à domino Papa Alexandro pro responsis Ecclesiasticis ad Regem Anglorum Eduardum missi, regio præcepto Vvigorniæ per totã fere Quadragesimam degebant, expectantes responsum suæ legationis vsq; ad curiam regalem proximi Paschæ. Hi videntes, dum ibi morarentur, eius laudabilem vitam, in eius electionem non tũ consentiebant, immo tã Clerum, quam plebem maximè ad hanc instigabant, suaq; auctoritate electionem firmabant. Illo vero obstinatissimè renuente, seque indignum acclamante, & cum sacro ẽt affirmante, se multo libentius decollationi, quam tã altæ ordinationi succumbere velle; cũ sepe à viris religiosis super hoc cõnenrus ad cõsentiendum minimè persuaderi posset; tandem à viro Dei Vulsis incluso, qui tunc plus quadraginta annis solitariã vitam egisse noscebatur, acriter pro inobediẽtia & obstinatione correptus, diuino ẽt oraculo territus, consentire cum maximo cordis dolore compulsus est; & Episcopatu suscepto, Dñico die, quo S. Mariæ Natiuitas celebratur, cõsecratus, vita & virtutibus clarus Vvigorniensis ecclesiæ Præsul effulsit. Cõsecratus est ab Adredo Eboracẽsi Archiepiscopo, eo quod Stigando Dorobernıæ Archiepiscopo officio Episcopali tunc à Domino Papa interdictum erat, quia Roberto Archiepiscopo viuente Archiepiscopatum suscipere præsumpsit. *Interdictum.*

X. *Athanasius diuinitus vocatur ad Episcopatum.*

Sozom. l. 2. hist. Eccl. ca. 14.

ALexander Episcopus Alexandriæ, cum iam de vita decessurus esset, suum in Episcopatu successorem Athanasium reliquit, diuina quadam impulsione, mea quidem sũia, ad ei suffragandum inductus: siquidem ferunt illum, cũ conatus fuerat fugere, inuitum ab Alexandro ad Episcopatum illum capessendum compulsum fuisse. Cuius rei testis est Apollinarius Syrus, qui ita scribit: Neq; postea à bello destitere impij, sed vti in initio aduersus beatum huius viri magistrum arma sumpserant; & iste non aliter atque filius patri, ei aduocatus aderat; ita post in hunc ipsum, vt primum in Episcopatum successisset, impetum fecere. Qui tametsi aufugerat, ne in illo gradu locaretur, diuinitus tñ denuo repertus est: qñquidem diuinis quibusdam indicijs præsignificatum fuerat beato illi viro, qui Episcopatum administrauerat, nõ alium, q̃ hunc eius successorem fore. Nam cum ex hac vita vocaretur, essetq; iam morti vicinus, Athanasium, qui neutiquam aderat, nominatim appellat. Atque vbi eius gentilis, qui forte aderat, cum nomen illud audiret, respõdisset, obticuit ille, quasi eum non vocasset. Rursus vocat Athanasium: & quia sæpius hoc fecisset, ille alter Athanasius, qui aderat, deinceps silen-

filētio vſus eſt. Siquidē ille, qui aberat, ſignificabat. Quod ēt B. ipſe Alexāder more Prophetæ apertè indicauit, cum diceret: Athanaſi, putas te poſſe effugere, nō tñ effugies. Quibus verbis oſtendit, eum ad certamen vocatum eſſe. Hęc de Athanaſio ſcribit Apollinari⁹.

TIT. LV. De ijs qui vocati dignitates refugerunt eccleſiaſticas.

EXEMPL. I. *Fugit Roma Cardinalis Victor, ne Pontificiam dignitatem ſuſcipere cogeretur.*

Hieron. Plat. de Cardinalis dign. c. 30. Victor III. poſt Gregorij Septimi mortem oīum voce, & approbatione ad Pontificatum expetitus, ſemper recuſauit, atq; hāc ob cauſam diu diſtulit ad vrbem accedere. Cum autē poſt menſes aliquot hanc illorum voluntatem deferbuiſſe exiſtimaret, raptus eſt repēte ab omnibus ordinibus, & in ędem S. Lucię perductus, & veſte purpurea ornatus, cum renitenti alba veſtis imponi non potuiſſet. Sed ille poſt dies quatuor Terracinā profectus, Pōtificio ornatu depoſito, profeſſus eſt nolle ſe Pontificem eſſe, neque amplius adduci potuit, vt Romā rediret, donec anno proximo, qui fuit ann. Dñi 1087. in Capuano conuentu, cui ipſe quoq; vt vnus ex aliis intererat, vrgentib. & obſecrantibus denuo Epis et Cardinalibus, multiſque Principibus, et quidē ad eius genua ſuppliciter prouolutis, vix deniq; ſe vinci paſſus eſt.

II. *S. Ephræm Syrus amentiam ſimulat, ne ad dignitatem Epiſcopalem promoueretur.*

Sozom. li. 3. hiſt. Eccl. c. 15 apud Bar. t. 4. an. 378. AD dignitatis Epiſcopalis fugam cuius ſatis eſſe poteſt Ephręm Syri exemplum, quod à Sozomeno narratur his verbis: Quodam tpe quidam ei ad Epiſcopatum gerendum ſuffragati, comprehendere hominem conātur, vti ad locū, in quo crearetur Epiſcopus deducerent. Quod ſimul vt intellexit, in forum curſitat, atq; incompoſitè incedendo, veſtem lacerādo, & cibum palā capiendo, ſe furere monſtrat. Vbi vero hi, qui eum cōprehenderant, illum è mētis poteſtate exiuiſſe arbitrarentur & appetitio, qua ad eum conſtituendum Epiſcopum ferebantur, reſtincta eſſet, ille idoneum tempus nactus clam aufugit, & tantiſper latitauit, dum alter eius loco crea tus eſſet Epiſcopus.

III. *De Nilammone, qui potius delegit mori, quam fieri Epiſcopus.*

Sozom. hiſ. Eccl. l. 8. c. 19. & Baro. to. 5. an. 403. HIerapoleos Epiſcopo vita defuncto, ciues (vt accepi) elegerunt Eccleſię ſuę Antiſtitem Nilammonem, virum bonum, & qui ad monaſticę uitę faſtigium cōſcendiſſet: is habitabat ante ciuitatem in domuncula, in q̄ ſe ipſe concluſerat, ianua lapidibus, obruta, eo ꝓpoſito ut ſacerdotiū auerſaret. Theophilus itaq; Epiſcopus Alexandrinus ueniēs, hortabatur, ut ordinationem à ſe oblatam acciperet. Apud quem ille quamuis frequenter ſe excuſans, nihil obtinuit. Tandem inſtanti: Cras, inquit, ita facias, ſi placet, ò Pater, ut ego hodie res meas ante diſponam. At cum Theophilus poſtridie ex cōdicto ueniſſet, atque eum fores aperire iuſſiſſet: Age uero (inquit Nilammon) oremus primum. Quo laudato, Theophilus quidem orauit, ſed Nilāmon inter orandum hanc uitam reliquit. Hoc autem & Theophilo primū, & iis etiam, qui cum illo foris ſtabāt, ignotum erat. Verum cum paulatim tereretur dies, quia ſępenumero intētius vocantes non audiret, deiectis qui ad ianuam erant lapidibus, reperērūt hominem mortuum. Inuolutum igitur quibus oportebat, publica ſepultura dignati ſunt; ac templum etiam ſupra illius ſepulcrum indigenę conſtruxerunt, & ſumma cum ſolēnitate adhuc diem mortis eius celebrant. At Nilammon quidem ad hunc modum mortuus eſt; ſi tamen mortem dicere oportet, quam ille ſubire maluit, quā Epiſcopatum ſuſcipere, quo ſe indignum eſſe ob ingenu modeſtiā cēſuit. *Eccleſia Nilāmoni erecta et dies feſtus ſtatus.*

IV. S. Am-

IV. *S. Ammonius eremita aurem sibi præcidit, ne fieret Episcopus.*

Niceph Eccl. li 11 c. 37. Pallad. hist. Lausiac. c. 12 Socr. lib. 4. c. 23.

QVum Ammonius ad Episcopalem consecrationem adducendus esset, & ad eos multa, qui illum eius rei gratia conuenerant, dixisset, neque tamen eis quod volebat persuasisset, amputata sibi auricula dextera: Vel nunc demum, inquit abire, quandoquidem deinceps etiam volentem Ecclesiæ constitutio non recepit. Sacerdotem namq; integrum atq; immutilatum esse oportet. Atque vbi qui ex præcipuis ad ipsum missi erant, ab eo discederent, & à Iudæis quidem talia obseruari & magnifieri, Ecclesiam autem Dei paruipendere, si modo animo & moribus saluus, cõmodusq; sit Episcopus, inter se dicerent: ad eũ reuersi, comprehendere tentarunt. Ibi ille, si vim ei inferre pergerẽt, linguam quoque sibi recisurum esse adiurauit. Quibus minis illi perpensis, in loco suo virum magnum reliquerunt. Ex eo tempore Ammonius παρώτης, quasi aure carentem dicas, cognominatus est.

Ammonius cur parotis

V. *Goar vir sanctus insanabili morbo affici potius eligit, quam Episcopatum suscipere.*

Ex Sur. 7 Iulio Hieron. Pla. de Card. dign. & off. c. 30 Goar malult graue suo morbo laborare quã fieri Episcopus.

DE Goare item magno Dei famulo ita scriptum est; Cum à Sigeberto Rege ad Treuirensem Episcopatũ vocaretur, postquã recusando nihil se proficere vidit, triginta dierum inducias postulauit, quos in perpetuis precibus consumens hoc à Domino impetrauit, vt insanabili morbo corriperetur. Quo factum est, vt reliquum vitæ lectulo affixus peregerit: idq; ille pro magno videlicet beneficio acceperit.

VI. *S. Fulgentius ne fiat Episcopus fugit, & latet, donec arbitratur prouisum omnibus Ecclesiis; sed non effugit, & rapitur ad Episcopatum.*

Hier. Pl. lib. 1. de bono status religiosi ca. 38.

B. Fulgentius cum audijsset Catholicos, in Ecclesijs omnibus pastore orbatis, aduersus Trasamundi edictum Episcopos instituere decreuisse, fugit ex monasterio, tamq. diu latuit multis populis ipsum inquirentibus, donec ab vno conscio admonitus est, omnibus Ecclesijs iam esse prospectũ. Verum vbi ad cęnobium reuersus est, vniuersa Ruspensis multitudo; quæ casu quodam adhuc Præsule carebat, eũ inuadunt, rapiunt, & Pontificem esse non rogant, sed cogunt. Is vero, in illa sua molestia, hoc primum à Ruspensibus beneficij loco postulauit, vt monasterium ædificaret, in quo deinde ita Felici Abbati subiectus vixit, vt quis è grege, cum in ijs, quæ ad domesticam disciplinam spectarẽt, ex illius ductu atque obedientia planè penderet; & tamen interea de pastorali cura in populo regendo, assidueque pascendo nihil remitteret.

VII. *Quam ægre Antoninus Florentinus Archiepiscopatum susceperit.*

Hier. Pl. lib. 1. de bono sta. rel. c. 38.

ANtoninus quoque cum Florentinam Ecclesiam sibi ab Eugenio IV. mandatam cognouisset, ex ipso itinere Neapolitano, in quo tunc erat, fugam meditatus est in insulas nescio quas. Idq; iam cœperat, cum à propinquis Senas retractus, ibi literis, obsecrationibus, deprecatoribus etiam adhibitis, oẽm mouit lapidem, vt euaderet, donec Pontifex pene substomachans, anathema ẽt comminatus est. Tum vero, concilio aliquot doctorum hominum aduocato, cum omnes ita sensissent, nõ ei licere diutius salua cõscientia reluctari, in faciem procidẽs, multumq; illachrymans, pastorali sarcinæ humeros subiecit; quam tñ ita suscepit, vt religiosam non abijceret. Nã neque de vestitu, neq; de victu quidpiam mutauit; suamq; domum quasi monasterium instituit, in qua & culinam sæpe adire, ollas purgare, & alia id genus famularia ministeria sæpe obire mos ei erat, quo ijs, quasi solatijs, pontificias molestias temperaret.

VIII. Pe-

VIII. *Petens consilium ante prælationem acceptandam, & illi acquiescens, non acceptando saluatur, alioquin damnandus.*

Apud D. Hieron. de Regu la Monachorū c. 35. to. 4

HIc minime pertranseundum exẽplum, quod sancto quodam mihi referente sene in eremo ex veritate didici. Cum iuuenis quidam sancto proposito & vita, electus foret ad Episcopale fastigium, quo grauius periculosiusue nequit aliud cogitari; patruum suum quendam, virum vtiq; sanctum, & prophetiæ spiritu plenum, etemi in cella, vt eum ex hoc consuleret, adijt non incautus. Audita itaq; narratione nepotis, vir sanctus non verbis, sed signis potius percunctanti respondit: & ne contra Apostolū, qui desiderantem Episcopatum in bono opere laudat, cōtra iret dissuadendo, & ne iuuenem periculo exponeret suadendo. Iussit itaq; senex quadratum discum à terra vehementer pedibus eleuatum ascendere iuuenem, & quater per quatuor disci latera supinum reuoluere semetipsum vsq; ad horam casus: sicq; caso imminente, si altera succederet reuolutio, mandauit vt extra summitatem disci adhuc se volueret iterato. Cui cū nepos se non posse, ex timore casus, respōderet, illico eum fecit descendere, & per quandam latam planitiem diutius volutare. Cumq; ex multitudine volutationum, vtrisq; fastidium eueniret; Surge (inquit senex) & perge quo vis, facito quod tibi securius cernitur. Dedignatus namq; iuuenis abscessit, & alteri sancto seni, patruī deliramentum putans, factum retulit, à quo de periculo præeminentiæ edoctus, electioni renunciauit, vt teneret quod est tutū. Qui post modicū felici obitu ex seculo exiens, hilaris, & iucūdus apparuit patruo: Gratias, inquit, pater, tibi refero, ex dissuasione Episcopatus; nā scito, quia nunc essem de numero damnatorum, si fuissem de numero Episcoporum.

TIT. LVI. Quibus sint præbendæ Ecclesiasticæ conferendæ.

EXEMP. I. *Moses populi Israelitici Dux non filios proprios, sed alium ex alia familia ad Principatum promouet.*

D. Hieron. in 1. cap. ad Titum.

D. Hieronymus egregie de hac re illud ex sacris literis profert, quod cum Moses posset successores Principatus filios suos facere, & posteris suā velut hæreditariam relinquere dignitatē non hos tamen elegit, sed Iosuem ex aliena familia; atq; etiam ex aliena tribu, vt disceremus, has dignitates non sanguini deferendas esse, sed vitæ. At nunc, inquit, cernimus plures hanc rem beneficium facere, vt nō quærant eos in Ecclesia erigere columnas, quos plus cognoscant Ecclesiæ prodesse; sed quos vel ipsi amant, vel quorum sunt obsequijs deliniti, vel pro quibus maiorum quispiam rogauerit; &, vt deteriora taceam, qui vt Clerici fierent muneribus impetrarunt. Idem etiā ponderauit Origenes: Nulla, inquit, hic populi acclamatio, nulla propinquitatis habita cōtemplatio est. Et certe, quid est aliud Pontificatum dirigere ad familiam ditandam, quam rē tam sacram, tamq; diuinam omnino profanare, & ad sæcularem vsum adhibere, vt fecit Balthasar ille in conuiuio? Quod quidem sacrilegium magno luit, statim & regno exutus & vita.

Orig homil. 22. in Num.

II. *Cælestinus Papa vix tenue beneficium nepoti, etiam à Cardinalibus rogatus, confert.*

Aluar. lib. 2 de plāct. Eccl c. 15. Hieron. Plat. de dignit. Cardin. cap 25.

CAelestinus V. vt narrat Aluarus, cum audisset fratris filium in curiam venisse, eijci statim iussit: & cum multi Cardinales deprecatores se interposuissent multo labore, & precibus hoc ad summum impetrarunt, vt ei simplex, ac tenue quoddam beneficium concederet; quo ille accepto, statim remissus est domum.

III. Cle-

III. *Clemens IV. nepotem dignitate ornare renuit, immo tribus beneficijs aliundè dotatum duobus illũ exuit.*

Idẽ Platina ibid. NIhil illustrius quoad hanc rẽ Clemente IIII. summo Pontifice, qui ann. 1265. Ecclesiæ Pastor electus, hanc eãdem constantiã admirabiliter tenuit. Sic enim memoriæ proditũ est, eum duas habuisse filias ex legitimo matrimonio susceptas, quarum alteri, vt in monasterio collocaretur, triginta libras Turonenses, alteri, vt nuberet, trecentas numerari iussisse, ea lege, vt æqualis conditionis viro nuberet. Quin etiam cum nepotem haberet, cui ipse nihil vnquam dederat, sed Galliæ Antistites, in gratiam Pontificis, tres cõtulerant in eum Canonicatus; multis deinde rogantibus, vt aliqua eum dignitate cohonestaret; non modo nunquam adduci potuit, vt id faceret, sed eum vltro compulit, vt ex tribus illis beneficijs vnum, quod mallet, retineret, reliqua resignaret.

IV. *Simile exemplum de Marcello Pontifice.*

Idem ibid. MArcellus Põtifex etsi paucissimis diebus Pontificatum tenuit, tñ hoc breui tempore specimen præbuit eius virtutis, quam deinceps sine dubio tenere decreuerat. Hic enim Pontifex factus neminem suorum Romã venire passus est, ne fratrem quidem Alexandrum, cuius etiam filios duos, quos ipse Romæ educabat, à nemine salutari, raro in publicum, nec nisi ad sacrum fere audiendum, prodire permisit. Narrat etiã Onuphrius, qui fuit ei familiarissimus, eiusque intima consilia notat, fuisse ei deliberatum, & fixum, tantum fratri, eiusque liberis elargiri, quantum nobili alicui eo loco nato habere conueniret: non tamẽ vt vltra priuatam conditionem se efferrent, nec ad vllam proueherentur dignitatẽ. Imò vero de Ecclesiæ fructibus ne assem quidem donare cõstituisse, nisi ex Cardinalium oĩum sentẽtia.

V. *Adriani VI. erga affines & propinquos modestia.*

EXtitit etiam nostris fere temporibus memorabile factum Adriani Sexti, quem in propinquos vniuersos ita moderatum fuisse ferunt, vt etiam quibusdam durior videretur. Nam patruelis filium in Senensi Gymnasio literis studentem, quod non vocatus Romam venisset, confestim meritorio equo impositum remisit, & alios satis arcta affinitate coniunctos, qui ex Germania ad eam accurrerant, cũ singulis sagum laneum, & mediocre viaticum donasset, pedibus item, vti venerant, reuerti iussit. *Idem ibid.*

VI. *Ad beneficia Ecclesiastica cur non admiserit parentes S. Richardus Episcopus.*

SAnctus Richardus Episcopus Cicestrensis consanguineos suos, etiã maturos, & habiles, ad beneficia ecclesiastica admittere noluit vlla ratione, sciens, Pastorem Principem Dominum nostrum Iesum Christum, non B. Ioanni Euangelistæ, ipsius cognato, sed B. Petro, sanguine illi minimè coniuncto, regni cælorum claues tradidisse. *In vitã eius apud Suriũ 3. April.*

TIT. LVII. Dignitates ecclesiasticæ pretio neque conferendæ, neque comparandæ.

Alcimus accedens ad Demetrium Regem accusauit Iudam Machabæum, & obtulit Regi coronam auream, & alia dona, quibus effecit, vt summum sacerdotium acquireret. 1. Mac. 7

Iason Oniæ Frater, ingenti pecunia ab Antiocho nobili summum comparauit sacerdotium, qui propterea miserè periit. 2. Mach. 4.

Menelaus quoque argento, quod promisit Antiocho, obtinuit Pontificatum; qui funestè etiam ac tragice, Deo vindice, mortuus est. 2. Mach. 13.

EXEMP. I. *Quam modestè sese habere debeat is qui ad supremam aliquam dignitatem eligitur.*

Hieron. Plat. lib. de Card. dignitate c. 30.

CArdinalis Polus in eo conclaui, quod Pauli tertij obitum consecutum est, in ipso tertio scrutinio tam prope accessit ad Pōtificatum, vt vnū tātummodo suffragium defuerit; nec erat dubium quin, si temporis causa molitus esset, aut aliquibus blandiri voluisset, nullo res negotio confici posset; sed ille tantam semper tenuit humilitatem, & modestiam, immo vero; vt ego quidem sentio animi magnitudinem, vt non modo ad nihil eiusmodi se vnquā inclinarit, sed ēt libentissimè pass⁹ sit, ac pro sua ēt parte adiuuerit, vt onus illud in alterū transferret.

II. *De Paulino propter ambitionem in hæresim lapso.*

Gennad. de viris illustrib. cap. 3.

NOn tam cautè sese gessit infelicissimus Paulinus presbyter, discipulus B. Ephræm diaconi: hic, vt auctor est Gennadius, homo fuit acris valde ingenij, & in diuinis doctus valdè scripturis, & viuente magistro clarus in Doctoribus Ecclesiasticis, & maximè ex tempore declamator. Post magistri autem obitum, amore primatus, & nominis, separans se ab Ecclesia, scripsit contraria fidei multa. Huic obiturus B. Ephræm adstandi sibi dixisse fertur: Vide, Pauline, ne te submittas cogitationibus tuis, & eleueris: sed cum te ad purum comprehendisse putaueris Deum, crede nec intellexisse. Præsenserat enim, illum ex studijs vel sermonibus noua inuestigare, & in immēsum intellectum hæreseon tendere: vnde & frequenter Bardesanem nouellum vocabat.

Paul. S. Ephræm discipulo in transuersum actus.

III. *Dignitatem Episcopalem non esse pretio comparandam.*

Greg. Turon. hist. Franc. li. 6. c. 9.

REmigius Biturigū Episcop⁹ obijt: cuius post transitum graui incendio pars maxima ciuitatis cremata est: ibique illa, quæ hostilitati resedērant, perierunt. Post hæc Sulpitius in ipsa vrbe ad sacerdotium, Guntheh-ramno Rege fauente, præeligitur. Nā cum multi munera offerrent, hęc Rex Episcopatum quærentibus respondisse fertur; Non est principatus nostri consuetudo sacerdotium venundare sub pretio: sed nec vestrum eum premijs comparare: ne & nos turpis lucri infamia notemur; & vos mago Simoni comparemini. Sed iuxta Dei præscientiam Sulpitius vobis erit Episcopus, & sic ad clericatum deductus Episcopatum ecclesiæ supradictę suscepit.

IV. *Vindictam diuinam in se magnā experitur Henricus II. ob collatum à se iniustè Episcopatum.*

Vvilhel. Malmesbur. de gestis Regum Angl lib 2. cap. 12. apud Baron. t. 11. an. 1047 10.

TEmpore Conradi Imp. filius eius Henricus à quodam Blerico fistulam tulerat argenteam, qua pueri ludo, aquam iaculantur, pactus Episcopatum, cum foret Imperator adultus, repetēti pollicitum impigrè dederat; nec multo post aspera valetudine correptus decubuit; morbo crescente, triduo ex sensus & mutus iacuit, cum in solo pectore vitalis halitus palpitaret: nec aliud uitæ indicium erat, quā mānu ad nares apposita quantuluscunq; sentiebatur anhelitus. Episcopi præsētes triduano indicto ieiunio, lachrymis & uotis pro uita Regis superos pulsabant; quibus (ut credi fas est) remedijs conualescens accitum Episcopum, quem iniustè fecerat, sententia Concilij deposuit, professus se toto triduo dæmones infestos vidisse, flammā in se per fistulam iaculantes adeo pertinacem, ut noster ignis in cōparatione illius iocus putetur, & nihil calere. Iuuenem īter hæc semiustulatum aduentasse, ferentem immensæ magnitudinis calicem aureum aqua plenū, cuius uisione & laticis aspergine delinitum extinctis ardoribus in sanitatē euasisse. Ephebum illum, B. fuisse Laurentiū, cuius ecclesię tectum longa carie dissolutum cōpaginauit, & præter alia xenia calice aureo honorificauit.

Vid. Ex diuina 3 Her. II. Imp.

V. Quo-

V. Quomodo Michael Scriniarius intrusus sit à Longobardis in eccles. Rauennat. et postea à subditis ignominiosè eiectus.

Ex Anast. Bibliothec. Cæsar Baro. to 9 annal. Eccl. ad an. Christi 769. 16. Michael scriniarius intrusus in Episc. turpiter eijcitur.

SErgio Archiepiscopo ciuitatis Rauennatum è viuis erepto, cõtinuò surgens Michael scriniarius ipsius ecclesiæ, qui nullo sacerdotali fungebatur honore, profectus est Ariminũ ad Mauritium Ducem Ariminensem, & congregans inde nefandissimus Mauritius exercitum, vna cum cõsilio Desiderij Longobardorum Regis properauit, & ingressus est Rauennam, & brachio forti elegit ipsum Michaelẽ, & in Episcopum Rauennatis ecclesiæ introduxit; & Leonem Archidiaconũ, qui electus erat in Archiepiscopatus ordinem, Ariminum deportantes, ibidem arcta custodia mãcipatum, idem Mauritius detineri fecit. Tunc direxit quantocyus prędictus Michael vna cũ Mauritio, & iudicibus Rauennatum ad beatissimum Stephanum Pontificem, promittentes ei copiosa munera, vt ipsum Michaelem Archiepiscopum consecrare deberet. Ipse vero beatissimus Presul, per nullius donationis pro missionem inclinatus est eundem Michaelem consecrare, asserens nulla ratione hoc fieri posse, dum in sacerdotij honore minimè ipse prædictus existeret Michael. Qui idem Stephanus Põtifex pluribus vicibus obtestationis & prædicationis literis, atq; Missos direxit, vt idem Michael ab iniusto proposito recederet; sed nullo modo Apostolicis admonitionibus acquiescere voluit, dansq; plurima munera Desiderio Longobardorum Regi & cymilia, & ornatus ipsius Ecclesiæ, cũ alijs speciebus, brachio forti per vnius anni curriculum, & eo amplius, ipsius Ecclesiæ Episcopium inuasum detinuit, denudans, atq; in magnam paupertatẽ eum redigens. Sed dũ nullo modo firmissimam mentis constantiam ipsius sanctissimi Pontificis flectere potuissent nequissimi cõsentanei ipsius Michaelis; dũ Missi excellentissimi Caroli Regis Frãcorum, & Patricij Romanorum præsentialiter adessent, dirigẽs idem beatissimus Præsul tam suos Missos denuo, quã prædictos Francorum Regum Missos, omnes Rauennianos admonendo: statim insurrexere super ipsum Michaelem, & eum cum opprobrio de ipso Episcopio proiecerũt, quẽ vinctum huc Romam dirigẽtes elegere Leonem Archidiaconum ipsius Ecclesiæ Rauẽnatis in Archiepiscopatus honorem, & ab eodẽ sanctissimo Papa Stephano ordinatus & cõsecratus est.

VI. Quomodo duo presbyteri inbiantes Episcopatui fuerunt puniti.

Greg. Turon.

SCribit Gregorius Turonensis de S. Sidonio, quod cum ad officiũ Dñicum fuisset mancipatus, & sanctam ageret in seculo vitam, surrexere cõtra eum duo presbyteri, & ablata ei omni potestate, à rebus Ecclesiæ arctum ei victũ & tennem relinquentes, ad summam eum cõtumeliam redegere. Sed nõ longi temporis spatio multam eius iniuriã diuina voluit sustinere clementia: nam vnus ex his nequissimis & indignis dici presbyteris, cum ante noctem min[illegible]tus fuisset eum de ecclesia velle extrahere, signum ad matutinas audiens fuisse cõmotum, feruens felle contra sanctũ Dei surrexit, hoc ini[illegible] corde explere cogitãs quod die præcedente cogitauerat, & tractauerat. Ingressus autem in secessum suum, dum ventrem purgare nititur, spiritũ exhalauit. Vnde indubitatũ est, non minoris criminis hũc reum fuisse, quam Arium illũ, cui similiter in secessu fuere interna deposita, per partes inferiores egesta; quia nec istud sine hęresi potest accipi, vt in ecclesia non obediatur sacerdoti Dei, cui ad pascendum oues commissæ sunt: & ille se ingerat potestati, cui neq; à Deo, neq; ab hominibus aliquid est cõmissum. Dehinc beatus sacerdos, vno adhuc manente nihilominus inimico, suæ restituitur potestati. Factum est autẽ post hæc, vt acce-

dente febre ægrotare inciperet,& tandem moreretur. Quo migrante presbyter ille nequã, alter ex duobus, qui remanserat, protinus omnem facultatem ecclesiæ, tanquam si iam Episcopus esset, inhians cupiditate præoccupar, dicens: Tandem respexit in me Deus, cognoscens me iustiorem esse Sidonio, largitusq; est mihi hanc potestatem. Cumq; per totam vrbem superbus ferretur, adueniente die Dominico, qui imminebat post transitum sancti viri, præparato epulo, iussit cunctos ciues in domo ecclesiæ inuitari: despectisque senioribus primus recumbit in toro. Cui cũ pincerna, oblato poculo, dixisset, sibi per somnium mandatum à iudice cunctis potestate præstantiore, vt ipsi diceret quod Sidonius ipsum accersiri deprecatus esset ad respondendum causæ suæ; alioquin si taceret, morte pessima se moriturũ. Hæc eo loquente, exterritus presbyter, elapso de manu calice reddidit spiritũ. Tale iudicium super contumaces clericos Dominus in hunc prætulit mundum, vt vnus Arij sortiretur mortem, alius tãquam Simon Magus, Apostoli sancti oratione ab excelsa arce superbiæ præceps allideretur.

TIT. LVIII. De cura & functione Pastorali.

EXEMP. I. *Humilitas & paupertas in pastore ædificat.*

Fulgos. li 7. c 2. Didacus Hispanus Oxoniensis Episcopus, duodecim Abbatibus Cisterciensis Ordinis, quos Ecclesia Romana, vt ad Albigesios in fide erudiẽdos se conferrent elegerat, suasit, si in demandata cura proficere, atq; libenter à populis audiri cuperent, mollia indumenta, præterea argentum, delicíasq; omnes abijcerenr, atq; Apostolos imitati pedibus iter facerenr, vt disciplinæ, quam alijs prædicarent, congruere ipsorum vita inspiceretur. Idq; ipse primus egit, fructumq; ingentem ex negotio demãdato peperit. Quod si pleriq; nostris temporibus ecclesiastici Præsules seruarent, nõ tanto risu sacer dotũ monita exciperentur, cum vitam eos à verbis diuersissimã agere cõstet:

II. *Pastores fortiter pro suo grege stantes quo modo Deus defendit, & punit aduersarios.*

Cvm adhuc in humanis ageret beatus Austregisilus, tanquam pastor bonus curã Ecclesię, & plebis sibi commissæ quotidie peruigilem gerebat, eamq; à luporum faucibus seruare studebat. Accidit aũt, vt ex palatio Theodorici Regis, ipso Rege permittente, ad vrbẽ Bituricensem accederet Guarnerius homo sæuissimus, auaritiæ, & turpi lucro addictus, superbia rumidus, ab ea vrbe pecuniam Regis noĩe, quam dare non consuesset, exacturus. Permoti ciues insolito onere, omnes ad beatum Austregisilum cõfugiunt: orant vt hans vim ab ipsis propulsare velit. Vir sanctus ad Deum se confert, diurnis, atque nocturnis precibus eius aures continenter pulsat, vt populum suum hac vexatione liberaret. Iam ad vrbem aduentabat miser ille Guarnerius; & ad eum exit sãctus Episcopus, atq; pro commissa sibi plebe murum se opponit, paratus etiam si res postulet Christi exemplo pro ouibus suis aĩam ponere. Dicit Guarnerio: Vnde venis, homo improbe & quid facere instituisti? Nõ permittat Deus, vt in hanc intres vrbem, & ciuium cẽsum agas. Tũ vero Guarnerius acri ira commotus, qđ inuito Episcopo non posset Regis, & suã explere voluntatem; furibũdus ad Regem abit: nunciat illi, renitente Austregisilo Episc. qđ ipse iussisset, se facere nõ potuisse. Interea vero beato fine Austregisilus quieuit in pace. Eius Diaconus Sulpitius illi successit. Redit postea Guarnerius executurus sub Sulpitio, qđ sub Austregisilo non poterat. Sulpitius vero anxius ad Dñm cõfugit ab illo consiliũ rei bene gerendę petẽs: erat.n. vir mitis & lenis, hominisque violẽtiæ vt resistere posset, nõ videbat.

Ex Act. Austregisili ei 22. Sur. 2. Maij, & Baron. to 8. an. 611.

Deinde Guarnerium adit orat, vt qui sub ipsius decessore ab huiusmodi onere immunes fuissent, illos etiã suis temporibus pateretur solita gaudere libertate. At Guarnerius, homo ferus, viri Dei preces contempsit. Dixit itaq; illi Sulpitius: Siquidem contra ius & fas tua eris potitus voluntate, non diu tñ impunè feres. Ille vero in vrbẽ ingreditur, facit vt erat iussus: omnibusque pro voto expeditis, corpore, nõ animo adit S. Austregisili ecclesiam, tanquam preces illic oblaturus. Vt vidit autem monumentum sancti viri à fidelibus Christianis auro, argentoque mirificè exornatum, dixit arrogantissimè. Austregisilus aurum suum, & argentum in pauperes erogare debuit, non iubere, vt suum sepulcrum illo tegeretur. Non hoc ille dicebat, quod ei curæ essent pauperes, sed instar Iudę proditoris auaritia æstuabat: Postea à sepulchro viri Dei discedens, orationis causa altaria circuibat. Cumq; in ipsa basilica ambularet, lignum quoddam, ad quod vela suspensa erant, ab alto ruit super caput eius. Manauit igitur sanguis à capite per oculos, & barbam, & ad terram vsque defluxit: & miser ille clamauit voce qua potuit: Austregisilus dum vixit, semper in me hostili animo fuit, & iam mortuus me prope interficit. Ita infelix nec culpã agnouit suam, nec à beato viro veniam petijt, imo fere feruens malitia, Augustodunum ire instituit, vt eius loci Episcopum perderet. In ipso autem itinere in pago quodam, cum omnes recubuissent, surrexit à mẽsa, & ad exonerandum ventrem secessit. Interim somno correptus obdormit: euigilans dicit adsistentibus: Austregisilus, & Sulpitius hac hora vrceum aureum miserũt mihi: quis vestrum habet illum? Negantibus illis se quidquam huiusmodi vidisse, sua verba repetijt, nesciens quid diceret. Mox vero intestina eius & viscera oĩa in cloacam deciderunt, eaque nocte uitam perdidit. Ex eo tpe nemo ausus fuit regiorum ministrorũ ab urbe Bituricensi eam pecuniam extorquere, absterrente omnes tam diro interitu illius, qui talis exactionis primus auctor fuisset.

III. *Vt se gesserit in Episcopatu Eleutherius Tornacensium Episcopus.*

THeodoro Tornacensium Episcopo uita functo, Christiani Eleutherium propter summam uitæ integritatem Romam miserunt, inde reuersum, auctoritateq; Pontificia approbatum, summo consensu anno Domini 484. consecrari curarunt. Ipse autem in eum locum uocatus singulari uitæ probitate cęteris preluxit, pietatem in omnes exercuit, gregem sibi commissum bonus pastor intrepidè defendit; hæreticos nunc rationibus placidè ad concordiam inuitauit, nunc contumaciter rebellantes seueritate pastorali castigauit. *Ex off. ss. insign. Ecc. Tornac. lect. 4 de Eleuther. ep.*

IV. *B. Nestor Episcopus in cura gregis fortiter occumbit.*

IN ciuitate Pergen Pamphyliæ, B. Nestor Episcopus, sub persecutione Decij, cum die noctuque orationi insisteret, postulans ut grex Christi custodiretur, cõprehensus nomen Dñi mirabili libertate, & alacritate cõfessus, equuleo crudelissime tortus est: exinde crucis suspendio uictor migrauit. *Vsuar in martyro. 26. Febr.*

V. *S. Hugo Ep. Gratianopolitanus quibus modis deprauatum populum sibi concreditum ad frugem reduxerit.*

DE S. Hugone Gratianopolitano Epo narratur, quod dum electus esset in pręsulẽ, & inuenisset plebem prorsus incultam, rudem & induratã, clerum quoque totius ecclesiasticę disciplinæ ignarum, in tm̃ quod sacerdotes in facie Ecclesiæ publicè duxissent uxores: uidens uir ille adhuc iuuenis, utpote uiginti septem annorum, se nõ posse humanis proficere uiribus, toto corde confugit ad Deum, inuocans eum pro conuersione populi sibi commissi, in cilicio, ieiunijs, abstinentijs, *Dionys. Carthus. lib. 2. de Doct. & Reg. chr. art. 1.*

lacrymis, disciplinis, & prostratione in terram assidua: sicq; Deus videns sancti iuuenis charitatem, humilitatem, solicitudinem, contulit gratiam magnam: ita quod cito ac insperatè sanctus Episcopus ille plebem suam ac totam diœcesim in spiritalibus, ac secularibus reformauit.

VI. *Quo modo incuria prælatorum oues corrumpantur ab hæreticis, tanquam lupis interea vigilantibus in perniciem earum.*

Ex Hugone in Vita Norberti ca. 34 Sur. t. 3 6 Iun. & j. et Baron. t. 12. ad ann. 1126. 12. 13.

CVm sanctus Norbertus accepisset, Romæ ab Honorio Papa confirmationem instituti à se Ordinis Præmonstratensium, reuersus in patriam, dispositis rebus, vocatur Antuerpiam, vt Ecclesiam illam proprij pastoris negligētia labefactatam redintegraret. Vt res se habuerit, sic accipe ab Hugone eius temporis auctore, qui ait: Non est autem prætereundum, quare vocatus fuerit ad suscipiendam Antuerpiensem Ecclesiam. Est Antuerpia oppidum amplissimum & populosum, in quo vnus erat tantum sacerdos, qui curam totius populi ibidem commorantis gerebat: sed præ nimia multitudine, & frequenti negligentia non poterat: nec credebatur ei, quod & ipse quasi in coniugio, & copula carnali neptem suam in tertio gradu manifeste sociam sui sceleris haberet. Hanc ob causam populus ille, quasi grex absque pastore, per multos errorum anfractus deuiabat. Vnde contigit, vt hæreticus quidam miræ subtilitatis, & seductor, Tanchelinus nomine illuc adueniens, in eadem gente locum suæ imposturæ inueniret. Erat is omnium hominum sceleratissimus, Deique, & omnium sacramentorum eius, totiusque religionis, & Christianæ fidei hostis. Ita vt ministerium Episcoporum, & sacerdotum nihil esse diceret, & sacrosancti corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi perceptionem ad salutem perpetuā prodesse negaret. Itaque illum populum,

Tanchelinus Sacramentariorum proauus.

cui iam per multa tempora horum veritas nuntiata non fuerat, in hos errores induxit. Credebant ei, & sequebantur eum circiter tria millia armatorum, nec erat Dux, aut Episcopus, aut Princeps, qui auderet ei resistere, vel occurrere, nec ante eum, nisi sectam eius amplecteretur, apparere. Cum pretioso apparatu, in vestibus deauratis, triplici funiculo crinibus intortis, & auro intexto ligamine triplicatis incedebat, verbisque persuasibilibus, magnisque conuiuiorum apparatibus beneuolentiam eorum ad seducendos eos exhauriebat. Res mira & stupenda, lotiones eius bibebant, & reliquiarum loco asportantes recondebant, & cum filias in matrum præsentia, sponsasque maritis videntibus corrumperet: opus spiritale id esse asserebat in tantum, vt infelicem se diceret, qui huic coniunctioni nefariæ misceri non meruisset. Hæc turpissima & detestanda hominis impostura etiam post mortem eius extirpari nullatenus potuit; licet duodecim clericorum congregatio ab Episcopo in subsidium sacerdotis, qui solus erat, in Ecclesia S. Michaelis instituta esset.

TIT. LIX. De residentia Pastorali.

EXEMP. I. *De pœnis ab Innoc. VI. constitutis pro Prælatis à grege sibi commisso sine causa absentibus.*

INnocentius VI. patria Lemouicensis Pontificij Ciuilisq; iuris vir consultissimus, Episcopus Claromōtanus, deinde Cardinalis, Pontifex tandem creatur anno Domini 1352. Fuit vir integerrimæ vitæ; magnæq; constātiæ & seueritatis. Beneficia ecclesiastica non nisi probatissimis sacerdotibus tū vita, tum doctrina dedit. Post coronationem vero statim constituit, vt omnes prælati, omnesq; qui beneficia habebant, ad ecclesias suas sub anathematis pœna proficiscerentur. Dicebat enim oues pascuas à proprio pastore, non à mercenario custodiri debere.

Plat. de vitis Pont. in Innoc. VI.

11. Qua

II. *Qua ratione motus sit Greg. XI. ad propriam residentiam redire.*

Idē ibid. de Greg. XI. GRegorius XI. etiam Lemouicensis, Petrus Belfortis antea vocatus, S. Mariæ nouæ Diaconus, Auenione Pontifex omnium cōsensu creatur. Vir fuit tantæ innocentiæ & placabilitatis, adeoq; humanus & pius, vt ab omnibus vnice diligeretur. Quo tempore multa mala in Italia committebantur. Existimans itaque Gregorius Pontifex ea omnia mala sua absentia fieri, naufragiumque tam diuturnum absente gubernatore cōmitti, de profectione sua ad Italiam vir bonus diu multumque cogitare cœpit, sed hominem maximè mouere cuiusdam Episcopi verba, qui interrogatus à Pontifice, dum simul laborarent, cur nō rediret ad ecclesiam suam, quam haud par erat tam diu sine pastore nudam relinqui: Cur, inquit, tu summe Pontifex, cæteris exemplum daturus, tuū Episcopatum non repetis ecclesiamq; Romanā? Motus his verbis Pontifex, paratisque in Rhodano vna, & viginti triremibus, aliò se iturum simulās, ne à Gallis retineretur, si eum profecturum ad Vrbem intellexissent: ipsā namque curiam emolumenti causa in Gallia volebant: Genuam itaque primo, inde Cornetum contendit, vnde terrestri itinere nauigationem pertæsus, hyeme præsertim, Romam peruenit anno Domini 1376. idibus Ianuarijs, Pōtificatus sui septimo, migrationis vero Romanæ curiæ in Gallias anno septuagesimo. Quo autem apparatu, quāque incredibili populi Romani lætitia susceptus in Vrbem sit, honorato quoque obuiam prodeunte, non attinet dicere, cum cultu, gestu, acclamationibus omnem lætitiæ speciem effuderint, vt filij solent redeūtē peregre exoptato parente. Indigebant omnia aduentu pontificis. Nam & mœnia, & Basilicæ, & publica ac priuata ædificia vbique ruinam minabantur, quæ certè magna ex parte restituit, vt turris suo iussu ædificata ad sanctā Mariam Maiorem indicat. Labefactati etiā ita ciuitatis mores erant, vt nihil vrbanitatis habere videretur: vtque illi mores aliunde petendi essent, quæ totum orbem terrarum quondam ad vrbanitatem redegerat.

III. *Athanasius Patriarcha remittit Ecclesiasticos vnumquemque in sua.*

Gregoras li. 6. Annal. ATHanasius, ex monacho Patriarcha Byzātinus factus ecclesiasticos, qui Constantinopoli inuenti sunt, in suam quemque metropolim misit, vbi æui reliquū exigerent. Ne (inquit) hic desidentes, aliquid mali cōtra vos ipsos & me consuatis: qui verò aliunde adueniebant per causam, quod sacra diuinaque Concilia iuberent, vt metropolitani bis aut semel quotannis apud Patriarcham conuenirent, & quæstiones ecclesiasticas, quæ interim incidissent, disceptarent, vrbis ingressu prohibuit. Rectè sane. Dicebat em̄ æquum esse, vt suam quisque ecclesiā pasceret, vt Patriarcha Constantinopolitanam: & vt præsentes ouium suarum curā agerent, nō autē emolumentis inde acceptis in Vrbe morarentur.

IV. *Carpitur Abbas, quod ab officio diuino die solemni abesset.*

Ex Anal. Flā. & in Appēdice ad origenes cœnobiorum Auberti Miræi Can. Antuerp. CArolus Bonus Flādriæ Comes, Regis Daciæ filius, S. Canuti, erga Deū & viros ecclesiasticos sic fuit humilis & deuotus, vt sæpe rogaret eos, quatenus eum tempore & loco de suis defectibus reprehenderent. Causas ecclesiasticorum primo semper expediri fecit, Vnde semel contigit, Ioannem Abbatem sancti Bertini ingredi curiā Comitis in die Epiphaniæ. Cui Comes: Dn̄e Abba, quis pro vobis hodie cātat magnā Missam in ecclesia vestra? Abbas inquit: Dn̄e, sunt cētum monachi, poterit bene ab aliquo probo viro celebrari. Et Comes. Debebatis in Collegio vestro cū psallentibus psallere, & cum prādētibus epulari, & monachos

vestros recreare, qui in Dei seruitio laborauerũt. Nam ad hoc patres nr̃i vobis reditus assignarũt. Dñe, ait Abbas, necessitas me cogit, nã miles quidam nos opprimit. Respondit Comes; Sufficisset hęc mihi per chartam vel nuntium intimari: nam meum est defendere, & vestrum pro me Dominũ exorare. Vocato autem ad se milite, dixit illi: Per fidẽ, qua teneor Balduini Prædecessoris mei animæ, si plus de hoc audiero, faciam te bulliri, sicut ille fecit militem viduæ bona deprædantem.

TIT. LX. De honore dignitati sacerdotali debito.

EXEMPL. I. *Iaddo Pontifici Alexander Magnus propter Deum ipsum, cuius sacerdos erat, reuerentiam exhibet.*

Iosephus li.11. Antiq. Iud. c. 8. Ioa. Zonar. to. 3. Annal.

ALexãder Magnus, expugnata Gaza, Hierosolymã propere perijt. Iaddus vero Pontifex, postquã hoc audiuit, sollicitus hærebat inops consilij, nec inueniẽs quomodo Regem deberet excipere, iratum eo quod antea neglexisset imperata eius facere. Alexander.n. scriptis ad eũ literis petebat aduersus Darium Persarum Regem auxilium, & vt forum rerum venalium prębeeret exercitui, ac vt quę prius Dario conferre sit solitus, nunc det Macedonibus, prelata eorũ amicitia: fore.n. vt illum nõ pœniteat. Cumq; Pontifex nuntijs respondisset, sacramẽto se obligatum Dario, ne arma contra eum sumeret, idque ratum fore, quamdiu ille vixerit; iratus est Alexãder, minatusq; est mox se ducturum contra Pontificẽ. Ergo indictis populo supplicationibus & immolatis Deo victimis, ad opẽ eius confugit, illi publicam salutem cõmendans. Proxima deinde post sacrificium nocte, in somnis ei Deus apparuit, iubens vt bono esset animo, & coronata vrbe portas aperiret: vtque populus in albis vestibus prodiret obuiam; ipse vero cum reliquis sacerdotibus solemni cultu sui ordinis securi de Dei prouidẽtia. Experrectus autem ẽ somno, lætis ciuibus hoc oraculum indicat, & paratis omnibus, vt in somnis præmonitus fuerat, Regis aduentum præstolabatur: & cum renuntiatum esset eum iam nõ procul ab vrbe abesse, progressus est cũ sacerdotibus, & vrbana multitudine, pompa quadam noua & venerabili, vsq; ad locum, qui dicitur Sapha, quę vox speculam significat, quod ibi & vrbs & templũ in prospectu sit. Et cũ Phœnices, ac Chaldæi sperarent sibi licere, quidquid iratus Rex posset permittere, direptionem vrbis, & Pontificis exquisitũ supplicium, planè contrarium euenit. Alexander.n. vt vidit è longinquo cãdidatum populum, & sacerdotes ante agmen in amictu byssino, Pontificemq; in stola hyacinthina auro distincta, tiaram in capite gestantem, cum præfixa aurea lamina insculpta Dei nomine: solus ad eum accedẽs nomen illud adorauit, & salutauit Põtificem. Iudęis autem oĩbus vno ore Alexandrum consalutantibus, & in orbẽ cingẽtibus, Syriæ Reges, & reliqui obstupuerũt, vix credentes Regem mentis compotem: solus Parmenio propius accedẽs rogauit familiariter, quid ita, cum ipse adoraretur ab omnibus, nũc adoraret Iudæorum Pontificem: At ille non hunc se adorasse respondit, sed Deo, cuius Põtifex, honorem eum exhibuisse. Hunc.n. inquit, vidi & antea hoc ipso habitu, cum adhuc essem in Dio Macedoniæ, qui me deliberãtem, quomodo Asiam possem subigere, hortatus est forti esse animo, & sine mora exercitum traijcere. Nam suo ductu potiturum me Persarũ imperio. Quapropter, quia nunc primum talem habitum vidi, agnoscens hunc, & visionis memor, quæ me ad hãc expeditionem impulit, puto me non sine numine in Darium exercitum ducere, & breui fore victoriæ compotem: & sublato Persarum imperio, cessura mihi omnia èx sententia. Hæc locutus ad Parmenionem, & comiter complexus Pontificẽ, deducentibus sacerdotibus, in vrbem per-

peruenit, & ascendens in templum immolauit Deo, ex sacerdotis præscripto, ac Pōtifici quoq; suum honorē exhibuit: ostensoq; sibi Danielis libro, in quo Græcū quendā Persas debellaturum significat, hūc ipsum se esse interpretatus, lætus dimisit multitudinem.

II. *De honore à Constantino Imp. Episcopis & sacerdotibus delato.*

Eusebius Cæsariē. lib. 1. de vita Cōstantini Magni cap. 35. Diuini cus accipit impe. rii Constātinus. Epos colit & cōuiuio excipit. Constantinus iubet honorari sacerdotes.

CONstantinus Imperator omni genere laudis florentissimus, qui nō ab hominibus, neq; per hominem, sed cœlitus à Deo more sancti Apostoli, ad illius muneris administrationem vocatus fuit, Dei ministros accersere cultu, & obseruantia honorifice complecti, & tum re, tum verbis, tanquam viros Deo suo consecratos, humanitus excipere, & maxima beneuolentia prosequi cępit. Quippe licet homines fuerint, ipsius formæ habitu ad aspectum abiecti, ab eo tamen non eius generis existimati sunt: sed quia nō hominem, qui sub aspectum oculorum cadit, sed Deum ipsum, qui in eorum animis insidebat, considerare visus est, illos suæ mensæ fecit esse participes. Illos, quocunq; iter capiebat, secū ducebat; atq; ea de re, Deum, quem sanctè colebāt, sibi credidit fore propitiū. Inter leges quoq; quas ipse cōscripsit, sanciuit, vt ait Theodoretus lib. 1. cap. 2. deditq; in mandatis Presidibus Christianis, quos gentibus ac Prouincijs præfecit, vt sacerdotes honore afficerēt: illis autem, qui eosdem cōtumeliosè insectari aggrederentur, exitium minatus est.

III. *Valentinianus Imp. cogitur S. Martinum reuereri, sella diuinitus conflagrante.*

Ex Seuero Dialog. li. 2. cap. 6. Baron. to 4. an. 375. 2.

ANno Christi Redemptoris nostri 375. S. Martinus simul ac reatus est Turonensis Episcopus, ad Valentinianum Imperatorem se cōtulit: quid vero apud eum egerit, Seuerus narrat in hæc verba: Eodem ferme tempore, quo primum Episcopus datus est, fuit necessitas adire Comitatum. Valentinianus tum maior rerum potiebatur. Is cum Martinum ea petere cognouisset, quæ præstare nolebāt; iussit eum palatij foribus arceri. Etenim ad animum illius immitem ac superbū vxor accesserat Ariana, quæ totum illum à sancto viro, nec ei debitam reuerentiā præstaret, auerterat. Itaque Martinus vbi semel atque iterum superbū Principem frustra adire tentauit, recurrit ad nota præsidia: cilicio obuoluitur, cinere conspergitur, cibo, potuque abstinet, orationes diebus, noctibusque perpetuat. Septimo vero die adstitit ei Angelus, iubet eum ad palatium ire securum, regias fores quantumlibet clausas sponte reserandas. Imperatoris spiritum superbum molliendum. Igitur istiusmodi præsentis Angeli cōfirmatus alloquio, & fretus auxilio, palatium petit. Patent limina, nullus obsistit: postremò vsq; ad Regem, nemine prohibente, peruenit. Qui cum venientem eminus videret, infrendens, cur fuisset admissus, nequaquam assurgere dignatus est adstanti, donec regiam sellam ignis operiret, ipsumque Regem ea parte corporis, qua sedebat, adflaret incendium. Ita folio suo superbus excutitur, & Martino inuitus assurgit: multumque complexus, quem spernere ante decreuerat, virtutem sensisse diuinam emendatior fatebatur: nec expectatis Martini precibus, prius omnia præstitit, quam rogaretur. Colloquio illum atque conuiuio frequenter adsciuit: postremo abeunti multa munera obtulit; quæ vir beatus, vt semper paupertatis suæ custos, cuncta reiecit.

Valentinian. cōpulsus assurgere S. Martino

IV. *Quomodo B. Martinus dignitatem sacerdotalē Imperatorię pretulerit.*

Ex eodē lib. c. 25. Baron. to. 4 an. Christi 386. 21.

CVm idem Martinus ad Imperatorem Maximum, ferocis ingenij virum, & bellorum ciuilium victoria elatum, & plures è diuersis partibus Episcopi conuenissent, & fœda circa Principem omnium adulatio

tio notaretur, seque degeneris inconstantia regiæ clientelæ sacerdotalis dignitas subdidisset, in solo Martino Apostolica auctoritas permanebat. Nã etsi pro aliquibus supplicandum Regi fuit, imperauit potius, quam rogauit; & à conuiuio eius frequenter rogatus abstinuit dicens, se mensæ eius participem esse non posse, qui duos Imperatores, vnum regno, alterum vita expulisset. Postremo cum Maximus, se non sponte sumpsisse Imperium affirmaret; sed impositam sibi à militibus diuino nutu regni necessitatem armis defendisse, & non alienam ab eo Dei voluntatem videri, penes quem tam incredibili euentu victoria fuisset, nullumq; ex aduersarijs nisi in acie occubuisse: tãdẽ victus vel ratione, vel precibus, ad conuiuium venit, mirum in modum gaudente Rege, quod impetrasset. Conuiuio autẽ aderant, veluti ad diem festũ euocati, summi atq; illustres viri, Præfectus, idemque Consul Euodius, vir, quo nihil vnquã iustius fuit, Comites duo summa potestate præditi, frater Regis & patruus: medius inter hos Martini presbyter accubuerat: ipse autẽ, sellula iuxta Regem posita, consederat. Ad medium fere conuiuium (vt moris est) paterã Regi minister obtulit: ille sancto admodum Episcopo potius dari iubet, expectans, atq; ambiens, vt ab illius dextera poculũ sumeret. Sed Martinus, vbi ebibit, paterã presbytero suo tradidit, nullum scilicet existimans digniorem, qui post se biberet: nec integrum sibi fore, si aut Regem ipsum, aut eos qui à Rege erant proximi, presbytero prætulisset. Quod factum Imperator, omnesque qui tunc aderant, ita admirati sunt, vt hoc ipsum eis, in quo contempti fuerant, placeret: celeberrimumque per omne palatium fuit fecisse Martinum in Regis prandio, quod in infimorum Iudicum conuiuijs Episcoporum nemo fecisset.

Martin' prefert presby e rum Maximo Imperatori.

V. *Quanta veneratione Leo Imp. Danielem Stylitem sit prosecutus.*

ANno Christi Domini 464. Leo Augustus, cum plurimum eos coleret, quos Deo sciebat amicos, præ cęteris veneratus Danielẽ Stylitem (quem cum admirandũ vitæ institutum, tum frequentium miraculorũ editio, non vicinæ tantum Constantinopoli, sed reddiderant orbi notum) vna cũ Gennadio Patriarcha inuisit, qui ad eum ordinandum presbyterum perrexit, quod & præstitit, licet illo diutius reluctante. De quo hæc auctor in eius actis. Cum, inquit, non ingentes, qui sunt Imperij, sumpsisset spiritus; sed didicisset, quantum sit virtus Imperio præstantior: ipse quoq; Imperator ad eum ascendit, super columnam videlicet, & perinde ac si regium fastum, ac supercilium reliquisset inferius, & se exuisset, se quidem humi prosternit, tangit autem sacros illius pedes, quasi hoc faciendo magis honoraretur, quã quod esset Imperator: quos cum tetigisset, impletur admiratione, sicut prius Gelasius: erant enim illi pedes valde tumentes, & omnino scatentes vlceribus; eratq; simul horribile & miserabile, illos videre tangere. Tunc etiam Imperator donat eum basi geminarũ columnarũ, quas ipse posuit, duplicem etiã columnam nominans.

Ex Actis Danielis apud Surium 11. Decẽbr. Baron. to. 6 an. 464.

VI. *Leontius Episcopus egregia animi magnitudine Episcopatem dignitatem etiam contra Imperatricem defendit, & ab Imperatore laudatur.*

LEontius Tripolis Lydię Episcopus, natione Mysus, animo fuit ingenuo aduersus omnes, & ore libero. Quodam tempore concilio indicto, cum Eusebia Cõstantij vxor, superbia elata, ab Episcopis adoraretur: solus eam adulationem aspernatus domi mansit. At illa irritata, & animo inflammato, mittit ad eum expostulatum, pollicitationibus etiã hominem alliciens;

Suida historia in Leon to, pag. 526

alliciens; se ecclesiam illi maximã extructurã esse, & affatim pecuniæ præbituram, si se conueniret. Cui ille hoc modo respondet: Istorum quidem si quid Imperatrix exequi volueris, non tam mihi te scito, quã animæ tuæ gratum facturam. Si me vero ad te venire volueris, debita Episcopis reuerentia conseruata, vt ego quidem ingrediar; tu autem statim de sublimi isto solio descendens, reuerenter mihi obuiam procedas, & caput meis manibus supponas, benedictionem acceptura: ac deinde ego sedeam, tu verecunde adstes: cum iussero, signo dato, sessura: si hæ inquam tibi cõditiones placuerint, veniam ad te. Sin alio modo; non tam multa dabis, tam magna non poteris, vt nos honore Episcopis conueniente neglecto, diuinum sacerdotij institutum violemus. Quæ cum renuntiata essent, exarsit iracundia mulier, nõ ferendum rata Leontij responsum: & vehementer commota, & multum conquesta, multumq; muliebri bile, & leui ingenio minitata, rem marito exponit, eumque ad supplicium de illo sumendum instigat. Is vero ingenuum Leontij animum magis laudat: placataq; ira, vxorem in gynæceum ablegat.

Eusebia indignatio sedata à Constantio marito.

VII. *Qua occasione Totila sit veneratus Cassium Episcopum Narniẽsem.*

Greg. lib. Dialog. 6. 6.

NEque hoc loco prætereunda veneratio à Totila Cassio Narniensis ciuitatis Episcopo exhibita: tempore namque Gotthorum, cum Præfatus Rex Totila Narnijs venisset: ei vir vitæ venerabilis Cassius eius vrbis Episcopus occurrit. Cui quia ex conspersione semper facies rubere consueuerat: hoc Rex Totila non conspersionis esse credidit, sed assiduæ potationis, cumque omni modo despexit. Sed omnipotens Deus, vt quãtus vir esset qui despiciebatur, ostẽderet: in Narniensi campo, quo Rex aduenerat, malignus spiritus corã omni exercitu eius spartarium inuasit: eumq; vexare crudeliter cœpit. Qui cum ante Regis oculos ad venerandum virũ Cassium fuisset adductus: hunc ab eo vir Domini oratione facta, signo crucis expulit, qui in eum ingredi vlterius non præsumpsit. Sicque factum est, vt rex barbarus seruum Dei ab illo iam die veneretur ex corde, quem despectum valde indicauit ex faciem. Nam quia virum tantæ virtutis vidit, erga eum illa mens effera ab elationis fastu detumuit.

Totila Gotthorũ Rex sacerdotes Dei veneratur.

VIII. *De cultu, quo Alaricus Rex prosequutus est Episcopos in Gallia.*

DE cultu Alarici Regis Gotthorũ, quo prosequebatur sanctos Orthodoxos Episcopos, dum in Gallijs esset, hoc exemplo significandum est: Alaricus quantumlibet Arianus esset, tamen sanctos Antistites Catholicæ cõmunionis coluit & frequentauit officijs, eos præsertim, quos editione miraculorum Deo gratissimos sentiebat, vt inter alios S. Remigium Remensem Episcopum. Ad hunc enim cuiusdam Benedicti sui regni nobilis viri filiam arreptitiam curandam misit, quã Sanctus diuina virtutem non solum à dæmone liberauit, sed etiam defunctã reuocauit ad vitam. Cuius rei causa eius parens Benedictus villam quandã Remensi ecclesiæ dono dedit. Eius quidem ruris dum meminit idem S. Remigius in suo testamento, attigit hæc oĩa verbis istis: Et eas res, quas in Prouincia Benedictus quidã (cuius filiã mihi ab Alarico missam gratia sancti Spiritus per impositionem manus meæ peccatricis non solum à diabolicę fraudis vinculo, sed ab inferis reuocauit) ad vsum luminis (Remensis ecclesiæ.s.) & loci, vbi corpus meum iacuerit, continuatim deseruire præcipio.

Baro. to. 6 annal. ad an. 5 7 2.

Alaricus Arianus coluit S. Remigium.

Apud Brisson. 8 formul.

IX. *Vt Cæsarium Episc. Arelatensem Rex Theodoricus venerabatur.*

OB monasterium sacris virginibus à Cæsario Episcopo Arelatensi erectum inuidiæ facibus inflammatus sathan, in eum accusatione conficta, id effecit, vt Rauennam vtque sub custodia

[B]aro to. 6 anna.

dia pertraheretur ad Theodoricũ Regem: vt impleretur etiam in illo, quod habet Scriptura diuina: Tanquam aurum in fornace probauit electos Dñs. Venit ergo in palatium ad Theodoricum Regem, eumq; intrepidè salutat. Cernens Rex eũ nihil formidantem, & aspectu venerabilem, reuerenter ei assurgit, eumque, depositis capitis ornamentis, clementer resalutat. Deinde placidè sciscitatur ab eo de labore itineris, de Gothis suis, & Arelatensibus. Postea egresso sancto Pontifice, Rex ad suos ait: Non parcat illis Deus, qui tantæ sanctitatis & innocentiæ virum frustra cõpulerunt tam prolixum iter conficere. Quantus ille sit, vel hinc liceat animaduerti, quod cum ad salutandum me ingrederetur, totus contremui, vidiq; in eo angelicũ vultum, vidi virum Apostolicũ: prorsus nefas puto de tã venerabili viro quidquam durius statuere, aut malè de eo sentire, Deinde beato viro in hospitium ingresso, misit idem Rex magni pretij discum argenteum librarum plus minus sexaginta, & cum eo solidos trecentos, iussitq; illi sic dici: Accipe, sancte Episcope: rogatque te filius tuus Rex, vt vasculum istud pro munere tua beatitudo dignetur suis vsibus pro ipsius memoria reseruare. At vir sanctus, qui præter cochlearia nihil vmquam argenti ad suæ mensæ vsum adhiberi passus erat, tertio inde die per ministros suos discum prius æstimatum iussit publicè vendi; cuius pretio multos redemit captiuos. Illico Regis satellites ad eum referunt, se vidisse regium munus palam prostare, eoque distracto sanctum Episcopum multos è captiuis liberasse. Tam enim ad eius hospitium ingens confluebat pauperum multitudo, vt præ miserorum suas calamitates exponentium densitate, vix ad salutandum eum pateret accessus. Vidimus vero etiam per plateas miserorum immensos greges cursitare euntium ad virum Dei, atq; reuertentium. Postquam autem rem ab eo gestam comperit Theodoricus Rex, tanta eum laude & admiratione prosecutus est, vt in eius palatio seruientes Senatores ac proceres certatim offerrent beato viro munera, quæ eius manibus dispensarentur; magno Dei beneficio id sibi præstitum affirmantes, quod talem Antistitem digni fuissent conspicere, qui ipsorum temporibus dictis & factis germanum se Apostolorum successorem, & verè Apostolicum declararet.

X. *Diuus Franciscus plus honoris deferebat Sacerdoti, quam sancto è cælo venienti.*

DE sancto Francisco Minorum parente scribunt aliqui, dicere eum solitum, si cui sanctorum è cęlo in terram delapso, & cum illo simul sacerdoti forte occurrisset, prius se sacerdotis manibus osculum daturum, deinde reuerentiam facturum sancto: plus se debere illi significans, qui Chisti in terris vicẽ gereret, quã illi, quẽ iam cum Christo in cœlis regnare cognosceret. *D. Bona. in vita sius c. 4.*

XI. *De Sacerdote malo etiam honorando ob ministerij dignitatem.*

FErtur in narrationibus Patrum, vidisse laicum quendam suis oculis sacerdotem ecclesiæ, quam frequentabat, in crimine adulterij deprehensum adijsse eum tamen fidenter, & absque vlla dubitatione, cum postero die sacrificaret, vt ex manib. eius sanctam Eucharistiã acciperet: postquam vero accepisset, petijsse ab eo, vt frontem, quã habebat leprosam, cruce signaret. Quod cũ fecisset, leprã quidem tamquã squamam excidisse, frontem vero sanam, & nitidam apparuisse. *Francisc. Turian. lib. 2. de Hierarc. ordinationibus ministrorũ eccl. Cathol. c. 24. ex lib. 2. Theoleptus Episc. Philadelphia*

XII. *De legibus pro honore, immunitate, & annona sacerdotum à Constantino Magno conditis.* *Theodor. li. 4 c. 12 & 11. hist. eccl. Vide Bred. li. 5. c. 68.*

LEgem tulit Constantinus Imperator (si credimus Theodoreto) qua de-

decernit plurimum honoris deberi hominibus in Sacerdotali dignitate constitutis, interitum interminatus horum insectatoribus.

XIII. *Iustinianus Imperator quanti faciat sacerdotium.*

In l. nos semper, de Episc. et cleric. IVstinianus Imperator iudicans Sacerdotium primas tenere, & in honore ab Imperatoribus etiam ipsis sedulò habendum, ita præfatur: Maxima quidem in omnibus sunt dona Dei à superna collata clementi•, Sacerdotium & Imperium illud quidem diuinis, ministrans, hoc autem humanis præsidens, ac diligentiam exhibens, ex vno eodemq; principio vtraq; procedentia humanam exornant vitam. Ideoq; nihil sic erit studiosum Imperatoribus, sicut Sacerdotum honestas, cum vtiq; & pro illis ipsi semper Deo supplicent: Græce pro Sacerdotum honestate, habetur, ἡ τῶν ἱερέων σεμνότης hoc est, Sacerdotum maiestas, auctoritas, veneratio, reuerentia, ac grauitas.

TIT. LXI. De Dignitate sacerdotali ornatos non esse iniuria, aut molestia vlla afficiendos.

3. Reg. 13. *Ieroboam amoto antiquo, & vero Dei cultu, constituens sacerdotes de extremis populi reprehenditur à Propheta, in quem cum manum extenderet, mox aruit, nec nisi in oratione illius Prophetæ in pristinum vigorem restitui potuit.*

3. Reg. 19 4. Reg. 9 *Impia Regina Iezabel, quæ occidit Prophetas Domini, & Eliæ mortem interminata fuerat, funesto interitu pœnas luit.*

2. Mach. 4. *Andronicus Oniam Pontificem dolo occidens, postea purpura exutus, totamque per ciuitatem circumductus, in eodem loco, in quo Oniam interfecerat, occiditur.*

EXEMP. I. *Subdiaconus Victori Papæ venenum propinans in sacro calice, à dæmone corripitur.*

ANno Redemptoris 1055. Victor Papa II. primo sui Pontificatus anno, horrendam plane passus est proditionem, cum ad eius interitum immissum est venenū (dictu pauendum) in sacrum calicem. Deus tamen duplici miraculo, ne Pontifex biberet, obstitit, & tanti sacrilegij auctorem detexit. Lambertus rem gestam sic describit: Huic, nempe Victori Papę, Subdiaconus toxicum in calicem misit. Quem cum ipse post consecrationem leuare vellet, nec posset: à Domino causam facti inquisiturus, cum populo ad orationem prosternitur, statimque toxicator à dæmone arripitur. Ita igitur causa manifestata, Dominus Papa calicem cum sanguine Dominico cuidam altari iussit includi, & pro reliquijs in perpetuum cōseruari. Deinde iterum cum populo tamdiu ad orationem prosternitur, quousq; Subdiaconus à dæmonio liberaretur. *Baro. to. 11. Annal. ad an. 1055 28.*

II. *Cincius Romanorum Præfectus Greg. VII. ab altari abripiens morte subita perit.*

ANno Christi 1075. cōtigit Papam Gregor. VII. per immissionem sathanæ grauissima pulsari aduersitate. Quidam vrbis præfectus Romanæ, Cincius nomine, & generis claritate, & opum gloria eminens valde in tota Italia, multa in possessionibus Romanæ ecclesiæ præter leges faciebat. Perlata ad Papam querimonia; cum eum sæpius modestè corriperet, nec quidquam proficeret secreta correptio, tandem excommunicauit eum, arbitrans hoc saltem modo improbitatem eius coercendam fore. Hinc ille maiori dementia efferatus, ipsa nocte Natalis Domini, cum armatis inopinatò irruit in ecclesiam, in qua Papa vestimentis pōtificalibus indutus sacro altari astabat, Missarum solemnia celebrans, inie- *Lamber. Scafnaburg. an. 1076. apud Baro. to. 11. 1075. 33*

iniectaque (quod dictu quoque nefas est) in capillos eius manu, multis contumelijs affectum de ecclesia protraxit, & priusquam vulgator per ciuitatem rumore, populus frequens auxilio cōcurret, in domum quandā munitissimam abripuit. Fama tam atrocis facti totam illico repleuit vrbem, vndiq; ad arma conclamatur. Diuites & pauperes, nobiles & ignobiles omnes vno animo accurrere, atq; in ipso statim orientis diei crepusculo domum Cincij oppugnare summa vi aggrediuntur, & nisi ille mali, quod imminebat, haud improuidus, Papam dimittere maturasset, domum ipsam, peremptis omnibus, qui in ea erant, à fundamento euertissent. Papa interueniente, concitatæ multitudinis furor vix & ægre compressus est. Romani, quod factum fuerat grauiter nimis, & indignè ferentes, omnia, quæ Quintij erant, tam intra muros, quam extra, ferro & igne demoliti sunt.

III. *De diuina vltione barbarorum tempore Iuliani Imp. in seruos Dei sæuientium.*

Theodoret. Eccl. hist. li. 3. c. 6. IVlianus Imperator impietati fręna laxans, vnà cum suis scurrarum more petulanter & contumeliose sanctos insectabatur, nullum genus conuitij & probri prętermittens, in veræ pietatis professores. Abstulit deinde congiaria sacerdotibus à Cōstantino Magno donata Ascaloni, & Gazæ, quę sunt vrbes Palæstinæ, primum virorum sacerdotij dignitate exornatorum, & mulierum perpetuam virginitatem professarum ventres discindunt; deinde replent hordeo: ad extremum eos porcis deuorādos obijciunt. Sebastæ item, quæ est vrbs ditioni gentis subiecta, Ioannis Baptistæ tumulum aperiunt; ossa tradunt igni absumenda, & eorū cineres passim dispergunt. Scelus autem ab illis in Phęnicia patratum, quis est, quæso, qui sine lacrymis possit commemorare? Nam Heliopoli, quæ est vrbs Libano finitima, execrabiles isti gentiles recordati facinoris Cyrilli Diaconi, qui regnante Constantino diuino quodam zelo accensus, multa simulacra, quæ in ea vrbe colebantur, confregerat; non modo eum interfecerunt, verum etiam dissecto ventre iecur eius degustare non sunt veriti. Verum Deum oīa cōtemplantem hoc celare nō poterant, sed debitas sui maleficij pœnas ei dederunt. Nam quotquot illius sceleris labe inquinati sūt, primum amiserūt dentes, quia pariter omnes ad-[illegible] excidebant: deinde linguas perdiderūt, quæ putredine labefactę ex ore effluebant: postremo oculis orbati sunt; quorum calamitatibus veræ pietatis vis clarè prædicata est.

IV. *De Nantini Comitis vltione ob iniurias viris Ecclesiasticis illata.*

NAntinus Comes Engolisimensis cum in sancta loca, in Heraclium Burdegalensem Episcopum, aliosque Dei ministros mala multa patrasset, vltimo ipse elogio, quid pateretur ob scelera perpetrata, testatus est; ait enim Gregorius: Post paucos menses à supradicto morbo (peste scilicet, qua obierat Austregildis Regina impia) Nantinus Comes corripitur. Qui nimia exustus febre, clamauit, dicens: Heu heu, ab Heraclio Antistite exuror; ab illo crucior: ab illo ad iudicium vocor. Cognosco facinus: reminiscor iniustè iniurias me intulisse Pontifici: mortem deprecor, ne diutius crucier hoc tormento. Hæc cum maxima in febre clamaret, deficiente robore corporis, infelicem animam fudit, indubia relinquens vestigia hoc ei ad vltionem beati viri venisse: nam exanimū corpus ita nigredinem duxit, vt putares eum prunis superpositum fuisse combustum. Ergo omnes hæc obstupescant, admirentur, & metuant, ne inferant iniurias sacerdotibus; quia vltor est Dominus seruorum sperantium in se. *Greg Turon. lib. 5. hist. Frāc. c. 3 Bar t 7. an. 583.*

v. De

v. *De spoliatione S. Elphegi Archiepis. Cantuariensis flamma cælesti vindicata.*

Osber in vita S. Elphegi apud Sur. to. 2. 19. Apr. & Baro. to. 11. 1006 5. Apr et Baron. to. 11. 1006. 5.

ANno Domini 1006. ab aduentu Anglorum in Britanniam 578. anno suæ ætatis 52. Elphegus Archiepiscopus Cantuariensis effectus est. Cumq; iter versus Romam pro pallio habendo arriperet, & quoddam oppidum hospitandi gratia intraret, oppidani hominem incognitum videntes, & auaritiæ suæ cõsulentes, in domum irrumpunt, res eius diripiunt, eumque omni suppellectili priuatum verbis & verberibus exire compellunt. At ille iniurias suas leniter ferens, suorum vero mediocriter dolens, via qua venit regreditur. Necdum ab oppido longè recesserat, & ecce horrendæ voces mœnia corripiunt, quæ ciuibus & ædificijs celerem nunantur ruinam. Nec mora, vorax flamma oppidum consumere cœpit: cumq; ignis vehementer excresceret, nec euadendi spes aliqua fuisset, virum sãctũ adeunt, fatentur delictum, veniam petunt. Mox sanctus ille compatiens preces ad Dominũ fudit, & ignis molestiæ protinus extincta cessauit. Restitutis ergo Episcopo rebus suis, acceptoque à Papa pallio, domum prosperè regreditur.

vi. *Gotthis S. Maxentium ferire conantibus brachium obriguit.*

Greg Turon. lib. 2 c. 37. apud Baro. tom. 6 an. 507.

ANno Redemptoris nostri 507. quo tempore Alaricus Gotthorũ Rex vastabat omnia in Gallia, erat tunc vir laudabilis sanctitatis Maxentius Abbas reclusus in monasterio suo, ob Dei timorem, intra terminum Pictauiensem: cuius monasterij nomen lectioni non indidimus, quia locus ille vsq; hodie Cellula S. Maxentij vocatur. Cuius monachi cum hostium cuneum vnum in monasterium cernerent propinquare, Abbatem exorant, vt de cellula sua egrediatur ad consulendũ eis. Illoque demorante hi timore perculsi, eum aperto ostio producunt de cella sua. At ille in occursum hostium quasi pacem rogaturus pergit intrepidus. Vnus autem eorum euaginato gladio, vt in caput eius libraret, manus ad autem erecta diriguit, gladiusque retrorsũ ruit. At ille ad pedes beati viri, veniam deposcens sternitur. Quod videntes reliqui, cum timore maximo ad exercitum redierunt, timentes ne & ipsi pariter interirent. Huius vero brachium beatus confessor cũ oleo benedicto contrectans, imposito signo Crucis, restituit sanitati, eiusque obtentu monasterium permansit illæsum.

vii. *Valentis Imp. cubicularius malè tractans Aphraatem orthodoxos in vera religione confirmantem, mente capitur, & feruentibus balnei aquis suffocatur.*

Niceph. Call. hist. Eccl. li. 11. c. 25. Theodoret. li de Amatoribus Dei cap. 26. Io. Naucle. vol. 2 gener. 13.

EX cubicularijs Valentis Imp. quidam, qui sanctum virum Aphraatem propter animi temeritatem grauius tractauerat, in balneum cõfestim ingressus, vt principi lauationem præpararet, mente captus, & in calidas aquas delapsus, ibi vitam finiuit. Imperator aliquamdiu expectans, & extrahi ea mora tempus quærens, alijs causam eius rei inquisitam sibi renunciare præcepit. Qui cum & venissent, & omnia circumspexissent, illum in calidis vndis morte frigida peremptũ repererunt. Quod vbi Imperator cognouit, opus id quidẽ petulãtis, Aphraati sancto illatæ iniuriæ & contumeliç esse rectè arbitratus est. De impio autẽ dogmate eundem, iuxta indurati cordis Pharaonem, retinuit animum.

viii. *De pœna puellis inflicta inhonorantibus Iacobum Nisibitam.*

Theodoret. ĩ hist. SS. Patrũ cap. 1.

NIsibis est ciuitas in confinio regni Romanorum, & Persarum, quæ olim Romanis erat vectigalis & eorũ parebat imperio. Ex ea ortus magnus ille Iacobus solitariam vitã amplexus venit in Persidem, visurus plantas veræ religionis, & ei quam par erat curam

ram adhibiturus. Cum is autem fontem transmitteret, puellæ quædam, quæ pannos lauabant, & vestes pedibus emundabant, ne nouum quidem, & qui decentem præ sese ferebat grauitatem, sunt reueritæ habitum: sed exuto pudore, & perfricta facie, & impudentibus oculis diuinum hominem aspiciebant, neq; capita operientes, neq; vestes quas succinxerant demittentes. Hoc cum ægrè tulisset homo Dei, & vellet Dei virtutē in tempore ostendere, vt facto miraculo liberaret ab impietate, fontem quidem est execratus, & fluentum cōfestim euanuit. Puellas quoq; est execratus, & impudētem earum iuuentutem castigauit canis ante tempus inductis: & sermonem factum est consecutum: mutatusq; est nigror pilorum: & similes eua serunt nuper plantatis arboribus, quæ vere circumtectæ sunt folijs autumnalibus. Eæ autem cum sic sensissent supplicium (nam & fontis fluenta effugerant & sua inuicem capita intuentes videbant repentinam illam mutationem) cursu ad vrbem cōtenderunt, renunciaturæ illud quod acciderat. Illi autē cum accurrissent, & magnum Iacobum offendissent, rogauerunt vt iram compesceret, & supplicium remitteret. Ille autem non diu cunctatus Domino quidem preces obtulit; fluenta autem rursus scatere iussit. Illa vero mox rursus è suis emanarunt penetralibus, iustis deriuata nutibus. Illi autem cum hoc impetrassent, petebant vt filiarum quoq; suarum crinibus color suus redderetur. Aiunt autē eum hoc quoq; concessisse, requisijsse autem puellas, quæ illam acceperant disciplinam, & quoniam non venerunt, reliquisse supplicium, documentum temperantiæ, & argumentum moderationis, & diuinæ virtutis perpetuum & euidens monumentum.

TIT. LXII. De cœlibatu seu castitate ecclesiastica.

Iudæi comesturi agnum paschalem renes suos accingebant. Quo significabatur vt Gregorius exponit, debere eos carnis voluptatem edomasse, qui agnum paschalem comedunt. Exodi 12

Moses & Aaron ad gubernationem populi Israelitici sacerdotalē, pariterque propheticam, simul ac vocati fuissent, carnali protinus suarum fœminarum cohabitationi etiam licitæ extremum vale dixisse legimus.

EXEMP. I. *Dunstanus loco Clericorum non seruantium castitatem substituit castos Religiosos, & factum diuinitus defenditur miraculo.*

Tempore Ottonis Imperatoris IX. circa annum Redemptoris 970. ordo clericalis plurimum erat corruptus, & carnis voluptatibus plus æquo deditus. Quod malum Dūstanus Cantuariensis Archiepiscopus corrigere cupiens, auctoritate Ioannis Apostolicæ sedis Antistitis apud Regem obtinuit, quatenus Canonici, qui castè viuere nollent, ecclesijs quas tenebant depellerentur, & Monachi loco eorum intromitterentur. Cum vero Clerici aduersus sanctum Dunstanum reclamarent, expulsos ipsos, & subrogatos loco ipsorum monachos, Calnę Synodus constituitur, vbi cum in cœnaculo, absente Rege propter imbecillem ætatem, considentibus totius regni Senatoribus magno cōflictu hinc inde allegantiū res ageretur, & Dunstanum quasi ecclesiæ murum multorum iacula conuiciorum impeterent, nec vincerent: solarium subito totum, quo considebant, cum axibus dissoluitur, & trabibus; omnibusque interim truculenter elisis, solus Dunstanus stans super vnam, quæ superstes erat, trabem, absq; læsione euasit. Cæterum om- *Epiph. hæres 78 Gregor. Naz. in Ezech.*

om-

omnes partis aduersæ, vel examinati sunt, vel languore perpetuo sunt detenti. Hoc miraculum contulit pacem beato Dunstano, & Monachis ab impetu Clericorum & aliorum, gratia hæc & similia operante diuina.

II. *Etheluuoldus loco Canonicorum cum fœminis conuersantium substituit Religiosos.*

EAdem tẽpestate præsidebat Vventanæ Ecclesiæ Ethuuoldus vir eximiæ sanctitatis, & educatione patris Dunstani non parum insignis. Hic cognita de Canonicis Ecclesiæ suæ, quod nimium sęculares existebant, voluntate Dunstani, monuit eos semel & sæpius mores & actus mutare, correctioris vitæ semitas relictis fęminis arripere. At in præsentiarum quidem id sibi possibile esse negantes, voce coruina semper in crastinum correctionem sui pollicebantur. Quod ipse gnarus non diu sustinuit. Paratis namq; quam plurimis monachorum cucullis, die quo Communio, Seruite Domino in timore cãtabatur: chorum intrauit, vestes, quas parauerat, secum deferri faciens. Et proiectis illis in medium, Canonicis ait: Animaduertisti quid modo cantaueritis? Animaduertimus, inquiunt. [Igitur inquit, si seruire Domino in timore, & ei vultis exultare cum tremore: apprehendite disciplinam,] vestẽ scilicet monachalem, [ne pereatis] sicut cantastis [de via iusta.] Ad quod illi obstupefacti, more solito inducias petunt: id se facturos in futuro promittunt. Tũc ille: Mihi credite, amplius non credã huic vestræ responsioni coruinę; sed aut disciplinã in pręsenti apprehendetis; aut loci istius beneficijs & conuersationi hinc eliminati iamiam cedetis. Itaq; nonnulli ex illis statim, abiecto clericali habitu, monachi facti sunt, ceteris verbo Pontificis de ecclesia eliminatis. Ceterum quia isti qui nouiter fuere conuersi, regularis disciplinæ normam sine aliorum magisterio doctè seruare nequibant: monachi de Abendonia illuc ab eodẽ Põtifice adducti sunt, qui monasticę institutionis tramitẽibi docerent.

III. *De castitate Episcopi Toletani miraculo insigni confirmata.*

ANno Dominicæ incarnationis 530. Toleti sub Amalarico Rege Concilium celebratum est, cui præfuit Montanus: Qui, vt loquitur D. Isidorus post Celsum fuit Toletanæ sedis metropolitanus Episcopus, vita & eruditione clarus. Is antiquissima fideliq; relatione narratur, ad propulsandam coniugalis conuersationis infamiam, cãdentes prunas tãdiu tenuisse veste, dum sacrum perageret, eoque peracto, nec prunæ ignem nec vestis inuenta est amisisse decorem.

Io. Vasæi Chron. Hisp. ad an. 530. Montani Ep. pudicitia miraculo purgata.

IV. *De Abbatis castimonia per ignem probata.*

COnsimile huic scribit Leontius Cyrorũ Episcopus in vita S. Ioannis Eleemosynarij, non longe à calce eius vitæ: Porphyria.n. prius fornicaria, cũ ab Abbate conuersa, & quasi in quodã salutis asylo cohabitaret, incidit in suspicionẽ temerarię plebi, quasi ab Abbate filiũ genuisset, quẽ nec ipsa genuerat, sed abiectum collegerat. Coram igitur centum & eo amplius testibus, is Abbas in suæ, ac mulieris castitatis testimoniũ adferri prunas iussit: euoluit autem eas in proprium vestimentum, quod nulla prorsus, parte ambustum est, oĩbus id admirantibus.

Leontius in vita S. Ioa. Eleemosynarij.

V. *Simplicij Episcopi cum vxore habitantis castitas manifesto prodigio declaratur.*

ACcedit insigne aliud exemplum apud Gregoriũ Turonensem in hæc verba: Simplicius perpetuã cũ vxore castitatẽ seruauerat; electus autẽ in Episcopum, domi virginem adhuc vxorem fouebat, vti sororem. Die igitur Natalis Domini, commotis ciuibus aduersus virginem, per inanem suspicionem, sic ad illam locuti sunt:

Gregor. Tur. de Gloria Confess. cap. 76.

Incredibile est, mulierem viro iunctam pollui non posse; sed nec vir potetit artubus mulieris iunctus à coitu abstinere. His commota virgo sanctissima adit Pontificem simili castitate pollentem, arculamq; tunc, vt fieri solet pro rigore hyemis, carbonibus plenam penes se habens, accita famula, expansoq; pallio, prunas ardentes suscipit, & fere horæ vnius spatio tenens sacerdoti postea sic ait: Accipe & tu mitiorem solito ignem, nequaquam tuis velaminibus nociturum: suscipiente vero Pontifice, nihil offensum est velamen eius ab igne. Credidit tunc incredula gens, atque supra mille sacro Baptismate sunt initiati.

VI. *Cur continentes tantum præficiantur Ecclesiæ.*

Iustiniani Imp. l. nossiper, c. de Episc. & Cler.

NOs semper omnibus modis sacrosanctis Ecclesijs prouidentes in honore & gloriam sanctæ, incorruptæ, & consubstantialis Trinitatis, per quā seruari tum nos ipsos, tum rempublicam persuasi sumus, sequentes doctrinam sanctorum Apostolorum, de eo quod debent eligi integerrimi & incorruptissimi sacerdotes, qui quidem ea re maxime cōstituuntur, vt suis precibus beneuolentiam Dei clementissimi reihuspublicis acquirant, præsenti constitutione sancimus. Nam si sancti & gloriosi Apostoli sacerdotium à Domino Christo Deo nostro accipientes, & omnibus bonis terram implentes, suamque doctrinam omnibus tradentes, ne suæ quidem in hoc mundo concessæ vitæ, vt saluti nostræ inseruirent, pepercerunt; an non æquum est, eos, qui in illorum munus succedunt, & sanctis Ecclesijs sacerdotes præsunt, puram atq; incorruptam vitam agere & opes atq; pecunias pro nihilo ducere; vitamq; suam omnem ad clementissimum Deum referre ac dirigere; Par est igitur eiusmodi sacerdotes eligi, & creari, quibus neque liberi sint, neq; posteri, propterea quod is, qui huius vitæ curis & sollicitudinibus afficitur, quas liberi, vt qui maximè parentibus adferunt, eius omne studium & cogitatio in Dei cultu, & rebus Ecclesiæ versari non potest. Cum enim quidem adducti spe, quam in Deo positam & constitutam habent, tum aurem vt suorum animorum saluti consulant, ad sanctissimas Ecclesias cōfugiant, suasq; opes ac facultates ob eam causam ijs adferant, & relinquant, vt in pauperes & egenos, aliosq; preterea pios vsus impendantur; Absurdum esset, minimeq; conueniens, si Episcopi in proprium lucrum, prædamq; eas pecunias reuocarent, aut in proprios liberos & sanguineos impenderent; oportet enim Episcopum nulla erga eos liberos, qui carne & corpore parantur affectione & studio præpeditum, omnium fidelium animos parentis charitate, & beneuolentia comprehendere. His igitur de causis eos, qui liberos & posteros habent, creari Episcopos prohibemus. De cœlibatu Sacerdotum, & quod coniugati ad clericatum & gradus ecclesiasticos nullo modo admittantur, videre licet plures leges & constitutiones in Authen. de monach. collat. 1. tit. 6. §. Si quis autem. In Authent. de sanctiss. Episc. coll. 9. tit. 15. §. Clericos autem.

VII. *Abissini suspiciunt in sacerdotibus Romanæ Ecclesię castimoniam.*

Ex annuis Soc. Prouincia Goana an. 169.

ABissini Æthiopes (vt scribunt ij qui in locis illis versantur) in Sacerdotib. Christianis prę cæteris suspiciunt castitatem, cum eorum religiosi, quos habent plurimos, sint impurissimi. Ipse Rex fratri suo Proregi Tigræ colloquens, eosdem ecclesiæ Romanæ Sacerdotes Angelos esse asserebat. Antistes quidam religiosus, Reginæ, seu Imperatricis magister, cum esset apud Reginam cum nostris, percunctantus est, quo vterentur remedio, quave medicina, vt sic essent casti. Cū responsum esset adhiberi orationes, pęnitentias, & sedulam sensuum custodiam; illa, inquit, ratione tuto tale moni-

le:

le seruatur. Placuit responsum Reginæ:nec immerito,nam etsi nemo continens esse possit, nisi Deus det; Deus tamen continentiam nostram non seruat, nec nos insanis concupiscentiæ moribus liberat, nisi & nos ipsi opportunis præsidijs iuuare conemur.

VIII. *Diaconos etiam debere seruare castitatem.*

Alphonsus à Carthagena in Anacephal. Reg Hisp. c. 52.

VEremundus huius nominis primus,filius Bilmarai filij Alphonsi cognomento Catholici, in Regem Hispaniarum electus est anno Dom. 783. Qui postea regnũ sponte dimisit, recolens se olim ordinẽ Diaconi suscepisse, & consobrinum suum Alphonsum, qui ad Nauarros confugerat, reuocauit, & in regno substituit successorem, & cum eo alijs quatuor annis & sex mensibus dulcissimam duxit vitam,& communi morte vitam finiuit, cum vxore sua Imelone, quam à se propter conscientiam ordinis sacri separauit, relictis ex ea duobus filijs paruulis,Ranimiro & Garsia.

TIT. LXIII. De vita honesta Clericorum.

EXEMP. I. *Frugalitas Pij II. Pontificis.*

Platina in vita Pij II. & Hieron. Plat. de Card. c. 13.

LAudabile est quod de Pio II. Pontifice legimus;cuius tum alię multæ virtutes feruntur,tũ hæc ipsa,quod mediocri cibo vti solitus esset, nó lauto, non delicato, eoque semper fuisse contentum,quod apponeretur,quodcunque esset: vino vero parcissimè vsum,eoq; bene diluto. Mensam artificiosam ita cõtempsit, vt apparatu non pontificio,sed humili ac propè rusticano sit vsus. Inter edendum de studijs bonarum artium loquebatur, memoriam veterum repetens.Eius voluptas omnis, qñ à munere publico vacabat, in lectione & scriptione frequenti reposita erat.Libros plus quam saphiros & smaragdos charos habuit, quibus chrysolitorum magnam copiam inesse dicebat. Rara veste vtebatur, & argento, frugali magis quam regio.

II. *Vita exemplaris Cardinalis Cæsarini.*

Hieron. Plat. de dignit. et off. Cardin c. 13

DE Iuliano Cæsarino Cardinale illud memoriæ proditum est, fere illum in suis vestibus cubitasse,interulam intimam,nõ ex lino, sed ex panno gestasse, longa exercuisse ieiunia, omnibus sextis ferijs pane, & aqua ieiunasse;quotidie Missam celebrasse. Denique vt hoc etiã addamus,ita in eleemosynis profusum fuisse, vt à suis alter Martinus appellaretur.

III. *S. Caroli Borromæi Cardinalis victus, vestitus.*

Hieron. Plat. de dignit. Card. c. 15. & 16

REcẽtius & illustrius est de Carolo Borromæo, quã vt hoc loco commemorãdum videatur. Sed tamen sic tradunt eius familiares,quotidianis illum pœnitentiæ incrementis eo tandem peruenisse,vt quotidie pane & aqua ieiunaret, exceptis Dominicis ac festis diebus:in qua ille seueritate diu durauit,vsq; ad extremum vitę diem; immo vero aliquanto ante obitum ipsos etiam festos dies nõ parum restrinxerat, ad sola se legumina aut olera, fructusve arborum redigens. Quare cum Gregorius XIII. pro suo officio, peculiari Breui ad eum scripto,non solum hortatus esset,sed etiam pręcepisset, vt rigorem hunc temperaret; respondit Cardinalis, se paratum quidem obedire, sed tamen experientia cognouisse, eam inediam valetudini quoq; conferre,ad exsiccandam pituitam,qua abundabat.Quo argumento permotus Gregorius, suo illum iudicio,arbitrioq; permisit. Omnem supellectilem alicuius pretij, conopæa, aulæa,aliaq; eius generis abs se remouit. Vestibus vtebatur exterius quidem, vt Cardinalis; interioribus vero ex simplici panno,& tela,quin etiam cubicularis amictus ex panno erat cinericio,rudi, & crasso. Quã ipsam vestem quatuordecim totis annis nunquam

mutauit; multaq; alia eiusmodi, quæ non est necesse referri, quia noua sunt, & recentia, constanter vsque ad mortem seruauit.

IV. *S. Nicolai Episcopi vitæ ratio.*

Sur. in eius vita 6 Dec. vbi hæc fere verbu permutauit.

D. Nicolaus Episcopus Myrensis factus (licet pristini eius mores accurata castigatione essent compositi) haud tamen ignorans, aliã esse priuati hominis rationem, aliã magistratum gerentis, vitam omnem, moresq; pro dignitate transformandos putauit. Igitur vnica in die refectione, eaq; vespertina contentus, totum diem publicis negotijs studiose impendebat. Inter cenandum nunquam sacrorum librorũ aberat lectio, vel certè aderant sacerdotes eruditione, & vita probati à quibus suauiori aliquo animi cibo alebatur. A mensa in cubiculum se recipiens, totus in cælestium contemplationẽ campum diffundebatur, & animum diurnis, alienisque curis distractũ nocturna meditatione collectum refouebat. Inter quas delicias meliore noctis parte absumpta, tãdem demissa humi membra breui admodũ somno reficiebat. Tunc etiam cępit vti veste viliori, & neglectiori, quam ante solebat, in qua nullus omnino esset nitor, aut fastus, sed castigatæ potius humilitatis, & modestiæ significatio: nec enim alio quouis pacto poterat sapiẽtius, aut facilius Sacerdotum in vestitu luxuriem amputare. Et tamen tantũ ab fuit, vt ea res aliquid detraxerit de opinione, vt etiam multum auxerit.

V. *D. Augustini Episcopi victus, vestitus, conuersatio.*

Possid in vita eius cap. 22.

DE D. Augustino Hipponensi Episcopo scribit Possidius in eius vita, quod vestis eius, & calceamenta, & lectualia ex moderato & competenti habitu erant, nec nitida nimium, nec abiecta plurimum: quia his plerũmq; vel iactare se insolenter homines solent, vel abijcere: ex vtroque, non quæ Iesu Christi, sed quæ sua sunt, ijdem quærentes. At iste beatus medium tenebat, neque in dexteram, neq; in sinistram declinans. Mensa vsus est frugali, & parca, quæ quidem inter olera & legumina, etiam carnes aliquando, propter hospites, vel quosq; infirmiores continebat. Cochlearibus tantum argenteis vtens, cætera vasa, quibus mensæ inferebãtur cibi, vel testea, vel lignea, vel marmorea erant; non tamen necessitatis inopia, sed proposita voluntatis. In ipsa mensa magis lectionem, vel disputationem, quam epulationem potationemque diligebat, & contra pestilentiam humanæ consuetudinis in ea ita scriptum habebat:

Quisquis amat dictis absentum rodere vitam,
Hanc mensam vetitam nouerit esse sibi.

Et ideo omnem conuiuam à superfluis & noxijs fabulis, & detractionibus sese abstinere debere admonebat.

VI. *Fœminarum quare cohabitationem non admisit D. Augustinus, nec quidem germanæ sororis.*

Idẽ Possid c. 26.

FOeminarum intra domum dicti B. Augustini nulla vnquam conuersata est, nulla mansit, nec quidem germana soror, quæ vidua Deo seruiens multo tẽpore, vsq; in diem obitus sui præposita ancillarũ Dei vixit: sed neq; patrui sui filiæ, quæ pariter Deo seruiebant: quas personas sanctorum Episcoporum concilia in exceptis posuerunt. Dicebat vero quia etsi de sorore & neptibus secũ commorantibus nulla nasci possit mala suspicio, tamen quoniam illæ personæ sine alijs necessarijs secumque manentibus fœminis esse non possent, & quod ad eas etiam aliæ a foris intrarent, de ijs posse offendiculum, aut scandalum infirmioribus nasci, & illos, qui cum Episcopo vel quolibet Clerico forte manerent, ex illis omnibus fœminarum personis vna commorantibus, aut aduentantibus, tẽtationib. humanis posse perire,

aut

aut certè malis hominum suspicionibus pessimè diffamari: ob hoc ergo, dicebat, nunquã debere fœminas cum seruis Dei ẽt castissimis, in vna manere domo, ne (vt dictum est) aliquod scandalum vel offendiculũ hoc tali exemplo poneretur infirmioribus. Et si forte ab aliquibus fœminis, vt videretur, vel salutaretur, rogabatur, nunquam sine Clericis testibus ad eas intrabat, vel solus cum solis vnquã est locutus, nec si secretorum aliquid interesset.

VII. *S. Andreæ Carmelitani Episcopi vitæ austeritas.*

S. Andreas Carmelitanus, cuius, cum quinquaginta octo esset annorum, vnanimem in Episcopum Iesulanum Canonicorum electionem, Spiritus sanctus per os infantis prodigioso cõfirmauit suffragio, non cõtentus, quod ad deuotę semel, sed semper bene tuẽdæ castitatis rationes, magnam per sobrietatem corpus sibi suũ assiduè maceraret, illiusque nuditatem, sub vestimentis, ferrea cingeret catena, nec alij lecto, quam vitium sarmentis, indormiret: fęminarum pręterea colloquia, in illa tam graui iam ætate non aliter quam fœcunda quędam vitabat semina vitiorum.

VIII. *Clerici timentes Deum, pij, & charitate feruentes, etiam post longam exercitationem, & ætatem semper in conuersatione debent esse prouidi.*

Th. Cantipr. Apũ l. 2. c. 30 part. 47. MEmor quoque sum (addit Cantiprat.) facti, quod moderno tempore prope Cameracensem diœcesim accidit. Quidam clericus, à pueritia cœlebs & castus, post longum Theologiæ studium, in solemni, conuentualique Ecclesia canonicatum est adeptus. Animarum ergo zelo ductus, præbendam pro parochiali Ecclesia commutauit. In qua cum per septennium fructuosè multum, & laudabiliter laborasset, prædicationeq; & exemplo animas Christi esset lucratus, quas diabolus conabatur auferre: accidit, vt virgo sexagenaria, quæ cilicium ipsius sacerdotis lauare, ac mundare solebat, sola sine teste vel socia thalamum ingrederetur. Quid plura? Ad tam nefandum infortunium res deuenit, vt ambo, sacerdos & mulier illa sexagenaria, antequam separarentur, diu seruato virginitatis & castitatis lilio priuarentur. Ex qua re mulier quidem iam sexagenaria in tantum doluit, vt præ nimia amaritudine mortem accelleraret in planctu: sacerdos vero expertus incognitum, in luxuria adhuc, vt credimus, vilissimus perseuerat. Quid mirum? Quanto locus altior, tanto casus grauior. Vnde merito Angelorum casus irreparabilis fuit.

TIT. LXIV. De deprauatis quorumdam Clericorum moribus.

EXEMP. I. *De Pappolo Episcopo ob scelera diuinitus castigato.*

CVm per mõtem Syluestri sedes Ecclesiæ Lingonicæ vacaret, Lingonici Episcopum flagitantes, Pappolum, qui quondam Archidiaconus Augustodunensis fuerat, accipiunt: qui multa, vt asserunt, egit iniqua, quæ à nobis prætermittuntur, ne detractores fratrum esse videamur: tamẽ qualem habuerit exitum, non omittam. Anno octauo Episcopatus sui, dum diœceses, ac villas Ecclesiæ circumiret, quadam nocte dormienti apparuit illi B. Tetricus vultu minaci. Cui ita: Quid tu, inquit, hic Pappole: vt quid sedem meam polluis? vt quid Ecclesiam peruadis? vt quid oues mihi creditas sic dispergis? cede loco, relinque sedem, abscede longius à regione. Et hæc dicens, virgam, quam habebat in manu, pectori eius cum ictu valido impulit. In quo ille euigilans, dum cogitabat quid hoc esset, fixè in loco illo defigit, ac dolore maximo cruciatur. Abhorret cibum, potumque, & mortem iam sibi proximam præstolatur. Quid plura? Gregor. Tur. hist. Fran. li. 5. c. 5.

Tertia die cum sanguinem ore proijceret, expirauit. Exinde elatus Lingonas, est sepultus.

II. *Impuritas sacerdotis, è cuius manu Angelus communicabat, quomodo sit detecta.*

Pet. Damia. Opusc. Episc. in epist ad Hildebr. Papā to. 3. Bibl. SS. Patrum.

ILlud nūc ad memoriam redit, quod in Beneuentina olim vrbe constitutum me audire contigit. Princeps eiusdem ciuitatis Presbyterum sāctæ conuersationis virum, & in diuinis officijs, ac præcipua solennitate Missarum īndesinenter assiduum excolebat: qui cum quotidie sacris mysterijs reuerenter insisteret, Angelus Domini ex consuetudine veniebat, & vidente Principe sacramentum Dominici corporis ex offerētis manibus assumebat. Sed, ò criminalis vitæ huius lubrica & in certa conditio. Nam qui Angelicis fruebatur obsequijs, in fœdæ luxuriæ voraginē repente prolapsus est. Quid plura? Peragendi mysterij sacri tempus aduenit; consuetudine foris exigente presbyter compellitur, sed grauiter intus cōscientia remordente torquetur: ornatur, accedit, trepidat, palpitat, tamen offerre præsumit. Iam ecce Angelus, vt assuetus fuerat, venit, & inspectante Principe, spongiam, infectam aqua super caput illius expressit, omnesq; sordes, atque squalores, quos ex corpore illius ante contraxerat, membris eius omnibus iterum superfudit. Hoc viso Princeps admiratus obstupuit, presbyterumq; semotis omnibus secretè conuenit. Inquisitus itaque presbyter, si nouiter aliquid criminis admisisset, primo quidem perhorrescens, facinus abnegat; deinde malè sibi conscius, ac Principis auctoritate compulsus, tandem corruisse se nocte præterita, in quandam eiusdem Principis cubiculariam confitetur.

Sacerdos ab Angelo castigatur pp lapsum.

Angelus displicet Sacerdotum impuritas.

III. *De concubinatu in sacerdote à Deo subitanea morte punito.*

CVm Stephanus Papa, qui zeli Phinees æmulabatur ardorem, omnes clericos Romæ, qui post interdictum Papæ Leonis incōtinentes extiterant, de conuentu clericorum, & choro ecclesiæ præcepisset exire; vt quanquam relictis fœminis per pœnitentiæ se lamenta corrigerent; tamen quia sancto viro inobedientes fuerant, & de sacrario ad templum exirent, & celebrandæ Missæ licentiam de cętero non sperarent: Iuxta canonicam beatæ Cæciliæ trans Tiberim constitutam presbyter habitabat, qui nec fœminā vllo modo quiescebat abijcere, nec vnquā poterat hæc statuta nisi vana prorsus & friuola iudicare. Quadam itaq; die dum incolumis, vegetus ac robustus existeret; vespertinis horis ad quiescendum se in lecto composuit; sed repentina diuinæ vltionis animaduersione percussus. Manè repertum est cadauer exanime. Illico præfatæ canonicæ religiosus certe conuentus duos ad me clericos direxerant, quid tali deberent mortuo, consulentes. Nos si rem rectè tenemus, consilium dedimus, vt eum quidē qui presbyter fuerat, penes ecclesiam sepelirent; sed nullum ei vel hymnorum, vel psalmodiæ officium redderent, quatenus & incestus terror accresceret, & castitatis gloria germinantius pullularet, & certè dignus videretur, vt mortuus (iuxta Prophetam) sepulturam possideat asini, qui dum viueret, humana contempsit lege constringi.

Pet. Damia. in epist. ad Taurinēs. Epis. Baron. to. 11. an. 1057 1617.

Vltio diuina in presbyt. cōcubin.

Ierem. 22.

IV. *Impuritas Diaconi adstantis rebus diuinis miraculo detegitur.*

S. Epiphanius Constantiæ Episcopus hoc tempore oblationis seruabat: nunquam eam perficiebat, donec vidisset visionem. Consueueratq; prefari verba quædam, & ei statim reuelabatur. Cum itaq; aliquando ter dixisset sermonem, nulla ei sese obtulit visio. Cum is autem lugeret, & oraret, vt sibi causa significaretur, primus obseruat Diaconum, qui à sinistris tenebat ventilabrū ministratoriū. Quem cum obseruaret, considerat Epiphanius in eius

Ex Metaph. Sur. in vita eius c. 18 die 12. Maij.

eius fronte apparere lepram. Nulli autem erat manifestum, Diaconum eo morbo laborare. Epiphanius itaq; manum extendit, & instrumentum leuauit ministratorium, ei benignè dicens: Vade, fili, in domum tuam, & ne modo sumas diuina mysteria. Ipse autem statim egressus est, & iuit in domum suam, datque Epiphanius alij Diacono ventilabrum. Cumque diuina verba incepisset, cum metu & lacrymis, vbi perfecit, statim vidit visionem. Post Ecclesiæ autem dimissionem, accersito Diacono, ex eo sciscitatur causam: cumque is diceret quod illa nocte dormierat cum vxore; accersito toto ordine sacrato, eis benigne dixit Epiphanius: Quicumque, ô filij, clero digni estis habitu soluite calceamenta vestra vt non in ijs ingrediamini, & vt colatis virum sanctum qui in Ecclesia prædicat, & dicit; [Et habentes vxores, tanquam non habentes;] exhinc ergo non amplius ordinabat Epiphanius eos, qui habebant vxorem, sed viros sanctos, qui vitam exercebant monasticam, & viduos viros probatos. Licebat enim verè videre Ecclesiam, tanquam pulchram sponsam ornatam sacerdotio.

1. Cor. 7.

V. *De Clerico, qui maluit obsequium Imperatoris deserere, quam res diuinas fœdata mente exercere.*

Vuil. lem. Malmesbur. de gest. Angl. li. 2.

HEnricus Imp. habebat Clericum in curia sua, qui literarum peritiam, & vocis elegantiam vitio corporis deformabat, quod meretriculam villæ vehementer ardebat: cum qua nocte solemni volutatus, mane ad Missam Imperatoris aperta fronte astabat. Dissimulata scientia, mandat ei Cæsar, vt se paret ad Euangelium, quod eius melodia delectaretur: erat enim Diaconus. Ille pro peccati conscientia, multis præstigijs subterfugere: Imperator contra nuncijs vrgere, vt probaret eius constātiam: ad extremum prorsus abnuenti. Ego, inquit Cæsar, quia non vis parere mihi in tam facili obsequio, extorrem te totius terræ meæ præcipio. Clericus amplexus sententiam abscessit continuo: missi pedissequi qui eum persequerentur, vt si perseuerandum putaret, iam vrbem egressum reuocarent. Ita cunctanter compilatis omnibus suis, & in sarcinulas compositis, iam profectum, magnaq; violentia retractum Henrici præsentia sustinuit. Qui lætus subridens: Probe, ait, fecisti, & gratulor probitati tuæ, quod pluris penderis Dei timorem, quā patriam; respectum cælestis iræ, quam minas meas. Quapropter habeto Episcopatum, qui primus in imperio meo vacauerit; tantum indecenti amori renuntians.

TIT. LXV. De sancta libertate prælatorum.

EXEMP. I. *De libertate Episcopi Oeniandi erga Imperatorem Anastasium.*

Ioa. Zonar. to. 3. Annal.

ANno 25. sui imperij impurus Anastasius Episcopum Oeniandum audiens disertum admodum esse, & qui ora omnibus sententiæ de passo Deo assertoribus obturaret, eum hortatus est, vt ad suam factionem descisceret, pollicens, eum, quidquid petijsset, illico accepturum. Cui Episcopus: Tu, inquit, potius ad Orthodoxos transi, ne, dum opiniones impiorum hominum Seueri, Eutychis, & Dioscori amplecteris, æterno igni addicaris: simulque apprehendens Imperatoris chlamydem; Hæc, ait, vestis nequaquam te post mortem sequetur, ô Imperator; sed sola te comitabitur pietas, ac virtutum habitus. Missam fac Ecclesiam, quam Christus suo redemit sanguine. Indoctus es, & ratiocinandi ignarus, neque vllum Ecclesiæ decretum perfectè intelligis: tantum imposturis & scurrilibus calumnijs fatuos terres. Satis sit tibi dignitatis, quod Imperatores; Antistites Ecclesiæ vexare noli. Ad hæc Imperator pudore suffusus obmutuit. Pauperimus autem

tem cum esset ille Episcopus, ne obolum quidem ab Imperatore voluit accipere: adeo liber erat, & solius in Deū fidei ac pietatis rationem habens.

II. *D. Ambrosius Mediolan. Ep. libere reprehendit Valentinianum Imperatorem.*

Theodo. ret. li. 5. hist. Eccl. c. 18 Paucis post diebus ab assumpta Episcopali dignitate, cum diuus Ambrosius valde libere apud Valentinianum Imp. verba faceret, resque nonnullas tanquam minus rectè à Magistratibus administratas coargueret, respondit Imperator: Noui iampridem tuam in loquendo libertatem. Qua exploratè cognita, non modo tuę in Episcopum ordinationi non restiti, verum etiam suffragatus sum.

III. *De diuina Ioannis Chrysostomi in loquendo libertate.*

Theodo. ret. lib 5 hist. Eccl. c. 28. Magnus ille Ioannes Chrysostomus, susceptis ecclesiæ Constantinopolitanæ gubernaculis, cœpit iniqua quorumdā facinora grauiter coarguere, Imperatorem Arcadium, eiusque coniugem salutariter admonere, orare sacerdotes, vt ex præscripto legū ab Ecclesia sancitarum vitam instituant: eos autem, qui istas temerè violare aggrediebantur, aditu sanctuarij prohibere. Non est æquum, inquit, vt sacerdotali honore fruantur hi, qui vitam eorum, qui sunt verè sacerdotes, non studiose imitentur. Atq; hoc modo prospexit nō illi solum ciuitati, verum etiam toti Thraciæ, quæ est in sex Episcopatus diuisa; & cunctæ etiam Asiæ, quæ vndecim habet Antistites. Ponticam præterea Ecclesiam quæ eundem habet Episcoporum numerum quem Asia, eisdem legibus adornauit.

IV. *S. Lupus Ep. Trecensis sua auctoritate & præsentia Attilæ Regis Hunnorum conatus retundit.*

Cum S. Lupus Trecensis Episcopus, sanctitate clarus, Attilæ flagello Dei Hunnorum Principi eo cum exercitu venienti occurrisset, & pro patria intercederet, & Princeps ferox delere omnino ciuitatem proponeret, diuina virtute, tum ipse, tum exercitus neminem videntes transierunt per ciuitatem à porta vsq; ad portam, veluti cæcitate percussi, sicque patria saluata est. Qui res Attilæ fusius sunt prosecuti, hæc etiam adijciunt: Lupus habitu indutus Pontificali, cum multitudine Cleri, Attilæ aduenienti fit obuius. Is, facta salutatione, interrogat Attilam, quisnam esset, qui tot Regibus deuictis nationibus, populisque prostratis, vrbibus euersis, cuncta sibi subderet. Cui Attila: Ego, inquit, sum Rex Hunnorum Attila flagellum Dei. Ad hæc Lupus: Et quis est mortalium, qui Dei flagello resistet? Veni igitur Dei mei flagellum; illoque vtere, vt Deus concedit. Ad hæc verba Barbarus emollitus Trecensem vrbem illæsam transijt. *Ex Petr. i Catal. li. 6 c. 1. & aliys. Baro. to. 6. Annal an. 451.* *Attila veneratur S. Lupi sanctitatem.*

V. *Vt idem Attila flagellum Dei a S. Leone summo Pontifice fuerit coercitus.*

Apud Bar. to 6 Annal. an. 452. Cum Romam ardenti furore idem Attila raperetur, iamq; copias, vbi Mincius in Padum influit, traijcere pararet occurrit ei Pontifex Leo malorum Italiæ impendentium misericordia motus: cuius diuina eloquentia persuasum est Attilæ, vt regrederetur. Qui interrogatus à suis, cur præter consuetudinem inflexus esset, atq; tam humiliter Romani Pontificis imperata faceret? Respondit, & confessus est quod verum esset; nimirum se vidisse, Leone loquente, astantem alium quēdam habitu sacerdotali decorum, quid diuinum præ se ferentem minantemque mortem, nisi Leonis Papæ iussa capesseret. Alij textus habent, inquit Baronius, duos viros apparuisse, alterum à dextris, à sinistris vero alterum: quorum visione perterrito nihil sibi præterea fuisse reliquum, quam quod minaci vultu numen *Grande miraculum in Attilæ repressione à S. Leone.*

mea

men exigeret, ipse homo quam citò persolueret, quod non esset mortalium facultatis diuinitati resistere, vel in superos bellum inferre. Testabantur quidem ipsum vera fateri interrupta pauore, atq; concisa tremore verba; trucis atq; inexorabilis vultus pallor, & robusti, audacisque animi improuisa deiectio, atque totius simul corporis consternatio.

VI. *Libertas & fortitudo Thomæ Cantuariensis Episcopi aduersus Regem.*

CVm Henricus II. Rex angliæ, conuocatis ad se Episcopis & proceribus regni, leges ferret vtilitati ac dignitati ecclesiasticę repugnantes, Thomas Cantuariensis Episcopus, qui antea in administrando Cancellariæ munere præclare se gesserat, adeo constanter obstitit regiæ cupiditati, vt neque pollicitationibus, neque terroribus de sententia decedens, in exilium pulsus sit. Moxque propinqui eius omnis ætatis eiecti, amici, fautores omnes ijs, quibus per ætatem liceret, iureiurando adstrictus, vniuersos Thomam adituros, si forte miserabili suorum calamitatis aspectu moueretur; qui à sancto proposito priuatis incommodis deterreri minimè potuisset. Non respexit carnem, aut sanguinem, neque vllus in eo humanitatis sensus pastoralis officij constantiam labefactauit. Contulit igitur se ad Alexandrum tertium Pontificem, à quo benignè acceptus est. Inde ad Pontiniacense monasterium profectus est. Quod vt cognouit Henricus, missis ad Conuentum Fratrum Cisterciensium minacibus litteris, Thomam inde exturbare conatur. Quare vir sanctus veritus ne sua causa mali aliquid Cisterciensis familia pateretur, sponte discessit, & Ludouicum Galliæ Regem eius inuitatu conuenit: vbi tamdiu fuit, quoad Pontifice maximo, & ipso Rege agentibus, ab exilio summa totius regni gratulatione reuocatur. Qui dum boni pastoris officium securus exequitur, ecce calumniatores ad Regem deferunt, eum multa contra regnum & publicam quietem moliri: vt propterea sæpius conquereretur Rex, se in suo regno cum vno sacerdote pacem habere non posse. Ex qua regis voce nefarij satellites sperantes gratum se Regi facturos, si Thomam è medio tollerent: clam conuenientes Cantuariam, Episcopum in templo Vespertinis horis operam dantem aggrediuntur. Qui clericis templi aditus præcludere conantibus accurrens, ostium aperuit, illis vsus verbis ad suos: Non est Dei ecclesiæ custodienda more castrorum: & ego pro Ecclesia Dei libenter mortem subibo. Tum ad milites: Vos Dei iussu cauete, ne cuipiam meorum noceatis. Deinde flexis genibus, Deo, beatæ Mariæ, sancto Dionysio, & reliquis Sanctis eius Ecclesiæ patronis Ecclesiam & se ipsum commendans, sacrum caput eadem constantia, qua iniquissimi Regis legibus restiterat, impio ferro præcidendum obtulit, 4. Cal. Ianuarij, anno Domini 1171.

VII. *Archidiaconus Rom. Legatus Sandalia more Apostolorum excutit super Im. Constantinop.*

ANno Domini 1053. Fridericus Godefridi Ducis frater, Ecclesiæ Romanæ Archidiaconus Constantinopolim Apostolicæ Sedis legatione abierat. Indicta Synodo, cum Imperatorem Constantinopolitanum, & Patriarcham euocasset, & illi primatus sui maiestatem vindicantes dicto obtemperare dedignarentur, egressus vrbem sandalia sua more Apostolorum publicè super eos excussit. Quo facto tantum terrorem omnibus Constantinopolitanis incussit, vt Imperator & Patriarcha cum Clero & populo sequenti die sacco & cinere obuoluti ad eum procederēt, & Apostolicam auctoritatem in eo proni in terram adorarent.

Lãbert. schafnab. de reb. gest. Germanorum.

De

De Sacramento Matrimonij.

TIT. I. De recta ineundi Matrimonij intentione.

Exod. c. 2. *Iethro Madianitanus Pōtifex Moysi Ægyptio exuli, quia filias suas septem in pecore adaquando contra iniuriam pastorum defenderat, Sephoram filiam in matrimonium dedit.*

Gen. 41. *Pharao Rex Iosepho, propter somni interpretationem, Putipharæ Heliopolitani Pontificis filiam in matrimonium collocat, ex qua ille suscepit Manassem & Ephraim. Othonieli, ob fortitudinem bellicam, Axa Calebi filia datur in matrimonium.*

1. Reg. 18. *Dauid Isai filius Bethleemita, occiso Goliath Palæstino, Saulis Regis filiam Michol in vxorem meruit, cum dotis nomine ducenta Palæstinorum à se cæsorum præputia Regi obtulisset.*

2. Reg. 2. *Abigail, mortuo marito Nabale, à Dauid Rege, licet exule, in matrimonium fuit accepta, prudentiæ & venustatis ergo.*

EXEMPL. I. *Quomodo intentio virtutis debet esse præcipua, cui nunquam desunt media temporalia.*

D. Ioan. Damasc. in hist. de reb gest. SS. Iosaphat & Barlaā. cap. 16. NArrat D. Damascenus, fuisse filiū ditissimorum parentum, cui pater suus desponsauit filiam cuiusdam nobilissimi, & præ omnibus locupletissimi viri pulcherrimam. Mouit autem cum puero sermonem de nuptijs, & quomodo facere meditabatur, annunciauit. Quod ille audiens, & quasi rem malam, ac nefariam respuens, relicto patre, fuga elapsus est. Ambulans autem declinauit in domum cuiusdam senis pauperis, propter æstum diei semetipsum repausaturus. Tunc filia senis virgo, quæ erat ei vnigenita, sedens ante ianuam, operabatur manibus, ore vero suo Deum laudabat, assiduè, gratias agens ei de imo cordis. Huius autem laudes iuuenis auscultans, ait: Quod est istud tuum, ò mulier studiū? Cuius autem rei gratia, cū ita sis pauper & tenuis, quasi pro quibusdā magnis donis gratias referendo, sic laudas datorem? Quæ respōdens ait: Nescis, quod sicut exigua medicina de magnis languoribus sępius liberat hominem: ita & in paruis Dei donis gratiarum actio magnorum auctrix efficitur bonorum: Ego quidem filia sum senis pauperis, gratias tamen refero pro modicis istis donis, & benedico Dominum, certa, quoniam qui hæc contulit, & maiora valet dare: & ista quidem de his, quæ extrinsecus sunt, & nostra non sunt. Ex quibus neque multa possidentibus lucrum aliquod prouenit, vt nō dicam, quod & sæpius damnum sustinent: neque minora accipientibus accidit detrimētum, eandem vtriusq; viam pergentibus, & ad eūdem peruenientibus finem. Eorum vero quę magis sūt necessaria, & perfectissima, multa & maxima accepi Dei dona, quæ innumerabilia & inæstimabilia sunt: nam secundum imaginem Dei facta sum, & ipsius notitiā habere merui, & ratione, prę omnibus animalibus, sum prędita, & ab ipso Deo inuitata sum ad vitam per viscera misericordiæ eius, cuius & mysterio particeps esse promerui, & paradisi ianua aperta est, facilè si voluero, introitum mihi prębitura. Pro tantis igitur ac talibus donis, quæ indifferenter diuites percipiunt & pauperes, vt dignum est, gratias agere penitus est impossibile. Si tamen & modicam istam laudationem largitori bonorum non obtulero, qualem excusationem habebo? Iuuenis itaque eximium illius stupens intellectum, eius patrem accersiuit, cui & dixit: Da mihi vxorem filiam tuā: adamaui.n. illam propter intellectum eius & pietatem. Tūc senex ait: Non licet tibi accipere pauperis filiā, cum diuitum parentum sis filius. Rursus ait iuuenis: Etiam hanc accipiam, si ta-

si tamen mihi non negaueris eam. Nobilium quippe & diuitum quorumdã filia mihi fuit desponsata; sed hãc respuens fugam arripui: filiam vero tuã, propter pietatem, q̃ habet in Deum, & præclarum illius intellectum, adamans, copulari eam mihi præ omnibus cogitaui. Senex autem dixit ad eum: Non possum tibi hanc dare, vt ducas in domum patris tui, & ab vlnis meis separes illam: vnica enim mihi est. Sed ego, inquit iuuenis, apud vos manebo, & vestram suscipiens cõuersationem. Deinde & splendidum deponens vestimentum, senis habitum postulans, induit. Tunc ille senex in multis tentans eum, & variè ipsius examinans cogitationem, postquam cognouit firmam mentis illius stabilitatem, & quia non amore insipientiæ detentus petijt eius filiam, sed pietatis amore elegit pauperrime viuere, hanc præponens suæ gloriæ & nobilitati; tenens eum manu introduxit in suum cubiculum, & ostendit ei diuitias multas ibi repositas, & immẽsum pondus pecuniarum, quantum non viderat aliq̃n iuuenis ille, & ait ad eum; Fili, hæc oĩa tibi dabo, eo quod elegisti meæ fieri hæres substantiæ. Quam tenens hæreditatem ille omnes supergressus est gloriosos terræ & diuites.

II. *Intentio diuitiarum cauenda.*

Dissimili planè modo sese gessit Antarchus quidam Aruernensis, vir eruditus & scientiæ tumens, tandem Sigiberti Francorum Regis miles effectus. Ex hoc quasi honoratus Aruernum venit ibiq; cum Vrso ciue vrbis amicitiam iniuit. Interim, vt erat acris ingenij, filiam eius desponsare desiderans, loricam, vt ferunt, in libellari, quo chartæ abdi solent, recondit, dicens mulieri coniugi Vrsi, quia multitudinem aureorum amplius quam sedecim millia ibi recondita tibi habeo, si mihi filiam tuam præstiteris desponsari. Sed quid non mortalia pectora cogis, auri sacra fames? Promisit mulier hæc simpliciter credens, absente viro, huic desponsari puellam. At ille regressus ad Regem, præceptionem ad iudicem loci exhibuit, vt puellam hanc suo matrimonio sociaret, dicens, quia dedi arram in despõsatione eius. Negauit autem vir ille, dicens: Quia neque te noui vnde sis, neque aliquid de rebus tuis habeo. Qua intentione pullulante ac vehementius increscente Antarchius expetijt Vrsum Regis in præsentia accersiri. Cumque venisset apud villam Brennacum, requirit hominem alium Vrsum nomine, quẽ ad altare clam adductum, iurare fecit ac dicere, Per hunc locum sanctum, & reliquias martyrum beatorum, quia si filiam meam tibi in matrimonium non tradidero, sedecim millia solidorum tibi satisfacere nõ morabor. Stabant enim testes in sacrario, auscultantes occultè verba loquentis, sed personam quæ loquebatur, penitus nõ videntes. Tunc Antarchius demulsit lenibus verbis Vrsum, fecitque eum sine Regis præsentia reuerti in patriã. Factoque ex hoc iuramento, breue iuramẽtorum obtulit Regi: Hæc & hæc Vrsus mihi scripsit, & ideo gloriæ vestræ præceptionem deposco, vt filiam suam mihi tradat in matrimonium, alioquin mihi liceat res eius possidere, donec sedecim millibus solidorum acceptis me ab hac causa remoueam. Tunc adeptis præceptionibus, Aruernum redijt: ostendit iudici iussionem Regis. Vrsus autem se in Villanũ territorium contulit. Cumque res eius huic consignarentur, & hic in Villanum accessit: ingressusque unam Vrsi domum, cœnam sibi præcepit præparari, atque aquas quibus ablueretur, calefieri iubet. Sed cum serui domus minimè rudi Domino parerent, alios fustibus, alios uirgis cædit, nonnullis capita percutiens sanguinem elicuit. Turbata ergo familia, præparatur cœna, abluitur aquis calidis, inebriatur uino, & se collocat super stratũ. Erant autem cum eo septem pueri tantum.

Greg. Turon. l. 4. histor. Franc. c. 41.

Cumque

Antar-chius cū septē famulis cō buritur. Cumq; nō minus somno, quam trino sepulti altius obdormissent, cōgregata familia, ostia domus quæ erant ex ligneis fabricata tabulis claudit, acceptisque clauibus, metas annonæ, quæ aderant, elidit; ac circa domum & supra domū aggregatis his aceruis annonæ, quæ tunc in manipulis erat, ita vt operta ex his domus cerneret omnino, tunc immisso per partes diuersas igne, cum iam super hos infelices materia ædificij exusta dirueret, excitantur, emittunt voces: sed non fuit qui exaudiret, donec tota domo adusta ipsos pariter ignis absorberet. Vrsus vero metuens basilicam S. Iuliani expetijt: datisque Regi muneribus, res suas in solidum recepit.

III. *Matrimonio futuro obicem iniqua mente ponentes sua spe sæpe fraudantur.*

Io. Zon. t. 3. Annal. sub imperio Irenes. CArolus Magnus Francorum Dux, Imperator Romanorum à Papa Leone Romam appellatus, missis ad Irenem legatis nuptias illius ambijt, cum nec illa ab eo coniugio abhorreret, resque confecta fuisset nisi Eunuchus Aetius, potestatis particeps, oēm (vt aiunt) lapidem mouisset, ne id coniugium perficeretur: nam cum in Regia multum posset, fratrē suum Leonem ornare imperio meditabatur, quem insigni studio ad præturā Thraciæ & Macedoniæ solium euexerat, cum ipse prouincijs Opficij Orientalibus præesset. *Aetius Caroli Magni & Irenes nuptias impedit.* Vnde elatus viros honoratos despiciebat, & arrogāter tractabat. Quod illi ægrè ferentes, consilium contra Imperatricem inierunt, adhibitoque Patricio Nicephoro, generali Logothera, profunda nocte in Chalcem venerunt. *Nicephorus de potitur imperio.* Irene ægrotante, & in ædibus suis Eleutherianis decūbente; ac satellitibus dixerunt, se ab Imperatrice missos esse, vt Nicephorū Imperatorem designarēt, vt Patricius Aetius eam cogere desineret ad fratrē suum Imperatorem decernendum. Illi viris Patricijs ob eorum dignitatem fide habita, ipsi ēt vnà cum illis Nicephorum Imperatorem salutarunt, atque ita in Regiam illi admissi sunt. Deinde ea ipsa nocte turba promiscua collecta, Nicephori designationem ꝑ totum forum ante diluculum publicarunt, & Irenes ędibus, in quibus tū agebat custodiam adhibuerunt. Die iam illucescente, eam in Orientalem regiam traductam concluserunt, postea magnam ecclesiam sunt ingressi, vt ibi Nicephorus diademate ornaretur, & Imperator proclamaretur, idque factum est.

TIT. II. Ad Matrimonium neminem esse cogendum, nec illud præter parentum & cognatorum consensum ineundum, sine iusta & rationabili causa.

EXEMP. I. *Quod puellæ non debeant tradi viris, quibus non afficiuntur.*

NOn longè ab vrbe Suessionensi degebat vir nobilis militiæ deditus, nomine Guido, cuiusque vxor Ermegardis pietatis cultrix. *Io. Lazi- ard Epi. in vita S. Arnulphi Epis. c. 15. apud Sur. 5. Aug.* Hi filiam genuerunt vultu decoram, quæ cum ad nubiles pertigisset annos, ab illis militi cuidam natalibus nō impari fuerat desponsata. At illa, vt se habet puellaris lasciuia, quendam alium, rebus & genere inferiorem, plus diligens, recusabat spōsum à parentibus delectum, crebro iurans, quod seipsam interficeret, nisi cupitis amplexibus potiretur. Ea incōmoditate parentes affecti, virum Dei Arnulphum Suessionensem Episcopum consulunt, scire cupientes, quid in ea afflictione ipsis faciendum foret. Ille auditis eorū quærimonijs, opportunum quidem & plane diuinū eis responsum dedit: Canonū, inquit, auctoritate cauetur, ne puella, cui non vult, iungatur; ideoque præcipio vobis, vt puellam ei quem amat, collocetis matrimonio. Vt enim ob vestræ religionis meritum nobis ostensum est, paulo post videbitis eā illum sponsum ardenter expetere, cuius à se coniugiū

tam

iam ſtudioſè iam conatur amouere. Permittatis filiæ veſtræ ſua hac in re vti voluntate; & ita fiet, vt res ad veſtram cedat honeſtatem. Credunt illi verbis ſācti viri, nuptias optatas honeſto apparatu celebrant, ſinuntque filiam dilecti viri frui contubernio. Ille vero, cum in id eſſet valde intẽtus, vt poſſet miles celebris haberi, numquam voluit abeſſe, vbi fieret congreſſus cum hoſte; & dum auidius fert in arma, ab armatis perimitur: & ſic ſpōſa manens vidua mox priori cōiungit.

11. *Pater vi cogens filiam ad coniugium oleum operamque perdit, & ſponſus punitur morte.*

Bonſign. Cacciaguerra ĩ epiſt. ad Iſabellā à Capua poſita poſt catechiſmū ſpiritualem.

FElix è Barbara no, Itala, virgo ſanctiſſima, cum eam ætatem attigiſſet, qua communi parentum conſilio viro tradenda videretur, multos habuit procos, a quibus in coniugem petebatur. Inter cæteros verè Iuris Doctor, vir diues ac celebris, non procul inde, huius virginis fama permotus acceſſit, vt eam vel ſine dote à parentibus in vxorem peteret. Cui petitioni non modo ſeſe faciles prębuere, verum etiam incredibili fuere perfuſi gaudio, quod is gener ſibi obtingeret. Parentes interim, vltro citroque habito, ac approbato ſuper ea re conſilio puellæ mentem pertentant, quā à ſua remotiſſimā deprehendunt: illa enim non tantum parentum deſiderio refragata, ſed etiam millies mori potius profeſſa eſt, quam virginitatem ſemel cœleſti ſponſo à teneris annis conſecratam ſibi eripi pateretur. Adhibentur ab vtroque parente preces, vt conſentiret; aſt illa reſpondit, ſe ad quæuis eorum iuſſa paratiſſimam eſſe, in hoc vno illis obtemperare ſibi fas non eſſe. Neque etiam Virginis animum mouere potuerunt cōſanguineorum obſecrationes, hortantium, vt ad patris, matriſq; voluntatem flecteretur. Cæterum puella ſẽtẽtiæ Chriſti memor, qua dicit: [Qui amat patrem, aut matrem, plus quam me, nō eſt me dignus,] relicta parentum pietate vt Chriſto ſponſo adhæreſceret, in ea mente conſtantiſſimè perſtitit, cuius ſuppliciorum generi ſubijci paratior, quam fidem ſemel datam fallere. Parentes itaque acerbati, à precibus ad minas conuerſi, iniurijs varijs afficiūt, riſu dictorijſque inceſſunt ac verberibus onerant. Crepitantes vero verberum ictus ita ſuaues perſentiebat, vt harmonia cantus, qui in ſponſi nuptiis fiebat, eius auribus inſonare videretur. Deum pares vterque priores conatus omnes irritos animaduertit, vir quidam, cui à Iuriſconſulto illo connubii tractandi negotium fuerat commiſſum, euocatur. Is cum veniſſet, eodem etiam tempore Felix accerſitur. Paret illa ſeque viliori quam alias vnquam habitu ſiſtit. Tum illi: En, inquiunt, Matrimonii leges iam diximus, à quibus vt recedas, tibi non eſt integrum. Velis, nolis conſentias oportet. Hic puella, nec parentum uerbis, nec paranymphi conſpectu territa, conſtantiſſimè ſeſe iampridem nupſiſſe, ſibique ſponſum Chriſtum eſſe reſpondit. Parentes tum oratione ad paranimphum conuerſa, præmonent, ne filiæ verba magni faciat, ſed ſit ipſe bono, ac fidẽti aīo; fore enim quoquo modo ſperabāt, vt ad nutum pareret. Ille uero ab iis digreſſus ad Iuriſperitum ſeſe confert, cui illorum animum ſenſuſq; aperit. Gaudet ille, ſeque propediem uoti cōpotem fore ſperat, ſed ò admirandum diuinę prouidentiæ argumentum: Biduum non effluxerat, cum ecce Doctorem acutiſſima febris adoritur; quæ cum in dies ingraueſceret, ſenſit ille malū hoc ſibi a Deo immiſſū, quod integerrimæ Virginis animum à propoſito dimouere conatus fuiſſet: cumq; iam ſe morti propinquā præſentiſceret, uirgini dotẽ aſſignat, qua ſe, ſuſcepto religionis habitu, Dei obſequio manciparet. Tertio itaq; die uitam cum morte commutat. Neque uero ſic parentum animus cōquieſcit: cum.n.eo loci perinſignis quidā medicus

dicus

dicus aduenisset, mox parentes de contrahenda cognatione cum eo cogitãt: quod medico gratissimum fuit, prius certior factus de probitate puellæ, eamque deposcit. Rursum itaque parentes virginis animum precibus impugnare conantur, etiam atq; etiam monent, vt dispiceret, quam belle secum ageretur, si medico tam celebri sociaretur. Porro illa nihil à priore dimota proposito, id vnum identidem ingeminat; Alium medicũ esse à quo virginitatem suam optimè propugnãdam sciret, ideoque illos frustra sperare, à quibus ad nuptias contrahendas mouebatur. Cumque parentes spem omnem sibi ereptam aduerterent, deinceps ab omni prorsus ei molestia inferenda abstinere, & proprio genio relinquendam esse censuerunt. Illa vbi se liberã vidit, immortali Deo, à quo virginitatem defensam agnoscebat, gratias immortales egit, pristinumq; vitę institutum constantissimè tenuit.

III. *Matrimonium contra parentum voluntatem contractum, passim infaustum.*

Amphiloch. Epi. i vita S. Basil. apud Sur. to 1. Ianuar. 1.

IN vita S. Basilij Magni hr, quod Protetij Senatoris filia, ab eius seruo per magũ decepta, & insano amore correpta, instanter rogat, vt possit iungi matrimonio cum illo; qui si consentire noluerit, pro ea redditurus esset rationem in die iudicij. Aut cõple, inquit desiderium, aut breui me extinctam videbis. Pater, qui filiam hanc Deo consecrarat, immenso mœrore absorptus, amicorum consilijs, iussit fieri quod petebat, ne sibijpsi exitium adferret. Cui pater, Vade, inquit, misera, multum lugebis aliqñ, cum facti pœnitebit, nec tñ mederi poteris. Inito igitur coniugio, obseruatum est seruum non ingredi ecclesiam, nec esse Christianũ. Quod vbi intellexit puella, humi se prosternit, suis se vnguibus discerpit, pectus tundit vociferans: Nemo parentibus nõ obediens, saluus vnquam fuit. Quis patri meo annuntiabit ignominiam meam? Heu me miseram, in quantam me perditionis voraginem demersi; Cur in lucem edita sum, cur non continuo rapta sum?

Matrimonium nõ fit nisi scientibus & approbãtibus parentib.

TIT. III. De impedimento cognationis & affinitatis.

Decem concubinas suas, quas Absalon filius suus violauerat, inclusit Dauid, et numquam amplius cognouit, quod ex coniunctione cum Absalone filio essent ipsi quodãmodo factæ nurus. *2 Reg. 20.*

EXEMP. I. *Robertus Rex Franc. permissus ab Episcopis ducere commatrem, ab ijsdem postea eam dimittere cogitur.*

Leo PP. I epist. ad Henr. Roberti filium. Pet. Da. Epist. ad Desideriũ Abb. Helgal. Floria. Monac. apud Baro to. 10. an. 998. 1 2.3.

ANno Redemptoris 998. mortuo Hugone Francorum Rege, Robertus eius filius, qui cũ patre regnare cœperat, solus summa rerum potitur. Hic aũt ob illicitum contractum cum affine atq; commatre coniugium coercitus est. Cum enim ea de causa celebrata esset in Gallijs Synodus, in qua adulatione Episcoporum cõcessum ei fuit tale coniugium: reclamante Gregorio V. Romano Pontifice est dissolutum, & delinquentes Episcopi pœnitentia castigati. Sed Deus terribile in eiusmodi miseros homines exhibuit iudicium: nam ex illa vxore sibi propinqua suscepit Rex filium, anserinũ per omnia collum & caput habẽtem. Quos ẽt, Regem & vxorem, omnes fere Galliarum Episcopi à summo Pontifice coerciti communi simul excommunicauere sententia. Cuius sacerdotalis edicti tantus oẽm vbique populum terror inuasit, vt ab eius societate vniuersi recederent nec præter duos seruulos ad necessarij victus obsequiũ illi remanerent, qui tñ & ipsi oĩa vasa, in quibu[illegible] Rex edebat & bibebat, percepto c[illegible], abominabilia iudicantes, pabula [illegible]is exhibebant. His autẽ Rex coarc[illegible]us angustiis, suasione & increpatione Abbonis F[illegible]iacẽsis Abbatis magni nominis, ad sanũ consiliũ

Monstrũ ex illicito matrimonio natum.

Excõicatio quan[illegible] facta à Franc[illegible].

rediens

rediens diuortium fecit, inijtq; legale connubium, & peccatum grata Deo satisfactione diluit.

II. *Sueno Rex Danorum, ducta in uxorem consobrina, illam à Romano Pontifice dimittere cogitur.*

Baror. to.11. Annal an. 1050 12 ex hist. Adã li. 3.c.10. SVeno Danorum Rex cognomento Magnus cum pro libitu suo tria regna teneret, mox succedentibus prosperis, oblitus est Regis cœlestis, & cõsanguineam à Suedia duxit vxorem. Quod domino Archiepiscopo Hamburgensi Adalberto valde displicuit, furentemque Regem, missis ad eum Legatis, de scelere terribiliter increpauit. Postremo, nisi resipuerit, excommunicationis gladio feriendum esse. Tunc ille conuersus in furorem minabatur omnem parochiam Hamburgésem vastare & excindere. Ad quas minas imperterritus noster Archiepiscopus arguens & obsecratus, perstitit immobilis, donec tandem flexus tyrãnus Danorum per literas Papę libellum repudij dedit consobrinæ. Nec tamen Rex Sacerdotum admonitionibus aurem præbuit, sed mox vt consobrinam à se dimisit, alias itemque vxores, & consobrinas assumpsit: & suscitauit ei Dominus inimicos in circuitu multos sicut Salomoni fecit proprios seruos. *Sueno cõsobrinã dimittere cogitur.*

III. *Deo iudice probatur coniugium cum commatre non ineundum.*

Pet. Damia. tra. de mirac. apud Sur. tom. 7. OTto Rex Teutonicorũ, qui postmodũ Imperator creatus est Romanorum, Adalahidem Italię reginã, quæ sibi commater extiterat, suscepit in coniugem. Quem filius eius Almificus, qui Moguntinæ præsidebat pastor ecclesiæ, cœpit constanter arguere, & scelestum, luridumq; coniugium publicè condemnare. Pater autem vehementer iratus eum comprehendi præcepit, & carcerali mox custodiæ mancipauit, quem per annale circiter spatium carcer inclusit, sed à correctione linguam terroris vinculum nõ ligauit. Cum vero pater eum, quadragesimali decurrente ieiunio, de custodia decreuisset educere, antequam psalterium expleret, quod aureis exarabat apicibus, recusauit exire. Verumtamẽ cum exiuit, zelo sacerdotalis accensus auctoritatis, non quieuit; sed mox in patrem iaculum publicæ excommunicationis intorsit. O verè dignum regio genere sacerdotem, qui in causa Dei non imperiale fastigium, nõ paternum recognouit affectum: sed dum paternã, ac regiam auctoritatem in solo Deo constituit, hunc hominem eius legibus resistẽtem à se prorsus extraneum deputauit. Dixit autem patri: Tu arbitaris me aduersum te insolenter agere, te vero præiudiciũ sustinere: cito prænosces, quia die sancto Pentecostes vterque simul adstabimus ante Deum, ibiq; ventilabitur inter nos librata iustitiæ lance iudicium. Ibi luce clariùs apparebit, quis nostrum æquitatis lineam teneat, quis Dei legibus contradicat. Factumque est, ipso, qui dictus est, sacrosanctæ solemnitatis die, vt dũ præfatus Augustus imperialibus infulis redimitus, multorumq; Pontificum choris, siue procerum vallatus agminibus, Missarum solemnijs interesset, repentino super eum veniẽte iudicio, repertus sit mortuus. Episcopus autem in Domino iam quieuerat. Sic, sic qui de incesto coniugio cõtempsit inter homines iudicari, ad tribunal æterni iudicis coactus est pertrahi: & qui subiectum sibi dedignatus est audire Pontificem, terribilem super se nõ potuit euadere Maiestatem. *Commatres non sunt ducenda in vxores.* *Parentes Dei legib. obsistẽtes extranei reputandi.* *Othonis Regis lamentabilis interitus.*

IV. *Sancta Dympna mauult à patre capite truncari, quam ei matrimonio copulari.*

S. Dympna Regis Gentilis Hybernię filia, transactis in domo paterna pueritiæ annis, cœlesti lumine illustrata, regales luxus & voluptates omnes aspernari cœpit: ac tandem occultè sacris aquis expiata, Christo nomen dedit, & castitatis voto sese ei perpetuo deuinxit. Interim matre defuncta, cũ *Pet. Cameracensis in vita eius apud Sur. 15. Maij.*

Rex

Rex eo nomine superuacaneis, doloribus laboraret, tandem, habito cũ proceribus cõsilio, statuit Virginem adolescentulam, genere & forma spectabilem regi alicui stabili matrimonio coniungere. Cumque eam in rem, milites moribus & eloquentia præstantissimi, per varias regiones & vrbes missi fuissent, vt aliquem regio stemmate prognatum inquirerent, tãdem re infecta redierunt, regiamq; ingressi, ac Rege salutato, sic alloqui cœperunt: Nos quidem, ô Rex excellentissime, maiestatis tuæ iussis obtemperantes, nullo modo regium adolescentem tua filia dignum reperire potuimus, sed si placet, iube illam tibi potius felici connubio iungi. Vix hæc effati erant, cum mox diabolus, qui Virginẽ sacram ad infandam superstitionem reducere volebat, Regem amore incęsto & impudicitiæ facibus inflammauit. Itaque Rex cœpit animum puellæ blanditijs pertentare, & opes, mundique gloriam promittere, si eas nuptias pari amore ac voluntate amplecti vellet. At Dympna Christi Virgo, præcise constanterque se tantum nefas nunquam admissuram respondit: neque enim iustitię vel legibus cõsentaneum esse, vt filia patris thorum commacularet; atque eo scelere, omni posteritati perpetuam ignominiæ notam inurat. Cumq; ille vehementius instaret precibus, & illa fortius negaret, tandem Rex iratus dixit, eam vel in gratijs acquiescere oportere. Tũc illa quasi obtemperatura, quadraginta dierum ad cautelam petiuit inducias. Interim ornamenta, gemmas & vestium splẽdorem, cultumq; puellarem sibi dari deposcit, vt elegãtiùs ornata gratior patri appareret. Rex ea re mirificè lætatus, omni ambitione, puellæ postulatis satisfieri curauit. Tunc illa vt patris libidinem effugeret, assiduis precibus Christi opem implorabat: cogitabat enim ad ignotas terras confugere. Capto itaque tempore fugæ opportuno ad Belgas se contulit. Sed pater eam sollicitè inquirit, & inuentam nimio furore incensus capitis supplicio affici in promptu iubet. At cum nemo tam crudele præceptum exequi vellet, ipsemet crudelis, regalis clementiæ immemor, gladio, quo erat accinctus, præclaræ Virgini caput amputauit.

TIT. IV. Qua ratione Matrimonium cum infidelibus contrahendum.

Isaac apertè iussit filio Iacob, vt nõ non acciperet vxorem de filiabus Palæstinorum, sed aliquam ex filiabus Laban; quod & ille obedienter fecit. Gen. 28.

Esdras de affinitate Israelitarum cum exteris certior factus, luget cum toto populo, ieiunat, & Deum sedulo pro ciuibus publicè deprecatur. 1. Esdr. 10.

Nehemias videns Iudæos cõsociasse sibi fœminas alienigenas, cum eis contendit, ac imprecatur.

EXEMPL. I. *Crotildis Christiana contrahit cum Clodoueo cum spe certa & promissione conuersionis.*

ANno Domini 494. & decimo regni Clodouei regnantis in Gallia, idem rex fędere nuptiarum iunxit sibi in matrimonium Crotildem Christianam fœminam, neptem Burgũdiæ regis Gundebaldi nomine, ex qua ipsi bona cuncta fluxerunt, cum primum per mulierem fidelẽ saluus factus est vir infidelis. Rem gestam exactè inter cęteros describit Aimonius. Duxit Clodoueus vxorem ex genere Burgũdionem Crotildem nomine, Christianam ab ipsis incunabilis infantiæ. Hæc tali quadam ex causa ad notitiam ipsius regis peruenit. Miserat idem princeps legatos ad Gundebaldum regem Burgundionum ferendæ pacis gratia: qui dum in palatio immorantur, Crotildem puellam contemplati, inquirunt, quæ sit. Dictum est eis neptem esse regis, ex fratre progenitam; quæ (inquit) paren-

Aimon. de gest. Frãc. li. 1. c. 13. Turon. l. 2. c. 28. & 29. Hincmar. in vita S. Remigij apud Suriũ to. 1. Baro. t. 6 an. 494.

parentibus orbata, nunc ſtipe alitur regia. Regreſſi itaque legati annunciant, perfecta eſſe pro quibus ierant. Inter cætera dicunt vidiſſe ſe puellam adeo forma venuſtam, vt cuilibet potentiſſimo regi nuptui poſſet tradi: Quam, inquiunt, in regia manentem, patre eius hac vita carente, patruus ab ineunte nutriuit ætate. Hoc audito, Rex Clodoueus amore capitur puellæ, ſperans & ex hac occaſione regnũ Burgundię accipere poſſe. Dirigit e veſtigio quendam ſibi familiarem, nomine Aurelianum qui munera puellæ à ſe miſſa perferens ſpeciem eius diligentius contemplaretur. Huic imperat, vt puellã adeat, de nuptijs voluntatem regis ediſcat; & quid in animo illa ſuper hac re habeat agnoſcat. Ille præcepto parens, Burgundiæ patres ingreditur. Palatio appropinquans, ſocios ſiluis ſe abdere iuſſit: ipſe habitu mendici circumamictus ad aulam properat; & vt futurę ſibi dominæ colloqui poſſit explorat. Tunc fortaſſe illa ad Eccleſiam proceſſerat, Domino ſuarum vota relatura precum; erat quippe dies Dominica. Aurelianus inter cæteros pauperes præ foribus ſtans egreſſum eius operiebatur. Expletis Miſſarum ſolemnijs, egreditur puella egenis (vt mos erat) eleemoſynam largitura. Accedit Aurelianus, vt mendicus ſtipẽ poſtulaturus: cumq; illa aureum ei porrigeret; ipſe apprehenſa manu eius, pallio ſuper brachium reducto, nudam ori eius oſculaturus admouit. Illa pudore puellari perfuſa domum repetit. Mittit continuo puella, qui inuentum (vt putabat) mendicum ad ſe deduceret compoſitum; quẽ taliter alloquitur: Quid tibi, ò homo, viſum, vt eleemoſynam accepturus, manum meam veſte denudans oſculareris? Cui ille interrogata omittens, tale dedit reſpõſum: Dñs meus Rex Francorum, audita generoſitatis tuæ excellentia, deſiderat te habere coniugem: ecce annulus eius, & cætera ornamenta ſponſalia. Conuerſus autẽ, vt ſacculum, quem poſt oſtium depoſuerat, ſumeret, oblaturus ei munera, quę detulerat, furtim ablatum eſſe reperit. Quæſtione habita inuenitur ſacculus, recipit eũ vt peregrinus, munera puellæ offert, de nuptijs iam ſecurus. Nam illa vbi de thori copula audiuit, legato in hæc verba reſpondit: Nõ eſt (inquit) fas Chriſtianæ mulieri Paganum ſortiri maritum: ſed ſi hoc cunctorũ præordinauerit conditor Deus, vt ille per me Creatorem agnoſcat ſuum; petita nõ abnuo, quinimo omnipotentis fiat Domini iuſſio. Illo dicente, Regẽ per omnia aſſenſum præbiturum; rogat illa, vt ſecretum apud ſe hoc verbum teneat, ne patruus aliquo illud pacto perſentiſcat. Qui fidem dans, ſe id nulla proferre ratione regreditur ad Regem, quem proſpero nuntio reddidit alacrem. Puella ſane eum quem Clodoueus miſerat annulum, in theſauris patrui repoſuit cuſtodiendum.

11. *Edelberga contrahit cum Eduino, ita vt liceret ei exercere religionem Chriſtianam.*

EDuinus Gentis Nordam Humbrorum in Anglia Rex, cum Edelbergam Edelberti Cantuariorum Regis filiam in coniugem optaſſet, & conſortium eius miſſis procis, à fratre eius Eadbaldo, Chriſtiano, qui tunc regno Cantuariorum præerat, peteret; reſponſum eſt, non eſſe licitum, Chriſtianam Virginem pagano in coniugium dari, ne fides & ſacramenta cœleſtis Regis, conſortio profanarentur regis, qui veri Dei cultus eſſet ignarus. Quæ dum Eduino verba nuntij referrent promiſit ſe nihil omnino contrarium Chriſtianæ fidei, quam virgo colebat, eſſe facturum; quin potius permiſſurum, vt fidem cultumque ſuæ religionis cum omnibus, qui ſecum veniſſent, more Chriſtiano ſeruaret. Itaque promittitur Virgo, atq; Eduino mittitur. Quam comitatur S. Paulinus Epiſcopus Eboracenſis, ne ipſa cum ſuis paganorũ ſocietate pollueretur, quo-

Beda li. hiſt. Angl. c. 9.

Matrimonium Chriſtianum cũ paganis illicitũ.

quotidiana exhortatione & sacramentorum cœlestium celebratione eam confirmando.

III. *Cæsara Imperatrix Christiana facta ad Imperatorem redire negat, nisi baptizatum, & impetrat.*

Paul. Diac li. 4. c. 17. vel. edit. & Neu. 52. Turon. lib. 11. c. 9.

Circa annū Domini 593. Regis Persarum coniunx, nomine Cæsara, de Perside exiens cum paucis suis fidelibus, priuato habitu propter Christianæ fidei amorem Constantinopolim venit. Quæ ab Imperatore (Mauritio) honorifice suscepta, post aliquot dies, vt desiderabat, baptismum consecuta, ab Augusta de sacro fonte leuata est. Quod vir eius Persarum Rex audiens, Legatos Constantinopolim ad Augustum direxit, quatenus eãdem suam vxorem redderet. Qui ad Imperatorē venientes, verba Regis Persarum nunciant, qui suam requirebat Reginam. Imperator hæc audiens, remq; omnino ignorans, eis responsum reddidit, dicens: De Regina, quam quæritis, fatemur nos nihil scire, præter quod ad nos hic aliqua mulier priuato habitu aduenit. Legati vero responderunt, dicentes: Si placet vestro conspectui, volumus hanc quam dicitis mulierem videre. Quæ cum iussu Imperatoris aduenisset, mox vt eam conspiciunt, ad eius vestigia prouoluuntur, eiq; venerabiliter, quod eam vir suus requireret, suggerunt. Quibus illa respondit: Ite, nunciate Regi vestro, & domino, quia nisi sicut ego iam credidi, ita & ipse in Christum crediderit, me iam vltra consortem thori habere non poterit. Quid multa Legati reuersi ad patriam, vniuersa, quæ audierant, Regi nunciant. Qui nihil moratus, cum sexaginta millibus viris Constantinopolim pacificè ad Imperatorem venit, à quo gratanter & satis dignè susceptus est. Qui cum vniuersis in Christum credens, pariter cum omnibus sacri baptismatis vnda perfusus, & ab Augusto de fonte leuatus, Catholica fide confirmatus est, multisque muneribus ab Augusto honoratus, accepta sua coniuge, lętus & gaudens patriam repedauit.

Cæsara Imp. virū relinquit fidei gratia.

Arnulf. phus Persarū Imper. cum suis baptizatur.

IV. *Theresia negat se Abdallæ Regi Arabum nupturum, nisi Christianus fiat.*

Roder. Santius h. s. Hisp. p 3 c. 3. Roder. Tolet li. 5 rer. Hisp. c. 18 Vasæus in chroric. Hisp an. 983. Baron. t. 10

EO olim detestando amicitiæ vsu Christiani Saracenis cōiuncti mutua inter se fœdera nuptiarum inibāt, vt & principes id facere non erubescerent. Nam Abdalla filius Almahadij; Regis Arabum, qui regnabat Toleti anno Domini millesimo decimo, in vxorem accepit Theresiam virginem à Fratre Adelphonso Legionis Rege inuitam. Quæ fœmina Christiana, virgineque maximè pia specimen dignum exhibuit, dum non nisi ea conditione se iungi paratam viro diceret, nisi ille, vt ipsa, eiusdē religionis consors, Christianus efficeretur, aliter non consensuram: sic falsa simplex virgo promissione decepta, quod vir fieret Christianus, duci se passa est. Vbi autem tēpus aduenit, promissionem illa exigēs, sero tandem se delusam, obnitente viro cognouit: cum illa cōminata eidem diuinam vltionem, si quid præter fas in inuitam ac renitentem tentare præsumeret. Sed deridens libidinis œstro percitus impius ille, puellæ vim intulit; moxque offensi numinis expertus est vltionem, affectus morbo grauissimo; cuius salutem desperans, nisi causam protinus dimoueret: eādem Theresiam cum amplis muneribus ad fratrem Regem sponte remisit.

Theresia Alphonsi Regis soror inuita matrimonio iūgitur Saraceno.

Vltio diuina in Abdallam.

V. *Eurosia Bohemiæ Regis filia mauult vitam perdere, quam Mauro infideli connubio iungi.*

Lucius Marinæus Siculus 15 de reb. Hisp.

RODerici Regis tēporibus, Mauris per insidias Iuliani comitis Hispaniam deuastātibus, Eurosia Bohemiæ Regis filia Arragoniæ Regi per nūtios despōsata, veniens in Hispaniam, cum Maurorum rabiem sæuientem contra Christianos audijsset, ad montes Pyrenæos

rentæos fugiens, in speluca apud oppidum, quod Verna vocabatur, latuit cum multis Hispaniæ & Bohemiæ nobilibus, qui cum ea venerat: ad quam speluncam cum Mauri peruenissent, equites Eurosiæ fortissime contra Mauros pugnantes, omnes demum Maurorum multitudine circumuenti oppressique ceciderunt, & Eurosia ab hostibus capta. Quæ cum Regis filia agnosceretur, & esset forma pulcherrima, admonita à Maurorum principe vt Christianorum legem desereret, & ei coniugio copularetur, nolens illius fraudulentis suasionibus acquiescere, ipsa cum paucis suorum, qui prælio remanserant, iugulatur. Quæ cum ferientis gladium patienter expectaret, hæc angelica vox audita est: Veni electa mea, sponsa Christi: accipe coronam, quam tibi Dominus præparauit; & donum, vt quotiescunque pro pluuia, vel contra quamcumque tempestatem fueris à Christi fidelibus inuocata, erit eorum oratio exaudita. Cum hoc audijsset, brachijs detruncatis & pedibus, expirauit. In loco autem vbi concidit, miracula multa postea visa fuere. Corpus vero post aliquot annos cuidam pastori diuinitus demonstratum est, & inuentum solemniter & maximo gaudio Christianorum ad Lacam ciuitatem delatum est, vbi in arca reconditum in Ecclesia cathedrali suauissimè redolet.

TIT. V. De primo Matrimonij bono, prole videlicet.

Anna Helcana vxor diu fuerat 1. Reg. 1. *sterilis, cum post multas preces Samuelem genuit, quem Domino consecrandum deuouit.*

Elizabeth quoque diu infœcunda Luc. 5. *fuerat, cum Zacharia sacerdotio fungenti dixit Angelus, quod ipsa pareret filium. Peperit itaque filium, Ioannem Baptistam præcursorem Domini.*

EXEMPL. I. *Quomodo S. Eutychius Patriarcha effecerit, vt coniuges filios consequerentur.*

Erat in vrbe Amasea quidam Androginus legitima vxore copulatus: qui cum filijs procreandis operam darent, ita frustrabantur, vt infantes, antequam è ventre exirent, immaturi præriperentur; ex quo parentes ipsi magno mœrore afficiebantur: quid igitur faciunt? vtile consilium capiunt. Confugiunt ad Deum, qui mortuos etiam potest per seruos suos in vitam reuocare. Imitantur viduam illam Sareptanam, cuius filium Elias suscitauit: Sunamitidem imitantur, quæ currit ad Elisæum, cum filius eius in cœnaculo mortuus iaceret. Confugiunt & ipsi ad beatum virum: supplicant, vt precibus suis impetret, ne infantes sibi in lucem editi statim moriantur. Quæ cum pro illis precatus esset, ambos vnxit oleo sancto, tum eo quod è pretiosa cruce, tum illo quod ex sanctæ, puræque Dei genitricis & perpetuæ virg. Mariæ nostræ dñę ueneráda imagine scaturire solet Zozopoli, dicens: In nomine Dñi nostri Iesu Christi. Hæc.n. verba cunctis ægrotátibus, qui ad se accedebant, solitus erat adhibere, quemadmodum & S. Iacobus præcipit, sed non vt in sacro. Cum igit precandi finem fecisset, & tanquam gratia quadã afflatus taceret: mox nomen illi (inquit) Petrum opponetis, & viuet: erat.n. mulier grauida. Cum autem ego adessem & respondissem: at si fœminam, inquiens, pariet, ecquod illi nomen imponent? Minimè (inquit) sed Petrum vocabunt, & saluus erit. Quibus verbis gaudentes, tanquam puerum nondum natum in vlnis gestarent, domum reuersi sunt. Tempore iam impleto peperit filium, quemadmodum ante viderat, & prædixerat seruus Dei. Quem cum baptizandum curassent parentes, & nominassent Petrum, postea vnà cum ipso ad virũ sanctum accedẽtes, complexi sunt pedes eius,

Cæs. Baron. to. 7. an. 564. ex Eustachio.

S. Eutychij Epi. Constan. tinop. precibus Androgyni proles seruantur.

eius, & confessi sunt quæ sibi fecisset Deus, & quod sui misertus esset. Impositis autem puero manibus, vir sãctus benedixit ei. Sed cum creuisset ille, qui ex præcognitione & precibus genitus fuerat, alter natus est illis. Itaq; venientes rursus, ambos filios ad sanctum virum attulerunt, laudantesq; Deum rogabant, quo nomine postremus deberet appellari. Qui geminos filios intuitus, illud Salomonis venuste vsurpauit: Frater, qui coadiuuatur à fratre, quasi ciuitas firma. Parentibus autem illorum dixit: Ioannẽ hunc appellabitis, quĩ in æde S. Ioãnis preces vestras Dominus Deus audiuit.

Prou 18.

II. *Illefonsus precibus ad B. Virginem obtinetur.*

Lucius Mari Siculus de rebus Hispan. l. 5

Etsi permultæ Hispaniæ vrbes merito Sanctis suis illustrantur, Toletana tamen clarissima ciuitas Illefonsi gloriosissimi meritis innumeris maiorem in modum gloriari potest. Huius namque sancti parentes, Toletani ciues, et generis nobilitate, et morum vitæque sanctitate maximè floruere: pater enim, Stephanus nomine, assiduè munera pauperibus erogabat: mater vero, Lucia nomine, dies cõtinuos ac noctes orationibus ad diuam Mariam Virginem Dei genitricem semper impendebat, orabatq; vt sibi tandẽ proles nasceretur. Cui quiescẽti Maria virgo visibiliter apparuit, dixitque: Lucia, tibi filium prænuncio nasciturum, qui magnã Hispanis omnibus lucem afferet. Quæ cum hæc dixisset, summo splendore refulgens ab illius oculis euanuit. Concepit itaque deinde Lucia sanctissima mulier, & filium peperit Illefonsum, cuius vitam, quam sanctissime semper egit, enarrare longum esset. Cæterum cùm adolescentiam disciplinis, & rebus sacris impendisset, postea Eugenio in Toleti Archiepiscopatu succedens, in eo vitã sanctissimè finiuit, qui propter suam erga Virginem Dei genitricem contemplationem, dicitur, & sine dubio

Illefonsi conceptio ab Virgine matre Dei nũciata

creditur ab ea vestem candidam, rem diuinam celebraturus, accepisse in Ecclesia Toletana, vbi nunc extat altare, in quo celebrauit.

III. *Precibus & votis ad S. Nicolaum Episcopum à parentibus impetratur S. Nicolaus Tolentinus.*

In vita eius apud Sur. c. 1. & 2 die Sept. 10. to 5.

Amata S. Nicolai Tolentini, ordinis fratrum Eremitarum S. Augustini, mr̃, cum iam multo tempore vixisset cum marito suo, & instar sterilis nullos pareret liberos, magno ardens desiderio prolis, sicut & vir eius, quẽadmodum Anna illa veteris testamẽti Samuelis mr̃, in templũ intrãs, erga B. Nicolaum Epm̃ magna animi deuotione concepta, fleuit abundè, & votũ Dño nuncupauit, ita dicens: Dñe Iesu Christe, qui oĩa potes, respice pietatis oculis ancillam tuã, & aufer à me sterilitatis opprobrium, præstaque mihi, vt filium concipiam, futurum seruum tuum, eumq; pariam in laudẽ & gloriã noĩs tui. Sed quia preces meæ paruæ sunt, & exiles in cõspectu maiestatis tuæ, S. Nicolaum antistitem tuum suppliciter deprecor, vt eius orationibus merear à te Deo oĩpotente consolationem percipere: polliceor.n.me celeberrimum eius tumulum aditurã, vnà cũ marito meo, & fetuo tuo. Deinde noctu quiescentibus illis apparuit Angelus Dñi, iussitq; vt ad S. Nicolaum Barrensem properarent, cogituri illic, quis ex eis propediem nasciturus esset. Mira sanè Dei dignatio. An forsan Samson hic, cuius matri dictũ est: Sterilis es & absq; liberis, sed cõcipies & paries filiũ. Expergefacti illi, & valde exhilarati, mox surgunt, gratias bonorum omnium largitori Dei acturi. Nihil vero de angelica visione hęsitantes, cum res & facultates suas cognatis & amicis commendassent, iter arripiunt, in habitu peregrino. Vbi autem ad beati Nicolai ecclesiam venerunt, pie & religiose peractis gratijs; oblatisque muneribus, ex itinere fessi, ante altare obdormiũt.

1. Reg. 1.

Votũ matris S. Nicolai de Tolentino.

Angelus apparet parẽtib. S. Nicolai Tolẽtinatis.

Iud. 15.

Et ecce

S. Nicolaus Barensis parentibus eius apparet.

Et ecce mox in pontificis habitu eis apparet S. Nicolaus, dicitq; ad illos: Angelus, qui vobis nunciauit filium vobis nasciturum, dixit mihi, vt ad vos venirem, confirmaremque meis verbis editoros vos filium, qui Nicolai nomen sit habiturus, quippe qui, me impetrante, nascetur. Erit autem ille Domino gratus seruus, religiosamque & asperam ducet vitam, fungeturque sacerdotio, & Deo gratissimum offerret sacrificium, &c. Securi igitur & certi exauditas esse preces vestras, & vera Angelum vobis nunciasse, domum abite. Atque ita redeunt ad propria. Vxor fit grauida, & demum parit filium, qui à parentibus Nicolaus fuit appellatus.

Nascitur S. Nicolaus.

IV. *Prolem velut altera Sara per Rumoldum obtinuit Cæcilia.*

In vita S. Rumoldi Archipresbyt. Mechliniensis apud Sur. 1. die Iulij.

CVm quodam apud Scotos regni gubernacula Dauid Rex, eximia fortitudine ac prudentia vir, teneret, ducta in matrimonium Cæcilia Regis Siciliæ filia, postquam multo tempore nulla spe prolis vna degissent, tandem precibus Guallafferi, Dubliniensis Antistitis, filium à Deo impetrarunt: qui vt Angelo nunciante conceptus, ita etiam eodem monente in lucem editus Rumoldi nomen sortiri meruit. Tinctus à Guallafero lustralibus aquis, eidem in disciplinam magno parentum gaudio traditus est. Erat autem puer egregia indole, & ab ipsis cunabulis parsimoniæ plurimum deditus, adeo vt ternis in qualibet hebdomada vicibus, à maternis vberibus puer abstineret, eamque abstinentiam ad extremum vitæ spiritum diuino afflatu edoctus conseruaret.

V. *Leoni Imperat. prolem masculam precibus impetrat S. Daniel Stylites.*

Simeon Metaph. in vita Danielis Stylitæ, 21. apud Sur. 11. Decẽbr. Bar. t. 6.

LEo Magnus, qui Romanum administrabat imperium, naturam autem regere non poterat, sed proles ei deerat mascula, quid facit? Confugit ad Deum omnium Dñm, apud ipsum Daniele vsus intercessore. Ille vero paruit, & anno sequenti parituram esse vxorem protinus significauit. Res ergo, vt dixerat, successit, et natura cessit precibus, non solum ad hoc, ut daret filium; sed ad hoc ẽt ut daret illo tpe, quo sancti os diuinum prædixerat. Sic ille non solum erat filius precationis, sed ẽt per preces dabat alijs, ut haberent filios: idcirco eũ remunerans Imper. tertiæ colũnæ ei iecit fundamẽtũ.

Leo Imp. precibus Daniel. filiũ obtinet.

VI. *Mater Theodoreti, quæ primum sterilis erat, & exercitationis monasticæ amatrix, tandem Macedonij intercessione concipit.*

Theodoretus in historia ss. patrũ c. 13. ĩ vita Macedonij.

CVm mater mea, inquit Theodoretus cum patre meo habitasset tredecim annis, ea non fuerat facta mater filiorum: erat enim sterilis, vt quæ fructum ferre à natura prohiberetur: & ipsa quidem id non ualde ægre ferebat: Quæ enim erat in rebus diuinis erudita, credebat hoc esse utile. Magnã autem molestiam accipiebat pater, quod careret filijs: & circũquaque cursitans, rogabat Dei seruos, ut à Deo ei peterent filios. Alij ergo pollicebantur se & Deum deprecaturos, & iubebant, ut esset Dei uoluntate contentus. Macedonius autem uir diuinus apertè est professus, se unum petiturũm ab uniuersi opifice, & se petitionem accepturum esse pollicitus. Cũ tres itaq; anni præterijssent, & pro missio finẽ non accepisset, rursus accessit pr̃ promissum exigens. Ille aũt iussit, ut ad se mitteret coniux. Cum autem uenisset mr̃, dixit illi uir diuinus, se & petiturum & eã filium accepturam, & quod oportet illũ ei, qui dederat, dedicari. Cum autem mater solũ rogaret, ut animæ salutem acciperet, & ut liberaretur à gehenna; præter hoc, inquit, liberatus & munificus Deus tibi dabit filium: ijs enim qui purè & sincerè petunt, duplices largitur petitiones. Illinc reuersa est mater afferens promissi benedictionem. Et quarto anno à promissione concipit,

Mater Theodoreti primum sterilis.

Theodoretus Deo dicatus antequã natus.

Precibus Macedonij concipitur Teodoretus.

& gerit vterum: & accedit ad diuinum hominē, benedictionis ostendens manipulos. Quinto autem mense à conceptione, fuit periculum abortionis. Illa autem rursum misit ad nouū suum Elisæum: vetabat enim morbus ne ad ipsum veniret, & ei reuocauit in memoriam, quod nolebat fieri mater filiorum: & eius promissa adduxit in medium. Ille autem cum procul vidisset venientem, & agnouit, & causam significauit. Noctu enim & morbum, & salutem ei ostenderat Dominus. Accepto ergo baculo; venit, ei innitens; &, cum fuisset intra ædes, & pacis salutationem dedisset vt consueuerat; Bono, inquit, sis animo, nec timueris. Neque enim donum auferret is qui dedit, nisi tu pacta conuenta transilieris. Pollicita es autem te ei reddituram eum qui datus fuerit, & ei consecraturam ad diuinum ministerium. Sic, inquit mater, & opto, & volo: existimo enim vel per infectissimum fœtum esse magis expetendum, quam à Deo alienam filij educationē. Cum itaque aquam accepisset, & benedixisset: Bibe, inquit vir sanctus, hanc aquam, & senties diuinum auxilium. Bibit itaque, vt iusserat, & abortionis effugit periculum. Hæc sunt nostri Elisæi miracula. Ego eius benedictionem & doctrinam sæpe percepi. Me enim adhortans, sæpe dicebat: Natus es, ô fili, cum multis laboribus. Multas noctes Deum hoc solum perpetuo rogaui, vt tui parentes hoc fierent, quod te nato sunt nominati. Vide ergo, vt vitam agas dignam laboribus, vt qui, ante quam nascereris, promissis fueris dedicatus. Quæ sunt autem Deo dedicata, sunt omnibus veneranda, & à vulgo minimè contrectanda. Conuenit ergo vt tu quoque malos animi motus non admittas: illa autem sola cogites, & facias, quæ Deū placant virtutis legislatorem. Hæc mihi perpetuò suadebat vir diuinus; ego autem & eorum memini, & donum diuinum sum edoctus.

Macedonius nouus Elisæus.

Abortionis periculū aqua benedicta fugatur.

Macedonij ad Theodoretū exhortatio

VII. *Duodecim proles cultu duodecim apostolorum obtinentur.*

ANno 1474. Ioannes Mates & Catharina Calagnira Barcinonēses, cum annos octo egissent sine prole, pro ea obtinenda uoto domi cōcepto, & in ipsa sancti Seueri ecclesia renouato, sacrum solemne faciendum curarunt in honorem duodecim Apostolorum, accensis duodecim cereis, cum nomine vnius Apostoli ad singulos cereos. Audierunt Apostoli uota precantium: nam ipsi spatio tredecim annorum sequentium duodecim proles habuere, octo masculos, & quatuor fœminas; quorum singulis unius Apostoli nomen indidere. Et licet diu superuixerint, nullam prolem suscepere. Filij deinde post parentum mortē singuli circa festum sui Apostoli, cuius nomen gerebant, obiere. Vltimus superstes, qui & hæc Romæ in marmor incidi curauit in sancto Saluatore de Lauro, Petrus Mates I. V. Doctor & cubicularius Apostolicus. Dum ecclesia S. Saluatoris conflagrauit, marmor translatum est in claustrum.

Extat in marmore quodā Romæ in templo S. Saluatoris ī Lauro.

Cultus 12. Apostolorum.

VIII. *Rais fœmina clarissima per preces Danielis Stylitæ prolem obtinet.*

CVm mulier Rais nomine, fide qui dē feruentissima & maximè pia, gloria autem ualde insignis, didicisset, quæ à magno Daniele Stylita fierent miracula, prompto & alacri animo ad eum accurrens, & similiter, atque illa meretrix, illius pedes rigans lachrymis precibus ab eo contendit ut sibi nasceretur filius. Cum autem humi deiecta uidisset eius pedis soleam exercitatione à tendine discissam, stupens tolerantiā & emittens uoces Cananææ similes, dans ei funiculū, rogat ut eum circa eius pedē inuolueret, & ei rursum redderet: Hæc est, inquiens, summa meæ petitionis. Ille uero primū non sustinebat, sed motus illius lacrymis, & præterea Epi & cæterorum uerbis flexus, nō solum illum, cū funē

Ex actis Daniel. ca 41. apud Sur. 11 Dec. Bar. t 6. an. 476.

cir-

circumuoluisset, ei reddidit, sed etiam significauit fore, vt ipsa pareret filiū, & prædixit nomen filij; Zenonem, dicens, ô mulier, vocabis filiū. Et sic quidem sanctus. Ego autem intus dicam amplius, clarum est enim ita euenisse: nihil enim excidebat ex ijs quæ ab illo prædicabantur.

TIT. VI. De admiranda quorumdam puerorum conceptione.

Luc. 1.

Ioannes Baptista in vtero matris officij, & professionis suæ non obscura dedit indicia, quando mundi Saluatorem in vtero matris adhuc latentem exultatione sua adesse significauit, atque ita antequam in lucem ederetur, Propheta extitit.

EXEMP. I. *Eucherius in vtero materno existens ab Angelo benedicitur, & futurus Antistes prænunciatur.*

In vita ei⁹ apud Sur. 20. Febr.

ADmiranda est venerabilis Eucherij Aurelianensis historia. Nocte quadam illius genitrix, cum ab ecclesia expletis nocturnis hymnis domum redijsset, propriū ingressa cubiculum quieti se dedit: viditq; in somnis thoro suo virum adstantem, miri candoris vestibus indutum, capitis veneranda canitie splendidum, oculis instar gemmarum coruscātibus terribilem, sibiq; dicentem: Aue Deo dilecta, benedictū in vtero tuo ferens puerum, olim in hac vrbe à Deo electum futurum Antistitem. Cui venerabilis matrona, Obsecro te, inquit, vt benedictionē tuo ore mihi largiaris, priusquā à me discedas. Intueor enim vultum tuum veluti Angelicum. Ait illi Angelus: Recte quidē cernis. Ego enim Angelus Dei sum, missus ab eo, vt benedicam proli, quæ est in vtero tuo. Et quia admonenti ambiguitatem nō opposuisti, sed à Deo missum me credi disti, iam nunc benedicā tibi, & semini tuo ex te nasciturо. At illa expergefacta immensas sanctæ Trinitati referebat gratias, atq; marito suo tantæ reuelationis gaudia per ordinem explicauit. Ille vero hæc audiens, timore & gaudio perfusus, in gratiarum actione permanens, rei expectabat euentum. Natum puerum baptizauit, & de sacra vnda suscepit Ausbertus Augustodunensis Episcopus.

Eucherius in vtero matris per Angelū benedicitur.

II. *Geisca Vngarorum Duci prædicitur filius, qui futurus esset Rex, & sibi & populo frugem facturus.*

Baro to. 10. Annal. an. 989. ex Carnuit. ej⁹ in vita Steph. vngar. reg. c 1 2 3. apud Sur. 25. Aug.

GEisca primis Principes Vngarorū Christianus, vt Orthodoxæ fidei semen in pectoris eius horto satum in fruges erumpere gestiret, vndis salutaribus expiatus, omnes ditionis suæ homines pollicetur se ad Christianismum perductурū. Cum autē multum esset sollicitus de edomandis rebellibus, ritibus sacrilegis abolendis, ad sāctæ Ecclesiæ profectū pro sua æstimatione statuendis Episcopatibus, mira quadā præuisione nocte eum Dn̄s consolatus est: misit enim ad eū iuuenem speciosissimum, qui diceret ei: Pax tibi, Christi electe, facessat cura hæc & sollicitudo. Nō fiat per te id quod meditaris. Habes enim manus humano sanguine pollutas. Nascetur autem tibi filius, qui diuinæ prouidentiæ consilio id efficiet, quod tu animo concepisti. Erit is Rex, & ex eorum Regum numero, quos Dn̄s elegit, coronam regni temporalis æterna commutaturus. Tu vero hominē spiritali legatione apud te functurum honorifice excipito, exceptum reuerenter habeto, eius cohortationibus sincerū pij pectoris affectū adhibeto. Expergefactus Princeps, stupens ad visionem, prius secū, deinde cum Christianis, & suis hominibus pertractans, humi totus prostratus, expansis manibus humiliter, gratias egit Deo; seque principatumque suum cum filio nascituro, curę illis qui non dormit, neque dormitat, lacrymabundus commendat. Vt autem

Angeli apparitio

omnis ambiguitas tolleretur de medio, & ne parum fidei habere videretur visio Duci oblata, etiam vxorem eius iam partui propinquam eiusinodi diuinitus consolatione affectum, prætereundū non est. Apparuit illi B. Leuita & protomartyr Stephanus, Leuitici habitus insignibus ornatus, ita eā compellans: Confide mulier in Domino & certa esto, te filium parituram, cui primo huius gentis & regnum, & corona debetur. Tu vero illi nomen imponas meum. Cum autem fœmina non sine admiratione sciscitaretur ab eo, quisnam esset, aut quomodo vocaretur? sic respondit: Ego sum Stephanus protomartyr, qui primus pro Christi nomine martyriū obiui. His dictis disparuit. Nascitur itaq; (vt prædictū erat) filius principi, notus Domino, secundum Prophetam, priusquam in vtero conciperetur, & per Stephanum protomartyrem à Domino appellatus antequam natus. Eum vero beatus & Deo dilectus Episcopus Adalbertus baptizauit, & nomen Stephani ei impositum est, & non sine nutu, & consilio Dei, vt nos quidem persuasum habemus.

B. Stephani mart. apparitio

Stephani Regis præclara natiuitas.

III. *Quid de Eligio adhuc in aluo matris ab ea præuisum, & quid de eodem à sancto viro prophetarum.*

B. Audoen. Rothomag. Et. in vita S. Eligij c. 2. apud Sur. 1. Decembr.

CVm beatus Eligius Nouiomensis Episcopus matris adhuc aluo esset indutus, vidit genitrix eius visionē, quæ huiusmodi habet ordinem. Videbat quasi aquilam valde pulcram supra suum volitantem stratum, ac se ter tio inclamantē, sibiq; nescio quid pollicentem. Cumque ex reciproca voce euigilasset, perterrita nimis, cępit mirari, quænam esset hæc visio. Interea venit tempus pariendi, & præ magnitudine doloris cępit mater periclitari. Vocauerunt autem quendam religiosum presbyterum, boni testimonij virum, vt pro eadem orare deberet. Qui cum venisset ad eam, quasi propheticum mox vsurpans verbum, ait ad illā: Noli, inquiens, mater timere: quoniam benedictum partum tibi Dñs dignabitur largiri. Erit etenim vir sanctus, ac de gente sua electus, vocabitur magnus in Ecclesia Christi sacerdos.

Aquila visa in natiuitate B. Eligy quæ portende rit.

IV. *Quid etiam in vtero viderit D. Bernardi mater.*

Guil. Abb. l. 1. vitæ eius cap. 1.

ALeth D. Bernardi mater, cū in ordine filiorū tertium Bernardum haberet in vtero, somnium vidit præsagium futurorū, catellum scilicet totum candidum, in dorso subrufum, & latrantū in vtero se habere. Super quo territa vehementer, cum religiosum quendam virum consuluisset, cōtinuo ille spiritum prophetiæ cōcipiens quo Dauid de sanctis prædicatoribus Domino dicit; [Lingua canum tuorum ex inimicis:] trepidāti & anxię respondit: Ne timeas, bene res agitur. Optimi catuli mater eris, qui domus Dei custos futurus, magnos pro ea contra inimicos fidei editurus est latratus. Erit enim egregius pręedicator, & tanquā bonus canis, gratia linguæ medicinalis in multis multos morbos curaturus est animarū. Quo responso mulier pia, & fidelis, quasi à Deo suscepto, læta efficitur, & iam nunc in amorem nōdum nati tota transfunditur, cogitans sacris eum literis erudiendum tradere, secundum modum visionis, & interpretationis, qua ei de illo tam sublimia promittebantur. Quod & factum est. Mox enim vt felici partu edi dit, non modo obtulit eum Deo, sicut de alijs agere cōsueuerat; sed sicut legitur de S. Anna matre Samuelis, quæ petitum à Domino, & acceptum filium in tabernaculo eius destinauit perpetuo seruiturum, sicut & ipsa eum in Ecclesia Dei acceptabile obtulit munus.

Catell9 vides in vtero sue D. Bern. mater.

Ps. 67.

D. Bern. qualis futurus prænunciatur.

V. *Visum matris beati Dominici ipsum adhuc in vtero gestantis.*

F. Theodor. de Apoldia

IOanna S. Dominici mater sublimioris gratiæ filium paritura, antequàm conciperet, cœlesti visione docta

In vita S. Domi-nici l. 1. c. 1. apud Sur. 5. Aug.

cta est de partu futuro. Vidit namque se vtero gestare catulum, ardentẽ ore faculam ferentem: egressumq; ab vtero totum mundum flammis ab eius ore prorumpentibus illuminantem. Vbi pariendi tempus aduenit, filium peperit fratrum decus, & matris gaudium. Natus vero baptizatur in nomine Patris, & Filij & Spiritus sancti: & nutu eius, cuius est nomen Dñs, Dominicus fuit appellatus. Matri quoq; eius spirituali, nobili fœminę, facer infans Dominicus in visu apparet, stellam luculentam in frõte ferens, cuius immodico splendore totus orbis irradiabatur. Porro mater puerpera cum accuratè domi filium enutriret, & lætabunda ad incrementa perduceret, iacenti aliquando in cunis apum examen adfuit, & circa os volitans linguã eius diuinæ sapientiæ melle affluituram indicauit. Itaq; vix dum infantiæ annos egressus, exemplo piorũ parentum templum crebro adire, miro feruore in precibus persistere cœpit.

Visio matris. Dominici Stella visa in frõte Dominici.

VI. *Quæ visio matris S. Columbani vterum gestanti oblata.*

Ionas Abbas in eius vita c. 2. apud Sur. to. 6. 21 Nouemb. Solem è sinu suo rutilã è videt mater Colũbani.

QVid matri S. Columbani Abbatis contigerit, antequã fœtum hunc in lucem ederet, non est silentio inuoluendum: Ipsa enim grauida cum esset nocte intempesta, sopore depressa, vidiṫ è sinu suo rutilãtem solem nimioque fulgore micantem, procedere, & mundo ingens lumen præbere. Expergefacta deinde, cœlo iam albescente, accuratè apud se pensitare cępit, & sagaci trutinare animo, ecquid tanta sibi visio velit. A vicinis quoq; quos doctrina solertes reddiderat, petij, vt eius vim & significationẽ rimarentur. Audiuit tandẽ à peritis, se egregiæ indolis puerũ suo vtero continere, qui & suæ, & proximorũ saluti præclarè consulturus sit. Postquã ergo mater eum edidit, tanta cura seruauit, vt illis etiam, quorum habebat mores cognitos & exploratos, vix eum credere aut committere vellet, donec pubescens, Christo duce, sine quo nihil boni agitur, bonis excolendis operibus animum applicaret. Nec immeritò ẽ suo sinu solem fulgentem prodire conspexit. In ecclesiæ enim, quæ mater est vniuersorum, membris tanquam sol splenduit, dicente Domino: [Tunc iusti fulgebunt sicut sol, in regno patris eorũ.] Et Debora olim docta à Spiritu Sãcto: [Qui autem, inquit, diligunt te, sicut sol in ortu suo splẽdet, ita rutilẽt.]

Matt. 13

Iudic. 5.

VII. *S. Vuillibrordi mater grauida visa est videre lunam crescentem, & quid id sibi voluerit.*

Albert. Flaccus Caroli Magni preceptor, in vita S. Vuillibrordi c. 1 apud Sur. 7. Nouemb.

MAter quoq; S. Vuilibrordi Episcopi Traiecten. intempesta noctis quiete cęleste in somnis vidit * orama. Visum est ei, quasi nouam in cœlo videret lunam, crescente illa vsq; dum plena videbatur esse. Quam diligẽtius intuens, repentino cursu lapsa ruit in os eius. Qua deuorata, eius intima splendore perfusa sunt. Euigilans vero timore perterrita, cuidam religioso presbytero retulit somnium, illoq; interrogante, si ea nocte, qua ei visio facta est, suo more solito iungeretur viro, acceptaq; ab ea eius rei confessione, ita respondit: Luna, quã ex modica vidisti in magnam çreuisse, filius est, quẽ in ea nocte concepisti: qui luce veritatis caliginosos tenebrarum errores discutiet, & quocumq; perrexerit, comitãte superni luminis splendore, plenũ, suæ perfectionis ostendet globum: coruscanteq; rumoris eius candore, & motum pulchritudine, multorũ in se allicier aspectum. Factum est post circulum dierũ, & mulier peperit filium, sacroque fonte baptismatis regenerato, imposuit ei mater nomen Vuilbrordi.

** ὅραμα. visum.*

Lunam videt S. Vuilli-brordi mater, eiusq; interpretatio.

VIII. *Sanctus Victor adhuc infans in vtero matris dæmonibus terrori fuit.*

D. Bern. ser. de S. Victore.

S. Bernardus miratur & stupet S. Victorem confessorem, cum adhuc in vtero matris infans gestaretur, pauori

uoti fuisse pauendis dæmonijs, quippe ab ipsis præcognitum, & iam tunc ex nomine designatum. Nec vacuum nomen, vbi hostiũ fugi, & extorta confessio victoriam concessit infantulo.

IX. *Ob prolem, quam in vtero gestabat S. Brigittæ mater à naufragio diuinitus liberatur.*

In vita eius apud Sur. c. 1 Iul. 23. t. 4. S. Brigitta in regno Suediæ orta, cũ adhuc materno gestaretur vtero, accidit vt Sigridis mater eius in quodam maris sinu naufragium faceret; cumq; multi vtriusq; sexus submergerentur, Dux regni Henricus, frater Regis Suediæ, videns illã in periculo versari, omnib. modis quibus potuit, eam viuam ad litus perduxit. Eadẽ autem nocte illi adstitit persona quædã veste luculenta induta, dixitq; ad eã: Salua euasisti propter bonum illud qd habes in vtero. Itaque nutri illud pro Dei amore, sciens specialiter id tibi diuinitus esse donatum. Nata autem puella, sacerdos quidam vicinioris ecclesiæ vitæ integræ & prouectæ ætatis, qui postea factus est Episcopus Aboensis in Suedia, inter orandum nocte vidit nubem lucidam, & in nube sedentem virginem in manu sua librum habentem. Admirans igitur audiuit vocem eiuscemodi: Nata est Birgero filia, cuius vox mirabilis toto orbe audietur. Ab ipso autem ortu suo trienniũ ferè permansit elinguis infantula, nec vllum edidit sermonẽ. Sub finem vero triennij tam perfectè loqui cępit, vt iam non infantium balbutientium more; sed contra eius ætatis vsum, absolutè sua verba enunciaret.

TIT. VII. De admiranda quorumdam infantium origine & pueritia.

Quantus esset futurus D. Ioannes Baptista, patet ex eo quod Zacharias pater eius ob incredulitatem mutus, vbi scripsisset in pugillaribus nomen Ioannis, illico apertum est os. *Luc. 1.*

EXEMP. I. *Pij II. Pontificis mater in partu visa est se edere puerum mitram à capite gestantem.*

Mater Æneæ Syluij matrona nobilis, cui victoriæ nomen erat, cũ proxima esset partui, in somnis sibi visa est puerum se parere mitram à capite gestantem: quæ, vt pronæ semper in peius mentes hominum sunt, verita est, ne somnium illud puero & familię ignominiam portenderet: neque prius potuit huiusmodi suspicione leuari, quam postea intellexerit, filium suum Episcopum Tergestinum designatũ. Quo nuncio oĩ prorsus metu liberata, immortali Deo gratias egit, quod defunctum meliore fato, quam ipsa cogitauerat, filium sibi videre cõtigisset. Is postea fuit Pontifex maximus, quem Pij II. appellatione nostra vidit ætas. *Auctin. in vita Pij II & Sabel l. 1 exempl. c. 1*

II. *Nascente S. Svviberto Vverdensi Episcop. cernitur lumen mirabile.*

Aduenientè hora, qua benedictus puer Svvibertus à clarissima genitrice nasceretur, subito totam regalem cameram, in qua felix Berta pareret, fulgor nimius repleuit, stupẽtibus & mirantibus cunctis: mansitque irreuerberatis radijs protensus, donec peperit filium suum: quo nato, paulatim claritas recessit. Matronæ verò illic cũ obstetricibus cõgregatæ, glorificantes Deum, vbique promulgarunt magnalia claritatis piæ Comitissæ. *Marcel. presbyter in vita S. Svviberti Ep. Vverden sis cap 1. nr. 1. Martij.*

III. *S. Guthlaci ortus mirabilis.*

Tempore Ethelredi Regis Merciorum, nobilis quidam regali progenie ortus, ex vxore sua nomine Tecta S. Guthlacum seruum Dei progenuit. Ea vero hora, qua Dominus eum segregauit ex vtero matris, cælesti prognostico est designatus: manus. n. quasi hominis, rubri nitoris, cælitus missa, & ad ostium domus extensa, ineffabili fulgore coruscare visa est. Quæ signaculo crucis ostium muniens, felici prę-

figu-

figurauit auspicio, quod ille ad ortum procederet, qui cōstanti perseuerantia Christi crucem in suo corpore circumferret. Hominum autem multitudo nouitate miraculi stupefacta, accurrens, inaudirę visionis prodigium, magnum diuinæ dispensationis fore mysterium asserebat. Cumq; stupore magno, secundum varios animi motus, opinionibus ambiguis fluctuarēt, vna obstetricum de domo egrediēs, infantem iam natum proclamat. Quo nato baptizatur, & Guthlacus vocatur, quod sonat belli donum, vel bonum donum iuxta idioma Anglorum. A Deo enim donatus est parentibus, vt contra oppressores coram bella gereret, ac de illis cum victoria titulos triumphales reportaret.

IV. *Matri S. Claræ prædicitur fore, vt lumen quoddam pariat, vnde indidit illi nomen Clara.*

In vita eius c. 1. apud Sur. to 4. Aug. 12. HOrtulana S. Claræ mater, prægnās & partui iam vicina, cū ante crucem in ecclesia Crucifixum attentè oraret, vt eam de partus periculo salubriter expediret, vocem audiuit dicentē sibi: Ne paueas mulier, quia quoddam lumen salua parturies, quod ipsum mundum clarius illustrabit. Quo edocta miraculo, natam infantulam sacro baptismate renascētem, Claram vocari iussit, sperans promissi luminis claritatem pro diuinę beneplacito volūtatis aliqualiter fore complendam.

V. *Quæ de se nondum natus malitiæ auguria dederit Henr. III. Imp.*

Baro. to. 11. Annal. an. Domini 1051 Roderic Nauus. ius Hen r. ei III prodigia. ANno Domini 1051. vt auctor est Lambertus, quarto Idus Nouembris, Henricus III. Imperator auctus est filio, eidemq; Henrici nomen imponi voluit. Sed plane magno Ecclesiæ damno hunc genitum prędidit per visum, quæ ipsum gestabat in vtero Agnes Augusta, nimirum se draconem parere virulētum: quod ipsum eadem sæpe testata scribitur ab auctore vitæ Mathildis, eiusdem temporis scriptore, his versibus:

Cuius erat mater Regina videlicet Agnes,
Hunc in ventre gerens vidit, quod sit draco, verè
In somnis infans. Hoc multis retulit ipsa.

At quam vera ista fuerint, ipsa declararunt euenta.

VI. *De Sanctis Garsiæ Regis Nauarræ mirabili natiuitate.*

MOrtuo Enechone Arista Nauarræ Rege, regnauit Garsias eius filius, vir non minus integritate vitæ, quam armis præstans, qui vxorem duxit Vriacam, fœminam primariam, cum qua iam grauida ac partui vicina, dum incautius per montes iter faceret, nec opinato hostium Arabum superuenientiū insultu oppressus fortiter pro fide dimicans interijt. Accidit vero, vt digressis Barbaris, nobilis quidam, cui Gueuarræ nomen fuisse affirmant, qui à tempore Enechonis Aristæ adhæserat Regi Garsiæ ad eum locum forte accederet, & infantem per vulnus manum extendentem, & velut eluctantem conspicaretur. Miseratus vtriusque vicem, cæso matris vtero, eduxit infantem, ac domui sui diligenter educauit. Quod non sine testibus factum est, vt quando res ipsa posceret, facto fides cōstaret. Qui transactis infantiæ & pueritiæ annis, cum ad adolescentiam peruenisset, ætatem indole, & indolem strenuis operibus superabat, & successit in regno Regis Garsiæ æta. 918. Tolet li. 5. de reb. Hisp an. 918 & lo. Vasæus in Chron. 860.

TIT. VIII. De signis bonæ indolis in pueris ab infantia demonstratis.

Salomonis sapientiæ futuræ non obscurum fuit indicium, quod cum duodennis esset, & in somnis à Deo, quicquid vellet, petere iuberetur, non opes, 3 Reg. 3

non

non opes, non victoriam, non vitam longæuam, sed sapientiam populos regendi petijt: dignus ob id, qui quod dormiens elegerat, vigilans à bonorum omnium datore Deo liberalissimè consequeretur.

Luc. 2. *Sapientiam suam clarè manifestauit etiam puer Iesus duodecim annorum in Hierusalem, sedens in templo in medio doctorum, cum stuperent omnes, qui eum audiebant, super prudentia & responsis eius.*

EXEMPL. I. *Christi Domini paruuli Hermopolim aduenientis præsentia arbor flectitur, & in Ægypto simulacra corruunt.*

Sozom. li. 5. c. 21 hist. & Niceph. l. 10. c. 31 Baro. to. 1. Annal. an. Christi 5

QVanta futura esset Christi Domini potentia, patet ex ijs, quę fecit, dum venit in Ægyptum, Sozomeno teste: Memorant, inquit ille, arborem esse, quæ Persis dicitur, Hermopoli, quod est oppidũ Thebaidis, cuius fructus aut folium, aut particula aliqua corticis ægrotis admota morbos à cõpluribus depulerit; Nam traditũ est, Ioseph cum propter Herodem, assumptis secum Christo & Maria sancta Deipara, fugisset, atque venisset Hermopolim simul vt portæ appropinquauit, statim arborem, licet planè maximam, aduentu Christi curuatam esse, atq; ad solum vsque se flexisse, & Christum adorasse. Atque hæc quidem de hac arbore, sicut à multis audiui, à me commemorata sunt. Quæ quidem, si quid ego iudico, vel significabant iam Christum in vrbe adesse; vel, vt est verisimile non modo arborem, quam incolæ propter magnitudinem, & pulchritudinem lege gentilia venerabantur, sed tum me iam, qui ibi colebatur, ob Christum talium rerum euersorẽ, qui in eo loco comparebat, perhorrescentem, sua sponte commotam esse; verumetiam omnes Ægyptiorum statuas, aduentante tum Christo iuxta prophetiam Isaiæ concussas. Itaque dæmone inde abacto, arbor, quo rei gestæ testimonio esset, remansit ibi, fidelesque morbis liberauit. Sed & S. Athanasius Episc. Alexandrinus, non tantum commota esse, sed corruisse quoque simulacra Ægypti testatur his verbis: Qui iustorum, aut Regum in Ægyptũ descendit, & eius descensu idola in Ægypto ceciderunt? Abraham descendit, nihilominus tamen idololatria vbiq; viguit: natus est ibi Moyses, æque illic hæsit religionis error, Et inferius: Ægyptiorum error non quieuisset, nisi Dominus omnium in corpore, quasi in nube vectus, eo descendisset, & idolorum errores compescuisset.

Arbor incuruata Christum adorat.

Simulacra collapsa. Isa. 9.

Libr. de incarn. verbi. Idem habet Eus. Pamph. lib 6. de demõst. c. 20.

II. *S. Ambrosii adhuc infantis os examen apum ingreditur.*

S. Ambrosius Episcopus Mediolanẽsis cum in infantiæ cunis sub nutricis cura dormiens sollicitè verteretur: aperto ecce ore, examen apum subito affuit, qđ faciem eius & ora compleuit, ita vt ingrediendi & egrediendi vices frequentaret. Quod pater eius cum matre vel filia deambulans, ne abijceretur ab ancilla, quæ curam nutriendi infantem susceperat, prohibebat: sollicita.n. erat, ne infanti nocerẽt. Expectabat tamen patrio affectu, quo fine miraculum illud clauderetur. At illæ post aliquamdiu volitantes, in tan tam aeris altitudinem subleuatæ sunt, vt humanis oculis minimè viderẽtur. Quo facto territus pater ait: Si vixerit infantulus iste, aliquid magni erit. Post hæc vero adultus puer, liberalibus artibus imbutus, Mediolanũ perrexit, vbi Auxentius Arianorum Episcopus cathedram non regendam, sed dilaniandam tenebat Episcopalem. Quo defuncto, cum ad electionem Episcopi popularis fieret in ecclesia cõglobatio, ecce quidam infans acclamabat Ambrosium Episcopum. Ad quam vocem & omnis illa conuentio similiter acclamabat Ambrosium Episcopũ. Quod non humanis id fieri credẽdum est voluntatibus, sed diuinis, ad saluatio-

Bar. to. 10. an. 862. ex Nicol. 5. Papa in epist. ad Photiũ.

ctionem & ereptionem fidelium de aduersarij nostri faucibus, qui tanquam leo rugiens quærit quem deuoret, inspirationibus. Qui dum se multis voluisset occultare argumentis, & a tanto honore delitescere, tandem separatus ad sacerdotalem ab omni populo & Clero diuinitus electus est dignitatem, & è Catechumeno per singulos gradus Ecclesiasticos proficiscens, octauo die ab omni Catholicorum, diuina annuente clementia, consensu est consecratus Episcopus.

III. *Ex ore S. Ephræm adhuc pueri visa est ascendere vitis frugifera.*

In vita eius ex eo graec. Anonym. 5 per Geward Vossium, Prap. Tü gressem. SAnctus Ephræm ex Oriente oriundus, genere Syrus, pijs parentib. in Edessa natus, vixit temporibus Constantini Magni, & aliorum, qui post ipsum regnarunt, abstinens à puero ab omni re mala. Cuius parentes, eo adhuc puero per somnium cōspexerunt, quod ex ore ipsius vitis ascenderet val de frugifera, quæ excrescebat, & replebat omnem sub cælo regionem: veniebantque cuncta volatilia cæli, & comedebant de fructu vitis, & præter quę comedebāt, adhuc superabat fructus. Quæ in ipso Ephræm vera apparuerunt, dum oris eius ac vitæ fructus per vniuersum orbem resplenduit. De quo & illud memorabile legitur, quod ab Angelo visus sit librum aureis conscriptum literis aliquando recepisse, quem nemo præter eum aperire meruit: vnde mox postero die & deinceps, loquente in eo Spiritu sancto, tantam dicendi ac declamandi gratiam habuit, vt nullum sibi similem suo tempore inueniret.

IV. *Quomodo mater S. Elzearij eum primogenitum recens natum Deo obtulerit, & quam fuerit grata oblatio.*

In vita S. Elzearij Comitis Aria. LAuduna Comitissa S. Elzearij, mater, vbi partum hunc primogenitum edidisset, eadē hora feruenti deuotione & gratiarum actione obtulit eū Deo dicens: Domine Deus, ad cuius imperium existunt creaturæ omnes, gratias tibi ago pro hoc filio, tua benignitate mihi donato, teq; humiliter oro, vt eum tibi seruum accipias, & tuæ benedictionis gratiam ei largiaris. Quod si tu illum nosti fore diuinæ voluntati tuæ rebellem, vbi sacro baptismate erit candidatus, illū sine mora tollas è medio: satius enim est eum innocentē, & nullis proprijs auctum meritis tecum viuere, & mundo emori, quam in hac mortali vita tuam offendere maiestatem. Vt autem Deus ostenderet, se hoc sacrificium accepisse in odorem suauitatis, tantam pietatem infantis illius animo in ipsis cunabulis instillauit, vt cum necdum trienni ætatem cōpleuisset, erga Christi pauperes mirabili commiseratione afficeretur: nam cum baiulatum brachijs portaretur, in castri Ausoisij porta sæpe pauperes humanissimè intuens, nullo pacto progredi volebat, immo vero etiam sine intermissione acerbè plorabat, nisi illis præstita esset eleemosyna. Atque ea causa nutrices eius vel laturæ panem in castrum redibant, vel secum ferebant, vt illi infanti satisfacerent. Cumque pauperes accepissent eleemosynam, lætus & alacer transibat. *nie 3. apud Sur. 27 Sept. c. 5.*

V. *Stephanus Diensis Episcopus adhuc infans ieiunat diebus veneris.*

STephanus Diensis Episcopus, qualis quandoq; futurus esset ab ipsis incunabilis signis quibusdā ostensum est: constat enim, etsi fortassis incredibile videatur, eū adhuc infantem, cum nutricis lacte aleretur, sextis ferijs prorsus eam alimoniam recusasse: ijsq; diebus ieiunū permansisse. Quod vbi parentes & noti didicere, & suis quoque oculis conspexere, manum Domini iam in eo operari cernentes, quod olim de beatissimo Domini Baptista dictum fuit, cogebantur etiam ipsi dicere: Quis putas puer iste erit? *In vita eius apud Sur. 7. Sept. c. 1.*

titudinem Maximini insanire conatus est: Cum enim illa tyrannicæ libidinis ministros præ foribus adesse (erat autē & ipsa Christiana) ac maritum suum, quamuis Romanum præfectum existentem ab ipsis captum, per formidinem, vt se abducerent permisisse audijsset, paululum moræ, quasi ad ornādum corpus causata, introque in cubiculum ingressa, atque ibi sola constituta, gladio seipsum interfecit, ac confestim mortua cadauer lenonibus reliquit, & hoc opere quauis voce magis sonoro, apud solos Christianos virtutem nullis pecunijs vinci, nulloq; exitio perdi posse, ad omnium mortaliū, cum præsentium, tū futurorum mentes pronunciauit.

II. *Romana quædam matrona mori potius parata, quam maritalem torum violare, à morte liberatur.*

Niceph. Call. li. 13 hist. Eccl. c. 35.

HVic planè conforme est quod Nicephorus scribit. In prima direptione vrbis Romæ ab Alarico Gothorum Rege facto anno Christi 412. mulier quædam maximum exhibuit pudicitiæ specimen. Quod namque & ætatis flore, & formæ venustate præstaret, ex Alarici militib. iuuenis quidam pulchritudine eius, cum eam vidisset, captus, ad concubitum eam sollicitauit. Cum autem illa piaculum id auersaretur, miles ense stricto mortem ei minatus, veluti cum amore concertans, per misericordiam summum tantum collū vulnerauit. Illa vero cruore diffluens, iugulum ferro subdidit, melius sibi esse rata, vt cum pudica mente mortem oppeteret, quam cum alio viro concumberet. Et postquam ferocius barbarus illā aggressus est, plurimumque eam oppugnando nihil egit, ad castitatem eius consternatus, in Apostolicum D. Petri templum eam duxit Ecclesiæq; custodibus commendauit, sex illis aureis nummis datis, vt puellam viro suo conseruarent.

III. *Admirabile factum Blancæ coniugis pro castimonia coniugali.*

Bernar. Scardeonius l. 3. hist. Patauina an. 1233.

BLanca Rubea Patauina vxor Baptistæ à Porta, in præsidium Bassiani municipij Patauini cum viro profecta, anno Christi 1233. cum Acciolinus tyrannus Patauio amisso, omnem belli vim in Bassianum conuertisset, & proditione etiam cepisset, atque in ipsis portis Baptistam obtruncasset, Blanca quoque armis induta fortiter pugnans, à militibus circumuenta, captiua ad tyrannum ducitur. Is forma eius (quam augebant arma) motus, primo blanditijs, mox etiam vi adortus eam corrumpere tētauit: illa, cum alia ratione effugere nō posset, per fenestram se dedit præcipitem: semianimis ex casu vix tandem curatur. Curatā tyrannus denuo aggreditur, & quia consentire nolebat, seruorum opera ligatam cōstuprauit. Illa dolorem dissimulans, impetrauit ab amicis, vt ad leuandum mœrorem & desiderium aperto sepulcro mariti fœtidum cadauer semel tantum aspicere posset. Morem illi gerunt. Aperto itaq; sepulcro, vbi iacebat, illa magno emisso eiulatu, in sepulchrum sese præcipitauit, simulque tanta violentia lapidem impulit, vt vna rueret, & Blancæ ceruicem frangeret. Sic pudicitiam suam vita, ex voto suo commune cum marito sepulchrum obtinuit.

IV. *De muliere quæ fidem seruauit marito suo; & quomodo ob illud vterq; diuinitus adiuti sunt.*

Sophron. Prat. spirit. c. 189.

VEnimus Ascalonem, in xenodochium patrum, narrauitq; nobis Abbas Eusebius presbyter, quod negotiator quidam nauigans perdidisset omnia, & sua & aliena, euasissetq; ipse naufragium. Qui cum venisset huc, à creditoribus comprehensus & in carcerem missus est: direptaque sunt omnia quæcunque domi habebat, & coniugis etiam ipsius vestimenta. Illa igitur

tur ex multa anxietate & tristitia, & inopia, nō poterat virum vel pane nutrire. Sedente igitur illa die quadam in carcere, & gemente, intrauit vir quidam magnus, vinctis dare eleemosynam. Videns ergo mulierē liberam sedentem cum viro suo, vulneratus est in amore ipsius; erat enim speciosissima; mandauitq; illi per carcerarium, vt ad se veniret. Illa videns, quod agapem acceptura esset, libenter accessit. Qui sumens illā seorsum, ait ei; Quid est, quod habes? & cuius rei gratia hic es? Quæ illi cuncta enarrauit. Ait autem ipse: Si persoluero, debitum, dormies mecum nocte ista? Illa autē vere pulcherrima & pudicissima, dixit ei: Audiui, domine, dicentē Apostolum; quia mulier nō habet potestatem proprij corporis, sed vir: permitte ergo, domine, vt interrogem virum meum, & quicquid ille iusserit, faciā; veniensque omnia nunciauit viro suo. Ille vt prudentissimus, & vxori suæ maximo, deuinctus affectu; raptus non est spe & desiderio euadendi carceris iniurias, sed ingemiscens cum lachrymis ait vxori: Perge, perge, soror: abrenuncia homini: spero enim in Dominum nostrum Iesum Christum, quia non derelinquet nos vsq; in finem. Exurgens autem illa dimisit à se hominē dicens: Dixi viro meo, & non vult. Per id autem temporis, latro quidam iniectus fuerat in ipsum carcerem, priusquam negotiator vinciretur. Hic omnia inspiciebat, & audiebat viri ac mulieris verba, ingemuitq; apud semetipsum dicens: Ecce in quo isti casu existunt, neq; tamen libertatem suam perdiderunt, vt pecunias acciperent & dimitterentur, sed pudicitiam pluris quam pecuniā existimauerunt: vitæq; istius commoda, vt illius pulchritudinē non violarent, contempserunt. At ego quid faciam miser, qui nunquam cogitaui quod Deus esset, & idcirco homicidiorū auctor fui? Vocans autē illos ad se per fenestram cellæ vbi vinctus detinebatur, dixit eis: Ego latro sum, & cædium patrator, quamobrem, quacunque hora Præfectus venerit, ad mortē vt homicida ducendus sum. Considerans vero pudicum consilium vestrum compunctus sum; itaq; pergite, & in tali loco ciuitatis fodite; & accipite quas inueneritis pecunias; cumq; persolueritis debitum, plurima etiam benedictio remanebit vobis, & orate pro me, vt & ego inueniā misericordiam. Post paucos ergo dies, ingressus ciuitatem Præses, latronem educi iussit & decollari. Sequenti autē die dixit mulier viro: Si iubes, mi domine, vadam ad locum, quem denotauit latro, si forte vera sint quę ille prosecutus est. Qui ait, Vt tibi videtur, facito. Illa vero, sumpto breui sarculo, vesperi ad locū abit; & fodiens, ollam inuenit diligentissime operam, sumensq; illam, profecta est. Prudenti vero vsa consilio, paulatim creditoribus readebat debita; vt ex hoc, ab alijs pecuniam mutuari putaretur. Impleuit autem omnem debiti solutionem, virumq; de carceris custodia eduxit. Dicebat autē qui ista narrauit; Ecce quoniam seruauerunt isti mandatum Domini nostri Iesu Christi, magnificauit & ipse in eis misericordiam suam.

V. *Christiana vxor fidelis in castitate mortem animæ & corporis euadit diuinitus: contra tentator moritur.*

Ex litteris Iaponicis Societ. Iesu An. 1606 sub Residentiam Facatana.

ANno Dñi 1606. Christiana quædam Facatensis in Iaponia, honestis moribus fœmina, à gentili milite, qui eius cōiugem abesse intellexerat, & literis, & blanditijs, vt datā marito fidem falleret, fuit excitata; sed vt erat virtutibus non mediocriter instructa, viriliter iuuenis impudentiā & intolerabilem audaciam semper compressit; non tamen eius animum amorum ignibus inflammatum extinxit: qui quanto maiorem in ea constantiam, pudicitiamque experiretur, hoc maiore cupiditatis incendio torrebatur. Ille itaque loquendi cum ea opportuni-

tunitatem captans, domum matronæ ingreditur, supra modum arrogans, nihilq; moratus, illam in horto, vbi sola erat (vt nouerat) ingreditur; nefariũ animum fœda libertate aperit; ad crimen inuitat. At mulier, quę omnẽ turpitudinem semper reiecerat, cuiq; honestas (quæ ornamentum præcipuum & nobilissimum fęminarum est) super alia quæcumque cordi erat, nulla ratione hisce militis illecebris acquieuit. Ille stricto pugione pectore eius admoto, mortem præsentem, si consensum abnuit, machinatur. Potuit pugione verba flectere, non voluntatem. Spondet ergo obtemperaturã se, sed alio die post secuturo: nunc liberam vti mittat, obtestatur. Discedit miles, lætatus inani spe, rediturus deinde, vt credebat, ad extortam voluptatem. Mulier data simulanter fide, in cubile se recipit, vbi totam noctem, & sequentem diem supplex Deum obtestata est, iam verè Christiana Lucretia, vt ante se perire velit, subitoq; mori, quã pudorem suum labefactari. Audiuit iustas mulieris preces celestis Iudex, qui suos in necessitate nõ deserit, eamque ita omni periculo exemit, vt non morte (quod rogarat) præriperet, quæ propter castitatem longioris merebatur vitæ beneficium, sed adulterũ necaret, qui impudenti flagitio integritaté fœminę violare tentarat. Sequenti enim die, quod ille forte tempus fœdis amoribus destinarat, hominem sano & valido corpore videtunt plurimi concidere exanimen, cũ nemo tam subiti exitij causam posset suspicari.

VI. *Qua industria Sanctia virum suum Castellæ Comitem, carcere, quo tenebatur, liberarit.*

Io. Vasæus in Chron. Hisp. ad an Domi 992. COmes Castellæ à Legionensi Rege vocatus ad comitia, tametsi fraudem præsagiret, tamen potiorẽ fidei quam salutis suæ rationem ducẽs, septẽ duntaxat comitatus equitibus, eo profectus est. Quo cum peruenisset, nihil fefellit euentus expectationem suam: mox enim in vincula duci iussus est, atq; in catenis asseruari, inuidia stimulante. Quæ res cùm Castellanos male haberet. Sanctia Comitis vxor per omnia sui similis, immo vero hac in re seipsa superior, maritũ quoquo pacto liberandum duxit; & peregrinantis induta personam. Cõpostellam proficisci religionis ergo finxit: factoq; per Legionem itinere, primum copiam videndi mariti sibi fieri postulauit: deinde petijt, vt ea saltem nocte sine catenis esset. Rex per omnia satisfaciendum voluntati tantæ matronæ duxit. At illa postridie antelucano, mutatis cum marito vestibus, vicaria captiuitate illum liberauit. Cumq; Comitem iam esse in tuto arbitraretur. Regi nunciat se in carcere teneri, rogare, vt solueret, neq; durius quicquam in fœminam regiam & cognatam suam consuleret. Rex vbi dolum sensit, primo stomachari, mox admirari constantiam ac virtutem Sanctiæ; postremo laudata illius in maritum pietate, cum honorifico comitatu iussit ad Comitem deduci.

VII. *De vxore, quæ mariti vulnera toxicata exugendo, ei sanitatem reddit.*

Rodericus Sanctius par. 1 histor. Hisp. c. 4. VXorũ ad viros fides & summa dilectio apud Hispanos, non solum legũ animaduersione, sed assidua obseruantia celebratur. Stat illud præclarum non longè à nostra ætate, sed sempiternis sæculis cõsecrandum facinus: vt enim vera perhibent annalia, cum Eduardus Regis Angliæ primogenitus in Domini sepulcrum transfretasset, fuissetq; in via proditoriè à Mauro quodam gladio venenato percussus, & medicorum remedijs non tam alleuaretur, quam alligaretur, tandem in Angliam sine salutis spe est reuersus. Eius itaq; vxor, Regis Hispaniæ filia, nouam, atq; inauditam, sed amore & pietate plenam abhibuit medelã: plagas enim mariti toxico infectas, quæ ipsius veneni vi claudi non poterant, *Amoris & fidei cõiugalis exemplũ rarum.* im-

lingua dietim lingebat, fugebatq; humorem venenosum, sibiq; liquorem dulcissimum. Cuius vigore, verius dicam, fidei vxoriæ virtute, si omnē veneni materiam attraxit, vt integratis vulnerum cicatricibus ille planè curatus, illa incolumis euaserit. Quid igitur huius mulieris fide rarius audiri? quid mirabilius esse potest? vt vxoris longa fide & dilectione naturali permota venena à dilecto marito expulerit, quæ ab electo medico trahi non valuerunt, & quod plurima, exquisitaque non effecerunt medicamenta vxoris pietas expleuit.

VIII. *Regina Britanniæ non formidat mortis periculum, vt sanaret maritum lethiferè sauciatum.*

Geor. Viuennus l.2. de offic. probi Patrisfamilias c. 13.

Summa vxoris erga maritū fides & affectus.

CVm Robertus Britanniæ Rex in expeditione aduersus Syrios plagam in brachio accepisset luculentam gladio venenato, redijssetq; in patriā, nec sanitati reddi posset, nisi plus illud virulentum alicuius ore exsugeretur, Rexq; certissimum illi parari exitium intelligens, quicumq; id muneris obijsset, neminem eiusmodi discrimini obijcere sustineret; eius vxor nocte solutis vulneris fascijs primum inscio marito, post etiam cōniuente exsugens paulatim, & expuens venenum omne elicuit, plagamq; medicis præbuit facillimè curandam.

IX. *De viro, qui charitate maritali compulsus vxorem nunquam, etiam leprosam deserere voluit.*

Fulg. lib. 4. cap. 6.

Dominici Catalusi. principis amor in vxorem.

SIngulari memoria dignus est amor, quē Dominicus Catalusus, qui Lesbi rerum potiebatur, erga vxorem ostendit. Quę cum in lepram incidisset, vir minimè veritus a contagione se infici posse, aut aspectus horrore auertí (etenim illuuies magis quam viuum corpus videri poterat) neq; tetro odore, quem vlcera mittebant, vnquam aut mensa aut lecto communi eam prohibuit. Coniugalis enim charitas apud eum contagionis timorem, terrumq; conspectum, odoremq; in securitatem ac voluptatem verterat, quod eam iuxta Dei verbum eandem carnem secum esse arbitrabatur.

X. *De accola quodam regni Neapolitani, qui charitate vxoris captiuitatem elegit sponte.*

Ibidem.

AGricola Lentiscolensis in regno Neapolitano, cum iuxta mare agrum coleret, vxorq; ab eo aliquantisper disiuncta à piratis Mauris, qui in litus prędatum descenderant, capta esset, statim vt vxorem non apparere, trirememq; piraticam haud longè anchoras recisset conspexit, arbitratus id quod erat, in ea vxorem esse, ad triremes statim adnatauit, atq; eius gubernatore vocato, dixit: Se idcirco venisse, quod sequi vxorem statuerat: minimè barbarie illa territus, nationis, fideiq; Christianæ inimica, neq; ingenti miseria, qua remigio addicti laborant; omnium horum immemorem coniugalis amor eum fecerat. Quam rem cū Mauri non sine ingenti admiratione audiuissent (permultos enim eius regionis accolas viderāt prius perpeti mortē, quam illā miseriam malle) atque eam postea per ordinem Tunetensi Regi narrassent, tanta hominis charitate motus Rex, & virum & vxorē liberos esse iussit, atq; inter regiæ custodiæ milites virum adoptauit.

XI. *Vitæ maritorum humeris suis consulunt quædam coniugatæ.*

Io. Naucler. vol. 2. gener. 38 an. 1138.

CVm Conradus III. Imperator 93. bellum contra Guelfonem Bauariæ ducē mouisset, & oppidum Vvinsperg obsedisset, & iam in deditionem accepisset circa an. Do. 1138. ex gratia matronis cōcessit, vt quæcunq; humeris portare possent, liceret efferri; quæ neglecta supellectili, maritos suos, quotquot potuerunt, videntibus cunctis, & industriam mirantibus, exportauerunt. Et Fridericus, frater Regis, contradicens: De viris, inquit, non est

cogi-

cogitatum. Cui Rex: Non decet, inquit, verbum Regium immutari: & mulieres laudauit.

XII. *Exemplum D. Monicæ, vt se gerere debeat coniunx altero coniuge sæuiente.*

D. Aug. l.9 Confess. c.9 MVlieres quædã viris Christianam religionem profitentibus nuptæ, apud S. Monicã D. Augustini matrem, de virorum iniurijs, assiduisq; cõtentionibus, quibus conflictarentur, conquerebantur; se, inquiunt, mirari, qua illa vteretur viuendi ratione quibusue esset moribus, quod pacificè cum viro, qui & Christianæ religionis sit expers, & animi præferocis, cohabitaret. Quibus respondens Monica; Meę, *S. Monica prudens cõsilium.* inquit, sorores, vos ipsæ fortassis ad rixas maritos vestros morositate vestra & contumacia impellitis, contentionibusq; frigidam quasi suffunditis; eo sum ego ingenio, marito meo vehementissimè sæuiente, ego interim taceo multa dissimulo, animumq; precibus ad Deũ fundendis occupo. Hisce moribus iracundiam & furorem mariti mei frango, & vt stabili fruamur concorda efficio: quin animum eius sic inflexi, vt vna mecum Christum colere cœperit. Tales etiã & vos erga maritos vestros gerite; sic omnes rixas & contentiones cauebitis, maritisq; vtemini & humanis & obsequentibus.

XIII. *De pace & concordia inter coniuges seruanda admonitio S. Lyduuinæ.*

F. Ioan. Brugm in eius vita li. 2 c. 4 apud Sur. 14. Apr. S. Lyduvina Hollandica, virgo sane admiranda, eos qui matrimonio iuncti erant, vt mutuam inter se seruarent pacem adhortabatur: consiliũ expetentibus dicebat: Sacrum coniugiũ, dilectissimi, inijstis; debetis nõ solum corpore, sed etiã animis seruare inuicem fidem. Itaq; pacem sectamini, vt Deus pacis sit vobiscum. Mulier *Coniugatorũ efficium.* quædam filiam suam cuidam collocauit, & post nuptias gloriabunda exposuit Lyduvinæ conditiones generi sui. At virgo sancta, Non magnopere, inquit pensanda sunt, pulchritudo, natalium splendor, dignitas & cognatorum turba; potius spectanda virtus, morum disciplina, prudentia, timor Dei, quibus modis partæ opes, quo iure teneantur. Prædixit etiam ei, filiam eius multa passuram, non tamen defuturum illi diuinum auxilium. Quod quidem ita euenit. Fuit enim sterilis, afflicta est morbis, multisq; castigata flagellis; sed orante pro ea Lydvvina, feliciter migrauit ex hac vita. *In matrimonio quid spectãdum.*

TIT. X. De probis & improbis vxoribus erga coniuges suos.

Sampson per suam Dalilam miserè periit. *Iudic. c. 14 16.*

Salomonis cor sic deprauarunt mulieres, vt idola coleret. *3. Reg. 11.*

Sophia Dana Valdemarum maritum Suenonem regem, tyrannicis consilijs ita corrupit, vt tandem à suis captus sit. *Io. Mag. lib. 19.*

EXEMP. I. *De Ingunde Regina, quæ Hermenegildum maritum suum ab Arianismo ad fidem Cathol. conuertit.*

LEuuigildus Hisp. Rex Arianus, ex altera vxore duos filios (Hermenegildum nempe & Reccaredum) habuit, quorum senior Sigeberti Regis; iunior vero Chilperici Regis filiã desponsauerat. Sed Ingundis Sigeberti Regis filia cũ magno apparatu in Hispanias directa, ab auia Goisuintha cũ magno gaudio suscipitur (erat.n. filia Brunichildis, quę filia fuit ipsius Goisuinthæ) quam nec passa est in religione Catholica diu commorari, sed vt re baptizaretur in Ariana hæresi, blandis cœpit sermonib. illicere: Sed illa viriliter reluctans cępit dicere: Sufficit satis me ab originali peccato baptismo salutari semel ablutam esse, & sanctã Trinitatẽ in vna æqualitate cõfessam: hæc me credere ex toto corde confiteor, neq; vnquam ab hac fide ibo retrorsũ. *Gre. Tur. li 5. hist. Franc. c. 38.* *Ingũdis quid passa ab auia fidei causa.*

Hæc illa audiens, iracũdiæ furore ſuccenſa apprehẽſam per comam capitis puellam in terram collidit, & diu calcibus verberatam ac ſanguine cruẽtatam iuſſit ſpoliari,& piſcinæ immergi; ſed vt aſſerunt multi) nunquam aiũm ſuũ à fide noſtra reflexit. Leuuigildus autẽ dedit eis, nempe ipſi Ingundi, & viro ſuo Hermenegildo, vnam de ciuitatibus,in qua reſidentes regnarẽt.Ad quã cum abijſſent,cępit Ingundis prædicare viro ſuo,vt relicta hæreſis fallacia Catholicæ fidei veritatẽ agnoſceret. Quod ille diu refutans; tandem commotus ad eius prædicationẽ, conuerſus eſt ad legem Catholicã, ac dum chriſmaretur,Ioannes eſt vocitatus.

Hermenegildus Rex conuertitur ab vxore

II. *Prudenter aduertit Placilla, ne Theodoſius hæreticorum colloquijs deprauaretur.*

Tripart. li.9.hiſt Eccl. c. 13.

CVm Eunomius Valentis temporibus à ſuis clericis receſſiſſet, apud ſeipſum in Bithynia morabatur vir callidus & dicendi peritus, multuſq; populus concurrebat ad eum; alij hominem experiri volentes:alij audire quæ diceret. Horũ fama peruenit ad Principem Theodoſium: cum quo ipſe quoque voluit habere ſermonem; ſed Auguſta Placilla precibus eum retinuit: Erat enim fideliſſima,& Nicæni dogmatis iura ſub integritate ſeruabat, timuitq; ne (vt fieri ſolet) eloquio viri callidi captus Imperator facilè in ſectam eius incideret.

III. *Mulier fidelis maritum ab errore apoſtaſiæ ad veritatis lucem reducit.*

Ioa. Pet. Maff. li. 4. ſelect. epiſt. ex Ind. F. ã eſci Capralis ad Io. Bapt. Mantuan.

IN ipſa Xichi regione,cum aliqua facta eſt ad Chriſti gregem acceſſio, tum inſuper edita ſunt nonnulla veræ fidei, ac pietatis illuſtria documenta: cũ enim è neophytis quidã propoſita capitis pœna perterritus,quæ humana fragilitas eſt,à Chriſti nomine defeciſſet, id vxor eius ita indigne tulit, vt vna cum filio ſeſe à viri conuictu & conſortio protinus remoueret, fortiter increpans: Auertat à me Dominus, vt cum eo veniam, qui mortis metu Chriſtum eiurauerit. Quo facto miſer ille cõpunctus intimis ſenſibus, & culpã agnoſcens, noctũ clam ad Michaelem Vaſrum acceſſit, & effuſe flens, ducenſq; ex alto corde ſuſpiria,locum pœnitentiæ ſuppliciter petijt, paratus tanti peccati quodlibet ſubire ſupplicium: quin etiam certum ſibi eſſe affirmans, relicta patria fortuniſq; omnib. in Chriſtianorum loca migrare,vt religionem ſuſceptam liberius colere liceret:nec fefellit fidem.Nocte intem peſta ipſe cũ fratre ac duodecim præterea conſilij eiuſdem,ſocijs abijt.Qui omnes re familiari & agris facta iam ſemente, neglectis, vagi & egentes Chriſto ſeruire potius, quam domi diuites, & apud Principem gratioſi ac potentes colere,maluerunt.

IV. *Vt Natalia S. Adrianum maritum virili animo in Martyrio confortarit & animarit.*

Ado Tre uir. in Martyrol. 8. Septemb.

CVm audiſſet Maximianus nomen Adriani inter martyrum nomina recitari,euocato ad ſe dixit ei:Inſanis, Adriane? nunquid & tu vis tam malè perire? Adrianus reſpondit,Non inſanio? ſed de multa inſania ad ſanã men tẽ reuertor.Cumq; perſeueranter quę ſunt fidei & veritatis proſequeretur, furore repletus Maximianus iuſſit eũ ferro vinctũ cum reliquis ſanctis martyribus ad carcerẽ pertrahi. Erat autẽ iuuenis annorum vgiuti octo.Et fama celeriter currente, didicit vxor illius Natalia cuncta, quæ circa maritum prouenerant.Et gaudio plena,quia erat mulier Chriſtianiſſima,cucurrit ad carcerẽ, procedenſq; ad pedes viri ſui oſculabatur vincula eius, dicens Beatus es,domine mi Adriane, quia inueniſti diuitias, quas tibi nõ dimiſerunt parẽtes tui. Vere iã ſecurus pergis ad Chriſtũ,bene recõdens in ipſo diuitias quas inuenies in tempore neceſſitatis, ybi de pœnis damnatorum neminem

quiſ-

quisquam liberabit: non pater filium, non mater filiam, non diuitiæ transeuntes, non illos seruorum ambitio; & patrimonij amplitudo, ad extremū nec amicus amicum: omnes enim tūc propria sarcina comitabitur. Tu, domine mi, tecū habes Christum, in quo tua omnia reposuisti, perge fiducialiter, perge, ne timeas, vt percipias promissa ipsius. Non reuocet te vllus intuitus rerum velut vmbra transeuntium, nō affines, non parentum gemitus, non pulchritudo corporis, execratio seductorum, adulationes amicorū; non te terreant species tormentorum. Horum, qui tecum sunt, constantiam & patientiam aspice, his solis intende. Hæc postquam prosecuta est, singulorum martyrū vincula deosculans: Rogo vos, inquit, serui Christi, confortate hunc Adrianum beatissimis monitis, & lucrifacite animam eius in Christo. Vos sitis ei patres, per vos nascatur æternæ vitæ. Ad quam beatus Adrianus dixit: Perge nunc soror mea in domum tuam, & cum agnouero fieri interrogationem nostram, accersam te, vt videas finem rei. Post aliquot dies, cum quæstio immineret, dato precio custodibus, & datis fideiussoribus, perrexit ad domum suam vocare beatam Nataliam. Cumq; pergeret, vidit eum qui bene nouerat illum, & præcurrens domum nunciauit eum venire. Quod vxor audiens nō credidit. Quis, inquit, potuit illū absoluere de vinculis? Non contingat, vt absoluatur, nequando separetur à sanctis illis? Et cum puer domesticus superueniens affirmaret eum dimissum, suspicata, quod martyriū refugisset, contristata flebat amarissimè: & cū eum iam videre inciperet, proiecit, quæ erant in manibus, & accurrens clausit ostium domus, clamans & dicens: Longè efficiatur à me hic qui corruit, & mentitus est Domino Deo suo. Et conuersa dicit ad eum: O sine Deo præ omnibus hominibus, quis te coegit apprehēdere opus, quod non potuisti perficere? Quis te separauit à sanctis? quis te seduxit, &c. Cui B. Adrianus pro foribus stans dicebat: Aperi mihi, soror mea Natalia, quia non sicut tu ęstimas effugi martyrium. Veni autē propterea, quia instat tēpus quæstionis nostrę, vt sicut promisi, prę-sens sias. At illa non credens; Vide, inquit, quomodo me seducit transgressor? Ecce quomodo mentitur alter Iudas? Recedat à me homo; nam ante meipsam interficiam, quā tibi socier. Martyr de zelotypia coniugis lætus, cū sermonibus suis eis satisfaceret, & nisi citius ei aperiret, moras se nō posse facere assereret, tandem illa aperiens prouoluitur pedibus eius. Inde vero citius exeuntes, properabant ad confessionem, vt in numero coronatorum Adrianus inueniretur. Cūq; adhuc essent in via dixit Adrianus, Soror mea, dic, quomodo ordinasti substantiam tuam? Cui illa, Noli, innuit, domine mi, noli memorare quę sunt mūdi huius, ne attrahant animum tuum: auferantur ab animo tuo omnia corruptibilia; solummodo illa festina videre, quæ reposita sunt tibi, & sanctis, cum quibus ambulas in via Dei. Completa itaq; die vt produceretur, exhibiti sunt martyres in cōspectu Maximiani, putrefactis iā carnibus eorum, ita vt vermes de vlceribus scaturirent. Natalia vero ad Adrianum conuersa dicebat: Vide, domine mi, vt solummodo ad Deū fiat mens tua, nec cor tuū in aliquo trepidet, dū videris tormenta tibi proposita. Labor quidē nunc modicus, sed in secula seculorū erit repausatio.

v. *Quomodo Theodora Imp. Iustinianum Imp. virum religiosissimum in hæresim fere pertraxit.*

Tom. 2. Conc. edit nou. sub finē 1. Act. Syn. 5 & Nouell. 45 Ba. o to 7. 545.

IVstinianus Imperator felicissimus extitisset, & planè cui nullus vnquā vel Gentilium, vel Christianorū Imperatorū longo interuallo fuisset exæquandus, si coniuge Theodora caruisset; & Catholicā nactus fuisset sibi similē consortē imperij. Prorsus secundum illud Ecclesiastici ipsi contigit:

Commorari leoni & draconi placebit, quam habitare cum muliere nequam.

Eccl. 21. Et quidem secundum quod subditur: Mulier si primatum habeat, contraria est viro suo. Quando enim propensiori studio palam fauit Iustinianus Catholicæ fidei, tanto ista callidiori consilio clã Eutychianæ hæresi atq; Eutychianis hæreticis adiumento fuit, & augmento, necnon etiam firmamento. Cuius impiæ fœminæ callida occultaq; *Iustin. Imper. a Theod. ra côiuge hæreti ca lasus.* sequutus consilia Imperator, Epiphanio Episcopo Constantinopolitano è medio sublato, cũ sedisset annos quindecim, monstrum horrendum, Anthimum Episcopum Trapezuntium, qui foris licet Catholicam fidem profiteretur, intrinsecus tamen Eutychianam hæresim sectabatur, in regiæ ciuitatis sedem Pontificiam prouehit. Cęterum *Anthimus Ep. hæret se de d. tur batur.* pristinum adhuc vigorem retines Iustinianus, cum sibi, qualis esset Anthimus, perspectus est, eundem è sede eiectum proscripsit, postquam Agapeti Romani Pontificis iudicio detectus, eiusque sententia condemnatus est, accedente Synodali decreto.

VI. *Arcadius Imp. ab Eudoxia vxore sua seductus S. Ioan. Chrysostomum sede Pontificia depellit.*

Baro to. 5. Ann. Eccl ad an. Chri sti 404 CVm Eudoxia Augusta in S. Ioan. Chrysostomũ Episc. Constantinopolitanum, ob conflatum pristinum in eum odium, velut œstro percita fureret, minatur non depositionem modo, sed necem quoq; appetens caput viri, cuius lingua grauius quã lancea feriretur. Nec ista verbis tantum debacchantiũ fœminarũ more iactabat inani studio, sed opere vt implerentur, totis contendit neruis litteras ad Episcopos scribens per veredarios, vt quã citissime perferrentur, sollicite curans, vt quam primũ omnes Constantinopolim, venirent, ante omnes autem Theophilus Alexandrinus Episcopus, quẽ experta erat in huiusmodi rebus curandis solertissimum. Pertraxit etiam illa ad sua vota Imp. Arcadium, quem reddidit suis votis in omnibus annuentẽ, qui magna cautela primum omnium cauendum duxit, ne cum populo Ioanni studente magistratus iungerentur, vna cum his qui ipsis magistratibus apparebãt; ne viribus populus pollens, Episcoporum dissensiones in bellum ciuile conuerteret. Imperator itaq; improbitate fatigatus mandat Ioanni vt Ecclesia exeat. Sed Ioannes ita respondit: Ego à Deo Saluatore nostro hanc suscepi Ecclesiam, vt salutem populi curem diligenter: neque illam deserere possum. Quod si fieri id omnino vis, quia ciuitas dissentit à me, vi mecum age, vt excusationẽ habeam, quod auctoritate tua pulsus reliquerim ordinem meum. Ira cũ quadam verecundia mittentes de palatio depulerunt illum mandantes, vt interim in Episcopatus habitatione moraretur, expectantes simul aliquod diuinæ indignationis indicium, vt si quid illius aduersarijs, aut sibi triste contingeret, maturato illũ in ecclesiã reducentes Deum reconciliarent sibi; alioquin illi rursus insidiarentur, vt Pharao Moysi. Adueniente magni sabbati die rursus illi mãdant, vt ecclesia exeat. Quibus ille iusta respõdit. Veritus itaq; Rex diei sanctitatẽ & cõmotionẽ ciuitatis, accitos Acaciũ & Antiochum alloquitur dicens: Quid facimus? Videte ne forte nõ recte consulueritis. Tunc nimiũ magnanimi, dixerunt Regi: Super caput nostrũ sit, Imperator, Ioannis depositio. Quod reliquum erat auxilij, qui cum Ioãne aderant Episcopi, sacri ieiunij numero æquales, nẽpe quadraginta, Regem & Reginã adeunt in martyrijs, orantes cũ lacrymis, vt Christi Ecclesiæ parcerent, maxime propter imminens Pascha, & eos qui regenerandi erant, iam plene eruditos, eiq; redderent sacerdotẽ. Sed auditi non sunt, ita vt S. Paulus Episcopus imperterritus, plenusque fiducia Eudoxiæ diceret: Deũ time, filijsq; tuis miserere, neq; sãguinis effusione sanctã Christi violes solennitatẽ.

Arcadius agit, vt expellatur D. Chrys.

VII. Quo-

VII. *Quomodo Valens Imp. vxoris blanditijs in hæresim Arianorum lapsus sit.*

Theodor. li 4. Eccl. hist c. 11. Baro. 4.366.

VAlens Imp. potitus Imperio, quanquam primo doctrinæ Apostolicæ ornamentis decoratus, cum Gothi Istrum traiecissent, & Thraciam popularentur, consilio inito de colligendo exercitu, & bello contra eos suscipiendo, non putauit sibi consentaneum, vt nudus diuina gratia expeditionē faceret, sed se perfecta sacrosancti baptismatis armatura tegeret; idq; præclare, sapienterq; admodū. Postea tamē & nimia animi mollitie diffluere, & veritatem aperte prodere cœpit; idemq; ei accidit misero, quod primo nostro parēti Adam. Nā verborum lenocinijs coniugis suæ delinitus, in seruitutē datus est, & factus nō captiuus solum, sed etiam muliebriū verborum fallacijs obsequens. Siquidem illa erroris Ariani laqueis ante irretita, maritum in eosdem inducere laborauit, cuius hortatu in horrendum blasphemiæ barathrum præceps cum ea deiectus est. Eudoxius autē, qui adhuc Ecclesiæ Constantinopolitanæ clauū tenebat, non vt eam rite gubernaret, sed tanquā nauem vndis obrueret, hos nō modo in hunc induxit errorē; verum etiam eidem consecrauit. Eodem tempore igitur, dum Valens sacro baptismatis initiatur mysterio, Eudoxius eū miserum obstringit iureiurando, vt in eo impio dogmate perseueret, & omnes qui contrariæ doctrinæ adhærescunt, vbiq; ecclesijs exigat. Itaq; Valens relicta doctrina Apostolica; hoc pacto ad partem aduersariam traductus est; atq; non longo temporis spatio interposito, cætera quæ iusiurandum postulabat, executus est.

Valens trahitur ad Arianos vxoris blanditia.

Valens ab Eudoxio Ariano baptizatur.

VIII. *Amalaricus vxorem ob orthodoxam fidem pessime tractat, at non impunè.*

Michael Ritius l. de Regib. Francorum.

AMalaricus, cum vxorem suam, Childeberti Parisiorum Regis sororem, veræ religionis obseruantissimam, eo quod Arianam sectam, contemneret, contumeliose tractasset, à Childeberto eius fratre bello vexatus est cruentissimo.

IX. *Mieceslaus princeps per vxorem Christianam donatur fide, & prole etiam mascula valde expetita.*

Martinus Cromerus lib. 3. de reb. Polon. an 965.

POst maximum illud vniuersæ terræ diluuium, totus pene orbis fallacium dæmonum fraude inductus, veram vnius veri Dei religionem impio multorum & falsorum deorū cultu & superstitione iam commutauerat; mortuos homines primum propter merita & beneficia accepta; deinde impios dæmones, ementitis miraculis & prodigijs hominum oculis atq; mentibus sese insinuantes: postea, solem, lunam, & eximia quæq; naturæ, Deiq; opera veneratus: deinde vero mutis etiam animantibus, feris, belluis atq; serpentibus, cepis atq; allijs: & ad extremum nullum exitū inueniente insania, sculptis, factis, pictisq; humana arte simulacris diuinum honorem impertitus. Verum eas tenebras terras & horribiles, Iesu Christi Dei hominisq; benignitas, post multa secula quasi lux clarissima cęlitus affulgens dispulit, missis certis hominibus, ab errore ad veritatem, à scelere ad innocentiam, à nequitia ad sanctimoniam, deniq; à falsorū deorū innumera multitudine, & abominandis ritibus, ad vnius veri Dei agnitionem, & rectam sanctamque religionem reducerent. Miecislaus itaq; iunior, qui principatū susceperat, & iustè quidē administrabat, ad huc impio dæmonū cultui deditus vxores septē barbarico more duxit, iisque & libidini suæ liberius indulgens, nullos suscipiebat liberos. Erant iam tūc inter Polonos nonnulli, qui peregre reuertentes à Boemis & Morauis, religionem Christianam domum referebant. Erant & externi partim in ministerio & comitatu Principis, partim mercaturam in Polonia exercentes,

Gradus impietatis.

Christiana religio ad Polonos propagata.

Vxores septem.

Christianismi occasio apud Polonos.

tes, partim etiam in receſſibus ſyluarum & ſolitudinum, quo liberius cultui diuino vacarent, degentes, Chriſtiani non pauci. His monentibus, atq; ſuadentibus, & religionis Chriſtianæ veritatē, caſtitatemq; prædicantibus, poſteritatem deniq; & felicitatē Principi, ſi eam religionem amplecteretur, pollicentibus, Mieciſlaus priores vxores dimittit, Dambrouucamque Chriſtianam, Boleſlai primi Boemorū Ducis filiam, virginem, de conſilij ſententia nouo matrimonio ſibi iungit. Quæ poſtquam Gneſnam ſplēdido comitatu aduecta eſt, Mieſca ſiue Mieſceſlaus Princeps baptiſmo, vti conuenerat, ritu Chriſtianorum initiatur, & ſubſequentibus diebus nuptias magna celebritate peragit, anno Chriſti 965. Deinde Boemos, qui nouam nuptam deduxerant, honorificè habitos, & ſplendidè donatos remiſit. Mox totam ſeſe ad propagādam per omnem principatum ſuum religionem, hortante & adiuuante vxore conuertit. Dū in his totus eſt Mieciſlaus, naſcitur ei filius ex vxore Dambrouuca, anno Chriſti 967. vt vult Dugloſſus, eique apud ſacrum fontem aui materni, qui è viuis tum exceſſerat, nomen imponitur.

Mieciſlaus dimiſſis vxoribus Dambrouucā Boemā ſibi iungit. Fit Chriſtianus.

Prolem ſuſcipit.

TIT. XI. De tertio Matrimonij bono, quod nimirum ſit perpetuum & indiſſolubile vinculum vnius cum vna.

In arca Noe tot viros, quot fœminas iuſſit Dominus reſeruari, vt videlicet eſſet vnica vnico.

EXEMP. I. *Balduinus primus Hieroſolymorum Rex adhæret vni vxori.*

BAlduinus primus Hieroſolymorū Rex vxores habuit duas. Repudiata enim priore, coniuge, Sicilię Regis viduam duxit, quam conſcientiæ ſtimulo agitatus tertio anno reiecit, priore iterum aſſumpta.

Guil. Tyr. lib. 10 & 11

II. *Heribertus punitur ob multitudinem vxorum.*

HEribertus Clotharij filius, qui Childeberti regno ſucceſſit, & ſe dē Pariſijs habuit, derelicta legitima vxore, quę vocabatur Ingoberta, duas ſorores Marconeſam, & Meroſilidam ſibi in matrimonium iungit; ex quo ſcelere excommunicatus eſt à S. Germano Pariſiorum Epiſcopo, & iuſto Dei iudicio percuſſus moritur, & in baſilica S. Romani ſepelitur.

Regino 1 Chronicol. an. Domin. incarn. 498.

III. *Henr. II. Bertam Ottonis Italiæ Marchionis filiam contra leges Eccl. repudiare contendit, ſed fruſtra, & acquieſcens ex ea ſuſcipit filium.*

ANno Dñi 1069. Henricus Germanorū Rex, Vvormatiæ poſt Pentecoſten cum Principibus regni colloquium habuit. Ibi primū ſecreto cum Epiſcopo Moguntino egit, eiuſq; opem ad perficiendū, quod mente machinabatur, obnixè implorat; ſi impetret, ſe deinceps ei ſubditum, & dicto obtemperantem fore. Annuente Epiſcopo, & pactione vtrinque firmata, Rex ad publicum refert, ſibi cū vxore non conuenire; diu oculos hominū feselliſſe, vltra fallere nolle: nullumque crimen, quo iuſtè repudium mereatur, adferre, ſed ſe (incertum quo facto, quo Dei iudicio) nullam cū ea maritalis operis copiam habere. Proinde per Deum orare, vt ſe male ominata compede abſoluant, patianturq; ęquo animo diſſidium fieri, vt illa ſibi, & ipſe ei, ſi ita Deus velit, felicioris matrimonij viam patefaciat. Et nequis violatum ſemel pudorem cauſetur obſtare iterum nupturæ, ſe ſub iureiurando confirmare, quod eam vt acceperit, ſic incontaminatam, illibatoq; virginitatis pudore conſeruauerit. Fœda res, & ab regia maieſtate nimium abhorrens viſa eſt omnibus qui aderant. Negotio tamen, cui Rex tam feruide animum adieciſſet, detrectare ſinguli religio-

Baro. to. 11. ſub an. Chriſt. 1068. 1. 2. 3. 4. ex Lamber. Schafnaburg.

ſum

ſum arbitrabantur, Epiſcopus quoq; tã precioſa pollicitatione redemptus, quantum poterat ſalua verecundia, haud ægrè cauſam Regis tuebatur. Itaq; cunctis id fieri cernentibus. Synodum conficiendo negotio indixit Moguntiæ proxima poſt feſtum S. Michaelis hebdomada. Imminente iam die, qui ſcindendo Regis coniugio dictus fuerat, Rex Moguntiam cõcitus properabat. Et ecce inter eundũ comperit Legatum Sedis Apoſtolicæ ſuum Moguntiæ aduentum præſtolari, qui diſcidium fieri prohibebat, & Epiſcopo Moguntino Apoſtolicæ animaduerſionis ſententiam minitabatur, quod tam nefariæ ſeparationis ſe auctorem promiſerit. Conſternatus illico quod rem diu exoptatam perdidiſſet è manibus; pariter quo venerat in Saxoniam redire volebat. Vix & ægrè tamen amicorum conſilijs ſuperatus, ne Principes regni fruſtraretur, quos ſumma frequentia ſibi Moguntię occurrere iuſſiſſet, Franconefurt abijt: ibique eos qui Moguntiæ venerant, ſtatuto die ad eſſe iuſſit. Quo dum frequentes veniſſent, Petrus Damianus (is Legatus erat Sedis Apoſtolicæ, vir ætate & vitæ innocentia admodũ reuerendus) mãdata expoſuit Romani Pontificis, peſſimã rem & à nomine Chriſtiano, nedum ab regio multũ abhorrentem eſſe, quã moliatur. Si minus humanis legibus, vel canonũ ſanctionibus terreretur, parceret ſaltem famę & exiſtimationi propriæ, ne. ſ. tam fœdi exempli venenum, ab Rege ſumpto initio, totum commacularet populum Chriſtianum, & qui vltor debuiſſet eſſe criminũ, ipſe auctor & ſignifer fieret ad flagitium. Poſtremo, ſi non flecteretur conſilijs, ſe neceſſario vim Eccleſiaſticam adhibiturum, & canonum lege ſcelus prohibiturum. Ad hæc, ſuis manibus nunquam Imperatorem conſecrandum fore, qui tam peſtilẽti exemplo, quãtum in ſe eſſet, fidem Chriſtianam prodidiſſet. Tum vero in eum coorti omnes qui aderant Principes, aiebant, æqua cenſere Rom. Põtificem, & per Deũ rogabant, ne crimen inferret gloriæ ſuæ, & regij noĩs maieſtatem tã turpis facti colluuione macularet. Prę terea ne parentibus Reginæ causã defectionis, & iuſtam turbandę Reip. occaſionem daret: qui ſi viri eſſent, cũ armis & opibus plurimum poſſent, tantã filię ſuæ contumeliã procul dubio inſigni aliquo facinore expiaturi eſſent. Hac rõne fractus magis quã inflexus, Si id, inquit fixũ obſtinatumq; eſt vobis, imperabo egomet mihi, feramq; vt potero, onus, qđ deponere ñõ valeo. Ita efferato magis per ſtudium concordiæ odio, annuit quidẽ, vt in regni conſortiũ Regina reuocaretur, q̃ ſic reconciliata, tandẽ eo ſuſcepit filiũ Henricũ.

Timore Põtificis Rom & precibus Principũ ab incepto deſiſtit.

IV. *Coniux adulterina cum legitima non permittitur, ſed punitur & reſipiſcit.*

SCribit Cyrinus Ratiſponenſis Epiſcopus in vita S. Heimerammi Epiſc. & martyris, ſuo tempore cuiuſdam ruſtici coniugẽ ex morbo quodam lumen oculorũ amiſiſſe, & virũ eius ob cæcitatem illã deſpexiſſe, alteramq; ſibi matrimonio ſociaſſe. Quod vbi Cyrinus loci Epiſcopus comperiſſet, vtrumq; grauiter obiurgauit, & pœnitentiam ſuſcipiendam indicauit: attamen adulterã ex ædibus viri eijcere nõ potuit. Cum autem aliquãdo ad beati martyris Heimerammi ſolemnitatẽ illa vellet accedere, alijs eo pergentibus comitem ſe adiunxit. Poſtquã autem peruenit ad locũ à B. Martyris eccleſia ducentis paſſib. diſtantẽ, mox vt forinſecus tẽplum intuita eſt, in ſuo ſcelere deprehenſa, cępit tremere, membrorũ cõpages diſſolui, ipſa humi ſe proſternere, & ſi rurſus erecta, pedẽ ad carpendum iter minimè poſſe referre: ſi autẽ vellet redire domũ, cõfeſtim mẽbrorũ iuncturæ inſtaurabãtur. In his ergo anguſtijs ea ſic deſudante, contigit quendã ſuperuenire ſacerdotem, qui cum in eius vitam & mores inquiſiſſet, illa corã aſtantib. fatebatur, ſe iſthuc perpeti adul-

In vita S. Heimerãmi per Cyrin. Epi. c. 23 apud Sur. 22. Sept.

adulterij causa. Admonet ergo illam vir Dei, vt ad Episcopum rediret. Quo reuersa, cum lacrymis se ad pedes eius abiecit, & suam miseriam coram omnibus alta voce confessa est; cui Episcopus adiecit, in hoc se veniam à Domino impetraturam, si firmiter statueret, se deinceps minimè cum eo viro manere. Quod cum pollicita esset, & pœnitentiam pro Episcopi arbitrio peregisset, tanta securitate ad B. Martyris Ecclesiam accessit, ac si nullũ vnquam membrorum dolorem sensisset.

V. *Sponsa à sponso derelicta vt alteram desponsaret, fit sponsa sponsi cœlestis, & bene illi cedit, male autem sponsæ secundæ.*

In vita eius c. 2. apud Sur. to. 7. Ian. 6.

Pœna male cõtracti matrim.

Circa annum Domini 1330. Delphis virgo venerabilis Gertrudis ab Oesten fuit despõsata cuidam adolescenti, qui despexit eam, & alteri se iungere voluit. Eam vero monuit Gertrudis, ne suum sibi sponsum præriperet: sed id frustra fuit; nupsit enim illa adolescenti. Gemens igitur Gertrudis tam fallacem huius mundi fidem, decreuit integram se Domino conseruare, cuius est constans fides, vtpote Regis cœlestis, & immortalis. Inde succedente tempore, cum altera illa ex spõso Gertrudis aliquot concepisset proles, postquam ad partum ventum est, vltra modum cruciabatur, nec prius, vel dolore, vel partu absolui potuit, quam à Gertrude iam Beghina effecta veniam petijsset; qua pro illa misera orante, tandem liberabatur.

VI. *Quam patienter, fortiterque tulerit Catharina Angliæ Regina diuortium.*

Sa. in chron. an. 1535

Anno Christi 1535. octauo Idus Ianuarij in Anglia diem vitæ extremum clausit optima & constantissima Herois Catharina, quam Rex Angliæ Henricus VIII. malè persuasus à se separarat, cum iam viginti annis eam in matrimonio habuisset. Et quidẽ post diuortium illud infaustum, se cõtulerat in Comitatum Bedfordiensem ad villam regiam, quã appellant Kymbalton, cœlo parum salubri sitam: vixitq; illic admodum religiosè & sanctè, magnoq; aĩo illam separationem fortiter perferens; quanquam nõ dubium est, acres illam interdum animi dolores sensisse; quod videret Regem parum memorem salutis suæ, ipsa contempta, Annam Boleniam sibi copulauisse.

VII. *Virum bis simul vxoratum, cum non ad priorem vxorem redire, sed posterior adhærere contra leges Caluinistæ volunt.*

Nic. Sander. de Schismate Anglican.

Tempore Henrici VIII. Regis Anglorum in publicis Comitijs, tanquam in Synodo quadam Episcoporum, causæ spiritales, quæ ad ius ecclesiasticum pertinent, proponebantur. Inter cæteras verò de matrimonio quodam ita definitum constat. Opifex quidam fuit, cui nomen Mattheo Barro. Cuius vxor, ex qua liberos genuerat, lauabat olim familiæ Cromuellanæ lineas vestes, in qua tum degebat Radulphus Sadlerus non obscuri nominis vir. Mattheus autem iste, qua de causa nescio, in transmarinas regiones se contulit; nisi quod quidam existimabant ei suspectam fuisse vxoris suæ castitatem, & ideo eum abijsse, ne videre cogeretur, quod neque ferre poterat, neque emendare. Cum ergo annis aliquot abfuisset, vxor ipsius audiens virum fuisse mortuũ, nupsit Radulpho equiti aurato. Tandem Matthæus in patriam reuersus, vbi reperit vxorem alteri nuptam, cępit illam repetere. Ex altera vero parte Radulphus, qui liberos etiam ex ea genuerat, nõ patiebatur illam à se diuelli. Res ad summum tribunal, id est, ad publica regni comitia, tam sub Henrico, quam sub Eduardo defertur. Ibi decernitur, mulierem istam, quæ primum Matthæo, deinde Radulpho nupta, ex vtroq; liberos conceperat, non Matthei prioris mariti, sed Radulphi vxorẽ deinceps ha-

Caluinistarũ sen de matrimonio iniqua.

habendam esse: potentior quippe, ditiorq; hic erat, & ideo contra Euangelij veritatem, prioris viri adhuc viuentis vxor secundo marito adiudicata est, vt non minus nouæ matrimoniorum, quam sacrorum rituum leges instituerentur.

TIT. XII. Licere coniugibus post Matrimon. ratum, non consummatum, vouere castitatem, & ingredi religionem.

EXEMP. I. *Vt S. Macarius Ægyptius fuerit diuinitus de nuptijs ad cœlibem vitam euocatus.*

Decr Gratian. 37 q 2 c.Scripsit.

S. Macarius, vt refert Hieronymus in vita eius, celebrato nuptiarum cōuiuio, cum vespere thalamum esset ingressus, vrbe egrediens, eremum petijt; vbi ad mortem vsque permansit.

II. *Aliud exemplum prorsus simile de S. Alexio.*

Gratia. D.27 q 2 c Scripsit, & Simeō Metaph. in vita eius

BEatus etiam Alexius Euphemiani clarissimi viri Romani filius, propter eximium Iesu Christi amorem prima nuptiarum nocte diuina gratia vocatus sponsam intactam relinquēs, nudus Christo famulari cœpit, & illustrium orbis terræ ecclesiarum peregrinationem suscepit, castamq; vitam perpetuò duxit.

III. *Duo milites relictis sponsis fiunt monachi.*

D. Aug. li.8 Cōf. cap.6.

SCribit B. August. lib.8. Confess.c.6. duos milites; lecta B. Antonij vita, mox vota monastica suscepisse, relictis sponsis, quas habebant; illas vero, cum id cognouissent, similiter fecisse.

IV. *S. Leobardus fœdera nuptialia cum honesta puella inita rumpit, & inuitis parentibus fit monachus.*

Gre.Tur. l de vit. PP.c.20

S. Leobardus Aruernus cum ad legitimam ætatem peruenisset, cogentibus iuxta cōsuetudinem humanam parentibus, vt arram puellæ, quasi accepturus, daret, impellitur; sed illi respuenti ait pater: Cur, dulcissime fili, voluntatem paternam respuis, nec te coniungere vis cōnubio, vt semen excites de nostro genere, sæculis sequentibus profuturū? Casso.n. labore exercemur ad operandum, si possessor deerit ad fruēdum: vel cur implemus domum opibus, si de genere nostro non processerit qui vtatur? &c. Obedire filios voci parentum scripturæ testantur diuinæ, & tu, cum inobediens esse parentibus proberis, vide ne te cęlestibus eruere nequeas ab offensis. Hæc patre loquente, licet haberet alium filium, facile tamen tali ætatulæ persuasit voluntati propriæ contraire. Deniq; dato sponsæ anulo porrigit osculum, prębet calceamentum, celebrat sponsalium diem festum. Interea genitor genitrix que mortis somno sopiti migrauerunt è sæculo, vitæ potestatis curriculo iam peracto. Hic vero, tempore luctus expleto, oneratus donis nuptialibus ad domū fratris pergit, quem in tantum reperit vino madidum, vt nec cognosceret, nec reciperet in propria domo germanum. Ille vero suspirans & lacrymans secessit in partem. Venit ad tugurium, in quo erat fœnum aggregatum, ibiq; colligato præbēns equo pabulum, decubuit super fęnum ad quiescendum; expergefactus autem media nocte surgit de strato suo, erectisq; ad cœlum manibus, gratias agere cœpit omnipotēti Deo, quod esset, quod viueret, quod aleretur donis eius, & alia huiuscemodi prosecutus, cum suspiria longa protraheret, atq; lacrymis crebris genas vbertim rigaret, Deus omnipotēs, qui curat illos, quos præsciuit & prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui, compunxit cor eius, vt relicto sæculo, mācipạretur ad cultum diuinum. Tunc ille sibiipsi prædicare exorsus est, dicens: Quid agis anima? quid in ambiguo suspēsa teneris? Vanum.n. est sæculum, vanæ sunt concupiscentiæ eius, vana gloria mundi, & ea quę in illo sunt omnia, vanitas. Melius est igitur eum relinquere, & sequi

Do-

Dñm, quam ad eius opera præbere cõsensum. Hæc effatus, cum diem terris reddere lux diuina cœpisset, ascenso equo cępit ad hospitium suum reuerti. Cumq; per viam iam alacris pergeret, voluere intra se cœpit, quid ageret, quo abiret, dixitque: Expetam B. Martini tumulum, vnde procedit virtus alma super infirmos: credo enim quod & mihi eius oratio iter referet ad Deum, qui deprecatus Dñm mortuos reduxit à tartaro: & sic viam carpens, oratione comite, S. Martini basilicam est ingressus. Circa quam paucis diebus commoratus, trãsito amne, ad cellulam maiori monasterio vicinam, de qua Alaricus quidã recesserat, deuotus accessit, ibique cognouit verum esse quod ei Dominus inspirauerat.

V. *S. Theclam ante matrimonij consummationẽ S. Paulus à nuptijs reuocat.*

D. Amb. lib. 2. de Virginibus S. Ephph. hæres. 78.

SAncta Thecla copulam fugiens nuptialem, & sponsi furore damnata, naturã bestiarum Virginitatis veneratione mutauit. Namque parata ad feras, cum aspectus quoq; declinaret virorum, ac vitalia ipsa sæuo offerret leoni, fecit, vt qui impudicos detulerant oculos, pudicos referrent. Cernere erat lingentem pedes bestiam, cubitare humi, muto testificantem sono, quod sacrum Virginitatis corpus violare non posset. Ergo adorabat prædã suam bestia, & propriæ oblita naturæ, naturã induerat, quam homines amiserant. Videres quadam naturæ transfusione homines feritatẽ indutos seuitiam imperare bestiæ; bestiam exosculãtem pedes Virginis docere, quid homines facere deberent. Tantum habet Virginitas admirationis, vt eam etiam leones mirentur.

VI. *Gregoria Virgo, nuptijs iam constitutis, ad ecclesiam confugit, habitum vitæ sanctimonialis petit & impetrat.*

D. Greg. li. 3. Dialog. c. 14.

PRioribus Gotthorum temporibus fuit iuxta Spoletanã vrbem vir vitæ venerabilis Isaac nomine, qui vsq; ad extrema pęne Gotthorum tempora peruenit, quẽ nostrorum multi nouerunt, & maxime sacra virgo Gregoria, quę nunc in hac Romana vrbe iuxta ecclesiam B. Mariæ semper Virginis habitat. Quæ dum adolescentiæ suæ tempore constitutis iam nuptijs in ecclesiam fugisset, & sanctimonialis vitæ conuersationem quæreret, ab eodem viro defensa, atq; ad eum quẽ desiderabat habitum, Dño protegẽte perducta est. Quæ quia sponsum fugit in terra, habere sponsũ meruit in cęlo.

Gregoria à nuptijs fit sancti monialis

TIT. XIII. Post matrimonium etiam consummatum licere coniugatis ex mutuo cõsensu vouere continentiã.

B. Virgo Maria Dei mater & Ioseph vir eius, veri coniuges erant, ex consensu tamen perpetuo continuerunt. Hoc exemplo, inquit August. magnificè insinuatur fidelibus coniugatis, etiam seruata pari consensu continentia, posse permanere cõiugium, non permixto corporis sexu, sed custodito mentis affectu. *Matth. 1.*

EX. I. *S. Amelberga eiusq; maritus, angeli monitu, post multam prolem vitam amplectuntur monasticam.*

SAncta Amelberga illustrissimis orta natalibus, S. Aldeberti Cameracensis Ecclesiæ præsulis, & quatuor Deo dicatarum sororum, Reinildis, Pharaildis, Ermelendis & Gudilæ mater fuit; quarum postremam, nempe Gudilam, cum vtero gestaret, & ante paucos puerperij dies instar parturientium angeretur, angelica cõsolatione recreata est, dicente angelo ad eã: Ne timeas Amelberga; lacrymæ & preces atque eleemosynæ tuę ascenderunt ad Dñm. Paries filiam Deo dilectã, summæ continentię & castitatis integritate conspicuam, quæ omnibus vitæ suæ diebus Deo gratum exhibebit famulatum. Post eam vero nullam deinceps conceptura es prolem, sed in castitate

In vita eius apud Sur. tom. 10 ix eo die. m. 5.

Continẽtia coniugalis placet Deo & Angelis.

per-

perseuerans cum marito tuo, mutatis vestibus & monastico habitu sumpto, ambo vos metipsosq gratas Domino hostias immolabitis, & in sancta conuersatione vsque in finem perdurabitis, filiam autem Gudilā, vbi ea nata fuerit, Gertrudi offeres è salutari lauacro suscipiendam, & in Christo, lacte verbi Dei, vt Apostolus monet, enutriendam. Tum illa; Gratias, inquit, tibi ago Dñe Iesu Christe, qui pro mea cōsolatione Angelum tuum sanctum è cęlis mittere dignatus es. Cum autem filiæ eius ab infantia vitam castissimā ducere cōstituissent, licet multi regni proceres, propter nobilitatem & opes, illas sibi matrimonio iūgi percuperēt, maluere Virginitatis tenere propositum, & sponso immortali Christo Iesu adhærere potius, quam mortalium hominum coniugijs copulari. Placuit etiam earum parentibus mundo valefacere, quo liberiùs possent vni Domino Iesu Christo militare. Et Vvatgerus quidem princeps sapiētissimus, vt erat ab Angelo prædictum; monasticæ vitæ institutum complexus est: Amelberga vero sacrum velamen accepit à S. Autberto Cameracensi Episcopo, & se totam Dño consecrauit.

1. Cor. 3.

Filia 4. S. Amelberga & manent virgines

S. Amelberga fit monialis

II. *Iulianus & Basilissa coniuges se continent, & Deo placent.*

IVlianus Antiochenus martyr & Basilissa, nuptijs inter se celebratis, cū Iulianus continentiæ votum suscepisset, brumæ tempore rosarum ac liliorum fragrantiam in cubili collocari senserunt, stupentique puellæ sponsus dicit, odorem hunc munditiæ virginalis esse. Cuius quidem suauitate illa capta, vnà cum ipso in virginitate perseuerare decreuit. Propositum amborū confirmauit visio: Christus enim cum matre virgine illis apparuit, pudicitiaq; corollis donatos dimisit. Cūq; diu simul castè, sanctèque vixissent, religioni sese tradidere. Alter Abbas, monachis, altera Abbatissa pręfuit virginibus. Iulianus postremo martyrij quoque palma glorificatus, sicut carnis lasciuiam pudicitia, ita tormentorum vim patientia superauit.

Marul. li 4 c. 7 ex Met. apud Surs. 9. Ia.

III. *Amator persuadet sponsæ suæ continentiam, & vterq; in ea à Deo confortatur.*

AMator quoq; Episcopus Antisiodorensis, in annis iuuenilibus literis eruditis, Deo iam deuotissimus, à parentibus insignibus coactus, virginem desponsauit, quam tamen vt virginitatem profiteretur, suadendo induxit; & ipse simili se voto constrinxit. Cum autem vterque votum emisisset, angelus Domini eis astitit, duas coronas afferens, & singulas singulis imponens eos in sancto proposito confortauit. Puella igitur monasterium virginum ingressa est; Amator verò clericus factus, post mortem Eladij Antisidor. Ep. eodē in pontificatu subrogatur: qui plurib. miraculis effulsit.

Petr. de Natalibus li. 4. Cata ss. cap. 113.

IV. *Amon vixit in castitate cum vxore annos octodecim, & postea fit monachus cum eius consensu.*

SAncti Antonij Magni tempore viguit Amō ille Ægyptius, qui à propinquis & familiaribus coactus vxorem quidem duxit; cum ea tñ coniugij more, vti viri consueuere, congressus non est. Quum namq; nuptiarum dies aduenisset, et sponsa, sicuti fieri assolet, in thalamum eius deducta esset, solus cum sola colloquutus, finem iam suum nuptias habere dixit; & magnū quiddam fore, si virgines uitam exigerent, docuit: præmiaq; cœlibatus commemorans, persuadere ei conatus est, ut solitariam pro se uterque sectaret uitam. Et puella quidem uerba eius laudibus extulit, segregari tamen ab eo prorsus noluit. Itaq; Amon decem & octo annos cum ea uixit seorsim cubans, & quod secūdum Deum est, uitę institutū colens. Muliercula uero ęmulatione illius, & ipsa spe, animoq; erecta, iniquum esse existimauit, sua causa tm̄ uirū in obscuro latere, & utrūq; potius

Niceph. li. 8. cap. Trip. 1. c. 11. Pallad. c. 8.

potius ab altero segregatum, pietatẽ exercere debere censens, separari à viro petijt. Atque ille relicta mulieri domo, ipse meridiem versus ad lacum Maream in solitudine, circum Scetin & Metriæ montem duos & viginti annos monasticam est philosophatus.

v. *Quomodo Polcheria Augusta Marciano viro militari nupta, perpetuo virginitatem seruauerit.*

Niceph. li. 14. c. 2. & ca. 58. Bar. to. 6. an. Do. 450.

PVlcheria Theodosij iunioris soror ita à prima ætate sapuit, vt virtute & ciuili prudentia facile aliis non cederet: sciebat namque principibus ad salutem, solam satis veriorem esse pietatem; sicuti contra, absque illa nihil prosunt exercitus, equi, satellites, ensium vis, virorumque innumerabiles copiæ, aurum item & argentum plurima terræ iugera, & quicunque alius prtterea est apparatus: etenim ipsa nondum quindecim annos nata, sapiẽti orem diuinioremque, quam ætas ferret, obtinuit mentem. Et primum quidem virginitatem se per vitam omnẽ conseruaturam esse Deo vouit; deinde vt idem facerent sorores, eis quoq; persuasit, ne per suas. sauit sororũ suarum nuptias, æmulationem atque contentionem in imperialem aulam induceret. Quare oẽm insidiarum occasionem præcidit. Sub mortem vero fratris, ipsa Marcianum accersit, virũ prudentia & grauitate morum præclarũ, & senio iam venerandum, & consilio de imperij successione cũ eo cõicato; Te, inquit, ego ex senatu oĩ præ cęteris imperio dignũ iudico, proinde iurisiurandi religione interposita, re vitæ & potestati, maximè autem virginitati meæ, quam à prima adolescentia Deo consecraui, non insidiaturum esse, imperium ipsum cape. Postquam ille, qd Augusta volebat, peregit, Patriarcha Anatolio, & senatoribus cõuocatis ad Septimum, statim eum Imperatorem creauit. Illa haud immemor, inquit Baronius, facti huius dignissimum in diuinis scripturis exemplum habei ĩ literis commendatum, cum sanctissima virgo Deipara ita fuit matrimonij legibus iuncta cõiugi, vt numquam desierit esse virgo.

Voũ virginitatis perpetuæ Pulcheriæ, et sororũ eius.

Pulcheria Augusta in coniugio virginitatẽ seruat.

vi. *Virginitas in coniugio Henrici I. & Cunegundis perpetuo seruata insigni miraculo probatur.*

Albert. Cran. li. 4 Metro. ca 5. Io. Naucle. tomus 2. ge. 35. et Bred. li. 8 Collat. c. 33. Baron. 11. an. 1024 5.

HEnricus eius nominis secundus, vel vt alij uolunt, primus Imperator, ingrediens Romam solebat semper primam noctem in ecclesia S. Mariæ Maioris manere. Contigit autem semel, quod dum solitarius oraret, visus sit sibi Christus pontificalibus indutus procedere Missam celebraturus; quem sequebatur S. Laurentius, & loco subdiacoñi Vincentius? post hos Virgo Dei genitrix cum multitudine virginum & Angelorum, dehinc Ioannes Baptista cum Patriarchis & Prophetis: post hos Petrus & Ioannes cum cæteris Apostolis & Euangelistis, S. Stephanus cum Martyribus, S. Martinus cum Confessoribus. Angeli inceperunt introitum, Suscepimus Deus misericordiam tuam, & dum cantaretur; Dextera tua plena est iustitia, omnes Christum & B. Virginem imitantes, extẽderunt digitos in Henricum. Post Euangelium indicibili iubilo Angelus librum deosculatum à Christo præsentauit B. Mariæ, & post eam omnibus per ordinem deosculãdum, demum innuit beata virgo Angelo, ut porrigeret librum et Henrico ad osculandum, dicens: Præbe ei pacis osculũ, cuius mihi Virginitas placet: & cum præ nimio gaudio raptus nesciret ad plenum intendere, Angelus ipsum in neruo tangens, dicit: Hoc tibi erit signum dilectionis Dei propter tuã castitatem & iustitiam; & exinde usque ad mortem claudicabat, ex quo euentu uocatus est Henricus Claudus. Licet autem hic Henricus & Kunegundis eius uxor, in uirginitate uolũtaria permanserint; tñ, ut ibidẽ refert Nauclerus, instigante diabolo grandis interuenit perturbatio. Nam Henricus

Kune-

Kunegundem cum quodam milite suspectam habere cœpit; sed beata Virgo se expurgans, super candentes vomeres (vtor verbis Naucleri) nudis pedibus incessit per 15. passus, dicens: O Deus, sicut me nō solum ab Henrico, sed etiā ab omnibus viris intactam nouisti, ita me adiuua: ad quæ audita est vox: Ne dubita, ô virgo, te liberabit Virgo Maria; & sic illæsa pertransijt. Vixit vsque ad ann. 1039. Post mortem multis claruit miraculis.

VII. *Dux Venetorum post susceptum filium seruat castitatem cum coniunge.*

Raphael Volater. l. 4 Com. Geographia de rebus Venet. an. 973. Petri Vrseoli pie. tas insignis.

ANno Dñi 973. Petrus Vrseolus Venetorum XXIII. Dux, vir tā optimus à populo iudicatus, quam religiosissimus, vt qui sæpe clanculum cubicula pauperum ægrotantium adire soleret, ac rogare, si quid opus, Gradum ciuitatem muro cinxit, templum diui Marci incendio absumptum restituit, propiusq; Xenodochium nobile extruxit. Deniq; compositis patriæ rebus, magistratu se abdicans, cū vxore, quam post susceptum filium ex voto vtriusq; nunquā attigit, ex vrbe in Aquitaniam se contulit, vbi cœnobio perpetuo dicatus miraculis claruit.

VIII. *Quomodo S. Elzearius Comes & S. Delphina eius coniunx virginitatem suam Deo consecrauerint.*

Pet. Canis. l. 2. de Delpa ta vir. c. 11. & Sur. in vita eius c. 5 27 Sept. Exēplū Elzearij comitis cum sua coniuge virgini.

QVid porto sanctus & illustris Galliæ Comes Elzearius? qui sub Carolo secūdo Hierusalem Siciliæq; Rege clarus est habitus, & cui æque nobilis ac pia Delphina virgo sponsæ loco contigit in vrbe Massiliensi. Nō sat illis visum est virginitatis virtutem in alijs suspicere, sed & ipsi admirando consilio ducti, quoniam casti ad côniugium accesserant, suæ virginitatis florem nulli preterquam Iesu Nazareno offerre, consecrare, seruare voluerunt. Itaq; sacram ædem adiere, suas Deo preces effudere, & post sanctissimum Christi corpus reuerenter acceptum, flexis genibus, iunctis manibus, erectisque in cœlum animis vota in hunc modum, præeunte spōso, diserte fecerunt: Domine Iesu Christe, à quo bonum omne & donum proficiscitur, ego peccator fragilis & in firmus sine tuo speciali dono non possum caste, & continentér viuere, sed de tuo singulari adiutorio confidens, voueo & promitto tibi & sanctissimę matri tuæ, atque omnibus sanctis, toto tēpore vitæ meæ me castè victurū, & virginitatem seruaturum quam hucusq; tua benignitate in me custodiuisti. Atq; huius promissionis exequendæ causa paratus sum quascunq; afflictiones & pœnas, atq; etiam mortē ipsam perpeti.

tatē professentis. Formula virginitatis à côniugib. Deo promissa.

IX. *De dæmone eiecto ob castitatem in coniugio conseruatam.*

Io Cass. l 14 Collat Pa[illegible] c. 9 Rustici pietate fugatur dæmon.

QVidam sæcularis veniēs ad Abbatem Ioannem, & portans ei quasdam frugū suarum primitias, reperit ibi hominē ferocissimo obsessum dæmonio, qui adiurationes & iussiones Ioannis despiciebat, protestans se nequaquā exiturū à corpore, quod possedit ad Ioannis imperium; sed aduentu viri sæcularis ita protritum est, vt cum reuerendissima nominatione ipsius mox fugerit. Cuius viri tā euidentem virtutē & gratiam Abbas vehementer admirans, præsertim cum videret eum habitu sæculari vestitum, cœpit ab eo diligenter inquirere qualitatē & ordinē vitæ suæ. Qui cum responderet, se esse sæcularem, & vxoratum, Ioannes mente pertractans excellentiam virtutis & gratiæ eius attentius inuestigauit côuersationē ipsius: qui testabatur se rusticum, quotidianumque victum opere manuum quærere, nec alicuius boni se conscium, nisi quod de mane nunquam procederet ad exercenda opera rusticana, neq; de vespere domum rediret, nisi prius in ecclesia referret gratias Deo pro victu quotidiano, nec vnquam vsurpare se aliquid de fructibus suis; nisi prius offerret

Pietas laudabilis viri rustici.

ret Deo primitias eorum, ac decimas, nec vnquam duxisse se boues suos per agros messesque aliorum, nisi ora eorum prius ligaret, ne proximis suis, vel modicum damnum incurreret ex negligentia sua. Denique cum nec ista viderentur Abbatridonia respectu tantæ gratiæ, qua vidit illum se esse perfectiorem, & sciscitãs scrutaretur, quidnam esset, per quod tanti esset meriti, ille astrictus reuerentia tam sollicitæ inquisitionis, confessus est se accepisse vxorem ante duodecim annos ex compulsione parẽtum, cum monachus fieri vellet, nec se illam vnquam cognouisse, sed loco sororis habere, ac virginem custodire, nemine id sciente. Quo audito senex tanta admiratione repletus est, vt coram viro illo publicè fateretur, ꝙ dæmon, à quo ipse erat despectus, merito tolerare non potuit illius præsentiam, cuius virtutem appetere ipse non auderet, non solum in iuuentutis feruore sine castitatis discrimine, immo nec modo in senio suo.

Virginitas perpetua inter coniuges conseruata.

TIT. XIV. De Virginitate Matrimonio præferenda.

EXEMP. I. *Petronilla ad Christum sponsum morte transire mauult, quam Flacco Comiti matrimonio iungi.*

Breuiar. Roman. vlt. d. Maij.

PEtronilla virgo forma corporis eximia, sed animi pulchritudine multo præstantior, intelligens virginitati suę, quam Iesu Christo dicarat, ab acerrimo generis humani hoste parari insidias, sumpto sibi tridui spatio ad deliberandum, totum illud tempus in ieiunijs, & oratione consumpsit, assiduè petens à cælesti sponso, ne sancto proposito suo vim afferri pateretur. Itaq; subuenit die tertio virgini Deus: nam eam diuini sponsi amore flagrantem, vbi Eucharistiam sumpsisset, ad cælestes nuptias euocauit.

II. *Iphigenia Christo sponso consecrata igne cremari potius sustinet, quã in matrimonium cum Hirtaco Rege consentire.*

Ioachimus Perionius Bened. de gestis Apostolorum in vita S. Matthæi Apostoli, & alij.

CVm Ægippus Rex Ægypti aqua salutari cum tota familia à beato Matthęo Apostolo expiatus, & admodum senex in sancto proposito permanens, excessisset è vita Hirtacus frater eius regnũ adeptus est. Is Iphigeniam Ægippi filiam, propter eius formam, & securiorem regni possessionem, in matrimonium accipere cupiebat, idq; se facilè ab Apostolo impetraturum sperabat: quanquam.n. eam nõ solum Christo consecratam videbat, verum etiam amplius ducẽtis virginibus præpositam; tamen eius animum facilè Matthæi auctoritate commoueri, abduciq; posse existimabat. Itaq; hac spe, fiduciaq; fretus Apostolum adijt, eiq; dimidium regni pollicitus est, si hoc virgini in animum induxisset. Hoc illi Apostolus primum nec planè cõcessit, neque denegauit; sed eum tantum admonuit, vt cõsuetudinem Ægypti seruans, sabbatho eò conueniret, ubi uerbum Dei prædicaret præsente Iphigenia, alijsq; uirginibus; coniugium quidem uarijs laudibus ornauit, ipsumq; Deo gratum, imò necessarium esse docuit, pręclaris, honestisq; actionibus & officijs ornari, si iustè, si legitimè, si sanctè, si integre iniretur. Quod si sponsam Regis seruus eius usurpare audeat, is nõ solum peccare, sed etiam tam graue scelus admittere dicitur, ut quãprimum uiuus exuratur, sic, qui Iphigeniam Regis cęlorum sponsam, sacro uelamine consecratam sciret, quo tandem modo posset potentiori ereptam in matrimoniũ ducere? Hirtacus tum, qui antea Apostoli uerba omnia laudauerat, iracundię facibus concitatus, discessisse dicitur. Iphigenia autem spectante populo se ad pedes Apostoli misit, orauitq; eum eius nomine, cuius Apostolus esset, ut sibi, socijsque uirginibus omnibus, quæ Domino ipsius ser-

sermone consecratę essent, manus imponeret, quo facilius minas regis possent contemnere. Ille eius precibus adductus, Christiq; præsidio, ac spe fretus, cõtempto Regis odio, velum omnium capitibus apposuisse dicitur: Missæ sacro peracto, ad aram, in qua Christi corpus confecerat, reuersus, cum ibi passis manibus precaretur, cum lictor ab Hirtaco missus securi percussit. Quo facto, Hirtacus omniũ nobilium vxores ad Iphigeniam proficisci iussit, quod earum siue precibus, siue cohortationibus illam flecti adduciq; posse speraret, vt ipsi in matrimonio collocaretur. Quo cum illa nullo modo deduci posset, magos conuocat, qui eam dæmonum præsidio vsi raperent: sed nihil ars eorum potuit. Itaq; alia via rem aggreditur: Incendere constituit locum, in quo Iphigenia vna cum cæteris virginibus die noctuq; Deo seruiebat. Nec vero subiecti ignes nocere potuerunt, flammaque circum domum tantum apparuit. Quin etiam angelus vna cum Mattheo visus esse dicitur, qui Iphigeniam bono animo esse iuberet, nec ignem timeret, qui in eũ, à quo paratus erat; redundaturus esset. Vix Angelus finem dicendi fecerat, cum ventus ortus est, qui suo impetu flammam à domo Virginis ad Regis palatium transtulit, vt cõsumptis omnibus ipse cum filio, quem vnum habebat, ægrè potuerit euadere. Quamquam illud supplicium multo leuius ei, accidisset, quam quo affectus est. Nam & in illius filium cacodæmon inuasit, cuius impulsu paterna crimina cogebatur cõfiteri; & ipsum ẽt Regem elephantia totum infecit. Quem morbũ cum medici adhibiti curare nõ possent, ipse vi morbi coactus in gladiũ incubuit.

III. *Diua Barbara quam sapienter patri illam ad coniugium instiganti responderit.*

DIua Barbara cum rerum diuinarum meditatione animum exco-leret, pater eius à multis, Iisq; nobilibus & potentibus viris, qui sibi illam in matrimonium dari contendebant, impulsus, hoc multis verbis ei suadere conatur. At illa præcise negat se velle nubere: Stultum enim fore duxit, se iam semel cælesti sponso dicatam terrenas nuptias inire hocq; pacto à rerum diuinarum contemplatione abduci nõ potuit: qua vna suauissima cogitatione tanquam saluberrimo cibo eius anima alebatur ad æternitatem. *In vita e. apud Sur. to 6. die 4. Decemb.*

IV. *Aliud responsum Gertrudis ad Dagobertum Regem eam ad honorabile connubium inuitantem.*

CVm Pipinus sanctæ Gertrudis parens Dagobertum Regẽ ad mensam inuitasset, forte in comitatu eius ad fuit adolescens quidam Austrasiorum Ducis filius, qui Gertrudis moribus & ingenio delectatus, cum à Rege, tum à Pipino, eam sibi coniugem dari postulauit. Rex non parum hoc postulato gauisus, patrem puellæ ad consensum nuptiarum hortari cœpit; ipsamque puellam cum matre adduci imperauit. Illæ, quid rerum ageretur, ignaræ, protinus Regis imperio parentes aduenerunt. Quibus Rex verbis amplissimis, & genus adolescentis, & honores, & diuitias prædicare cœpit, nihilq; non moliri, vt puellam ad tam celebre coniugium inuitaret. Tum Gertrudis indignabunda: ego, inquit, ô Rex, neque hunc auro fulgentem, neque mortalium quenquam quibuslis titulis decoratum, sed Christum Deum ac Dominum meum, sponsum mihi elegi. Hoc audito Rex, teneræ puellæ responsum admiratus conticuit. Adolescens autem pudore, pariterque indignatione affectus recessit. *Sur. in vita eius 17. Martij, c. 2.*

V. *Augadrisina defœdari petit, ne matrimonio iungeretur.*

Apud Sur. in vita 10.1.

NOnnullæ etiã virgines, ne ad matrimonium traherentur, formæ suæ pulchritudine in aliorum scandalum & ruinam sunt abusæ. Inter cæteras vero Augadrisina virgo in Gallia Lothario regnante fuit, quę cum à parentibus, Ausberto Principi viro, qui postea Rothomagensem ecclesiã erexit, inuita desponsaretur, multis cum lacrymis Dominũ obsecrauit, ne suam pollui virginitatem pateretur. Moxq; lepræ morbo totum corpus occupante, ob fœditatem intacta dimittitur; & ne in incerto esset, cur id mali ei accidisset, continuò sana euasit.

Lepra fœdatur Augadrisina.

VI. *Vuilgefortis virgo deformari potius eligit, quam ad coniugium expeti.*

Ex Martyrolog. Rom. & Molan ad Vsuardum.

IN Portugallia sancta Vuilgefortis virgo, Regis Portugalliæ filia, pro Christianæ religionis & pudicitiæ defensione decertans, cũ à Christo sponso suo deformari rogasset, ne ab amasio ad nuptias expeteretur, subito illi satis promissa excreuit barba. Hæc apud Belgas pluribus in locis colitur, sed sanctæ Ontkommeræ appellatione forte à depellendis curis atque incommodis.

VII. *S. Brigida deturpari quoq; rogat, vt virginitatem illibatam seruet.*

In vita apud Sur. to. 1.

MEmorabile quoque ad hanc rem exemplum est, quod de S. Brigida traditur. Hæc namque virgo inter Scotiæ puellas pulcherrima, cum à parẽtibus & quidem Christianis viris in matrimonium peteretur, & illa virginitatem Deo vouisset, eundem orauit, vt aliquo corporis vitio ipsam deuenustaret, quo porcorum inquietudo facilè se dari posset. Itaq; cum oculorum decore maximè placuisset, alterum subito vlcere percussum amisit. Cui ergo charior oculis fuit virginitas, quantò pulchrior fuit in conspectu sponsi cœlestis, tãtò istis terrenis, qui iam illam, quam paulo ante tam ardenter appetierant, desponderi sibi dedignabantur, visa est deformior.

VIII. *Victoria derelicto sponso ob virginitatis amorem, Roma eijcitur, & ab eodem sponso in via occiditur.*

Ado Episc. Treuirens. in Martyrolog. 23. Decemb.

VIctoria virgo Romana Eugenio vi,) pagano desponsata, rogante Tito Aurelio, qui sposam Anatholiam virginem habebat, ad suadendã eam, vt ei nuberet, perrexit. Cui & dixit: Audi me, domina soror Anatholia, & ego Christiana sum, & noui quia Deus nuptias non condemnat. Prophetę & Patriarchæ coniuges habuerunt, & posteritas eorũ à Deo benedicta est; nunc ergo audi me, & accipe virum, qui te non prodat, quod sis Christiana, sed per maritalem copulam fiat, vt ipse Christianis cõsentiat. Hæc dicenti Victoriæ virgo Anatholia respondit: O Victoria, vince diabolum, & esto vera Victoria. Tunc quando tota terra vacua erat, dixit: Deus hominibus; [Crescite, & multiplicamini, & replete terram:] nunc plenæ terræ, postquam Filius Dei de cœlo descendit, quotidie clamat: Crescite in fide, multiplicamini in charitate, & replete cœlos; quia appropinquauit regnum cęlorum. Iterũ inter alia, & post alia, sancta Anatholia intulit: Ego die, qua explicui pretium ornamentorum meorum in pauperes Christi, vidi per visum iuuenem aureo diademate splendidum, in vestibus purpureis atq; gemmatis, qui grata facie & læto vultu me suscipiẽs, ait: O virginitas, quæ non in operibus tenebrarum, sed semper in lumine versaris. Hæc ego audiens, euigilaui, & cœpi flere: & proijciens me in pauimẽto, rogaui Dominum, vt is, qui mihi loquebatur, dulcissimos sermones iterum prosequeretur. Sic mihi oranti & prostratæ, idem qui ante loquebatur, talia mihi subsequitur: Virginitas purpura regalis est; quam qui induit, reliquis

Gen. 1.

Visio S. Anatholiæ virginis.

Virginitatis laus angelica.

quis sit eminentior: Virginitas gemma est pretiosa: Virginitas thesaurus est Regis immensus. Huic fures insidias tendunt. Hanc tu euigilans sollicitè custodi, quantumque te plus habere cognoscis, instantius custodi, ne perdas. His & similibus verbis & factis incitata Victoria, omne pretium ornamentorum suorum & ipsa distraxit pauperibus. Sicque factum est, vt agentibus sponsis earum Aurelio & Eugenio, quia nubere illis virgines Christi noluerunt, à Decio Imp. vrbe Roma pulsæ, ad prædia spõsorum ducerentur; vbi fame & inedia ita afflictæ sunt, vt vix ad vesperum modicus panis cibarius eis daretur, nulloque pacto efficere sponsi potuerunt, vt vel ad nubendum, vel sacrificandum animi illarum inclinarentur. Beata igitur Victoria in virginitatis proposito inuincibiliter persistens, post multa facta miracula, inter quæ plurimas virgines Domino aggregauerat, percussa est gladio in corde à Taliarcho carnifice, quem rogatu Eugenij, sponsi sui Iulianus Pontifex Capitolij ad hoc opus direxerat.

S. Victoris bona sua pauperib. elargitur.

Gladio in corde eius perfossa.

IX. *Ammon monachus Ægyptius sponsam ad virginitatis vna secum tuendam integritatem inducit.*

Socrates l. 4 hist. Eccles. c. 18. Soz. 3 c. 13 Theodor. 4 c. 16 Nicephor. lib. 11. cap. 34 vel 35

Ammon vir sanctissimus, cum adolescens esset, a nuptijs abhorruit ille quidem; sed tamen cum nonnulli amicorum eum hortarentur, vt non ita cõtumeliosè nuptias insectaretur, sed vxorem duceret, illis morem gessit, venitque ad nuptias. Ac statim vt virginem è thalamo exemerat, & consueta cum pompa in interius deduxerat cubiculum: tandem vbi necessarij illius decessissent, arrepto in manum libro epistolas Pauli complectenti, primum epistolam illius Apostoli ad Corinth. cœpit legere, præceptaque illius nuptijs coniugi exponere: deinde aliunde multa adijcere: docere nuptiarum incommoda, quam tristis sit inter virum & mulierem vitæ consociatio, quam acerbi dolores mulierem grauidam pungant. Addere etiam molestias, qui in liberorum educatione inesse solent; postremo virginitatis commoda percensere, & quatenus vita pura, inuiolata, & ab omni labe sit libera: & quod virginitas nos ad Deũ quam proximè faciat accedere. Hæc aliaque multa apud virginem vxorem elocutus persuasit illi, vt priusquã congrederetur, eam vitæ rationem, quam humana consuetudo postulat, prorsus abijcerent. Ambo igitur, quasi fœdere de ea re pacto, ad montem, qui Nitria vocatur, rectà se conferũt: ibique ad exiguum tempus in tugurio ætatem degentes, communem vitæ monasticæ disciplinam exercuerunt, nullo virilis aut muliebris sexus discrimine habito; sed vnum corpus, vt est apud Apostolum, fuerunt in Christo. Non longo post tempore, noua sponsa, & virgo incorrupta Ammonem sic affatur: Non te decet, qui temperantiæ & castitati colendæ te totum dedisti, fœminam in tantillo domicilio cõspicari. Quare, si videtur, quisque nostrum separatim in monastico vitæ genere exercendo se ponat. Hoc itaque de vtriusque sententia pactum est: atque alter ab altera segregatus, quod reliquum erat vitæ, eo pacto cõtriuit.

X. *Constantiæ prudentia ad vitandum matrimonium.*

Anno Domini 316. Ouinius Gallicanus, vir summæ virtutis, eximiæque apud Constantinum Imp. auctoritatis. Constantiam virginem specie ac virtute inter cæteras eminẽtem sibi in matrimonium postulauit. Constantinus libẽter & ipsi, & Comitibus, ac Præfectis omnibus pro illo orantib. morem gessisset, si virginem Christo dicatã perpelli posse ad matrimoniũ viri adhuc errore gẽtilitatis infecti duxisset. Qua ex re cum vehementer animo angeretur, Cõstantia ei dixit: Noli propterea laborare, pater, sed sponde; si ille Scytharũ gentem, qui se in Thra-

Carolus Sigonius lib. 3. de Occidentali Imp. an. 316.

Constan. capudi. [illegible]

tandum matrimonium. ciam intulerunt, armis domuerunt, fore, vt me Consul ducat. Proinde duas suas filias, Atticam & Artemiam apud me interim ponat, atque ipse Ioannē, & Paulum primicerium meum apud se habeat, vt & ipse me per familiares suos alloqui, & ego illum ex filiabus eius possim agnoscere. Huius consilij ratione probata, Constantinus rem cum Gallicano confecit: ac postulato Constantiæ expleto ipsum in Illyricū destinauit. Interim Constantia supplici à Deo oratione magnopere petijt, vt sibi Gallicanum & Gallicam filias redigere ad sanctum ipsius cultum liceret; Gallicanus sacris in Capitolio factis, votisque more patrio nuncupatis, vrbe egressus properauit in Thraciam, ac rem cum Scythis magna mole gerere instituit. Deinde in vrbe Philippis tantis viribus ab eis obsessus est, vt copiarum suarum exiguitate diffisus, ac pugnis aliquot aduersis exercitus salutem suam non in virtute militum, sed in munitione murorum posuerit. Inde à militibus destitutum, ac sese fuga ex obsidione eximere moliētem Ioannes & Paulus, quos commemorauimus, monuere, vt votum Deo faceret, se, si victoriam retulisset, Christi cultui dediturum. *Votū Gallicani.* Quo facto oblata est illi species iuuenis statura excelsi, ferentis humero Crucem, qui dixit: Sume gladium tuum & sequere me. Illo vero obediente, amati apparuere milites, qui se illi operam nauare dixerunt; proinde extemplo castra hostium inuaderet, & Regem eorum appeteret. *Gallicani victoria miraculosa cō tra Scythas.* Quod cum ille fecisset, insigni victoria negotio nullo potitus Regē procumbentem ad pedes habuit, atq; hostium nemine violari permisso Scythis ex Thracia pulsis tributum annuum impetrauit. Ex tribunis aurum militum, qui ad se redierant, neminē, nisi in Christum credentem recepit. Qui vero Christo se deuouerunt, ad gradum sublimiorem prouexit: cæteros munere militiæ spoliauit. Postero vero anno reuersus Romam, atque honorificè à Cōstantino exceptus, antequam vrbem iniret, sacra Apostolorum limina in Vaticanum adiuit, ac gratias Deo omnipotenti more Christianorum de tanta uictoria egit. Cuius rei admiratione captus Imperator; Quid hoc rei est, Gallicane, inquit, quod tu, cum ad bellum proficisceteris, Capitolium ingressus dæmonibus immolasti, nunc victor reuersus, Christum, & Apostolos eius adoras? *Eius ad fidē Christi conuersio.* Cui Gallicanus rem omnem, ut euenerat, enarrauit; illud demum adiungens, se tanto à Deo beneficio affectum ætatem post hac suam in ipsius Dei seruitio consumere, atq; à coniugio abstinere firmo animi decreto constituisse; *Coniugium respuit.* proinde illum orare, ut sibi successorem daret, quo libere posset religioni vacare, & in cognita ueritate persistere. Quem complexus Constantinus, filias eius Christo consecratas edocuit, atque ipsum in palatium duxit. Cui Helena Augusta mater, & Constantia uirgo, & Attica, atq; Artemia filiæ occurrerunt, eumq; omnes atque Augusti generum honorarunt.

TIT. XV. De Viduis.

Iudith Regina post mortem viri Manaßæ, secundas nuptias perpetuæ castitatis amore vitauit. *Iudith 8 Luc. 2.*

Eadem virtutibus, non vestibus ornari studuit.

Illustris est illa noui testamenti vidua, Anna filia Phanuelis, quæ cum viro annis septem à virginitate vixerat deinde precationibus & ieiuniis vacans, alteri marito nubere non sustinuit.

EXEMP. I. *Olympias, nobilis Domina marito Nebridio ante matrimonium consummatum defuncto, vt virgo vitæ residuum consumpsit.* *Gregor. Alexan. Archiep. in vita Io. Chrys.*

Tempore Ioannis Chrysostomi erat Constantinopoli mulier quædam Olympias nomine splendore generis, opu-

opulentia, peritia multiplicium disciplinarum, dexteritate ingenij, ac flore ipso ætatis exornata. Parentibus orbata hæc viro quidem copulata est, neque pudorem alioqui virginalis san ctimoniæ eam corrupisse celebris fama edocuit. Hæc cũ conuixisset viro mensibus circiter viginti, ille repetitus red dere naturæ debitum, hoc temporis compendio finem accepit vitæ, hoc prænoscente Deo qui mortalium prævidet exitus. Illa autem quum posset inseruire & obsequi Apostolicæ cõmo-

1.Tim.5 nitioni; [Volo iuniores nubere,] matres familias esse, siue domui præesse, id opere ipso præstare nõ sustinuit, sed capreæ instar laqueum alterius cõnubij minime tolerans transiliuit: Iusto enim lex nequaquam posita est, sed nõ subditis, ac malè morigeratis, prophanis & his qui expleri non queunt corruptela. Contigit autem inuidia diaboli, nimirum eam toruo situ circumagitari per intempestiuam viduitatẽ. Huius orbitas quum ad aures perlata esset Theodosij Imperatoris, toto nixu huc incumbebat, vt eam copularet Hispano cuidam Elpidio sibi congeneri, fœdere nuptiarum, identidem ei adulatus, & obsecrans vt assentiretur; deiectu tandem de spe, cõtristatus est: illa siquidem animum suum ei manifeste detexit hisce verbis: Imperator meus si voluisset me vitam transigere cum viro quopiam, vtiq; non ademisset mihi primum coniugem. Verum quia perspectissimè nouerat, quam foret incõmodum vitæ huic confusaneæ & permistæ, nec ipsa possem placere viro, & illum exemit vinculis mortalis vitæ: & mihi è grauissimo iugo seruitu tis viri exemptæ, per quã suaue iugum cõtinentiæ imposuit, mentiq; meæ infudit. Hac reddita responsione, iubet Imperator Prætori ciuitatis, huius facultates, vt sub sua afferuet tutela, tantisper dum ætatem explesset corporis trigennem.

II. *Marcella vidua Romana secundas propter Christum respuit nuptias.*

Marcella, Romana nobilissima, viro post nuptias septimo mense priuata est. Cum eam Cerealis Consul Romanus, propter ętatem, & antiquitatem familiæ, & insignem decorem corporis ac morum temperantiam ambitiosius peteret, suasque iam grandis natu polliceretur diuitias, & non quasi in vxorem, sed quasi in filiam vellet donationem transfundere. Albinaque mater tam clarum præsidium viduatæ domus vltrò appeteret: illa respondit; Si vellem nubere, & non æterna me cuperem pudicitia dedicare, vtique maritum quærerem, nõ hæreditatem. Illoque mandante, posse & senes diu viuere, & iuuenes citò mori, eleganter lusit; Iuuenis quidem potest citò mori; sed senex diu viuere non potest. *D. Hier. in Epistap. Marcellæ.*

III. *Gallæ viduæ longè felicius fuit Christo Domino, quam viro licet prædiuiti rursum copulari.*

Neque hoc silẽdum arbitror, quod mihi personarum grauium atq; fidelium est relatione cõpertum. Gothorum namq; temporibus Galla huius Vrbis nobilissima puella, Symmachi Consulis ac Patricij filia, intra adolescentiæ tempora marito tradita in vnius anni spatio eius est morte viduata. Quam dum feruente copia ad iterandum thalamum, & opes, & ætas vocaret, elegit magis spiritualibus nuptijs copulari Deo, in quibus à luctu incipitur, sed ad gaudia æterna peruenitur; quam carnalibus nuptij subijci, quæ à lætitia semper incipiunt, & ad finem cum luctu tendunt. Huic autem cum valde ignea * conspersio corporis inesset, cœperunt medici dicere, quia nisi ad amplexus viriles rediret, calore nimio contra naturam barbas esset habitura. *Greg. lib. 4. Dialog. c. 13. an. 504. Fulgent. epist. ad Gallam.* * *complexio.*

Quod ita quoque post factum est. Sed sancta mulier nihil exteriùs deformitatis timuit, quæ interius sponsi cælestis speciem amauit: nec verita est, si hoc in illa fœdaretur, quod à cœlesti sponso in ea non amaretur. Mox ergo vt eius maritus defunctus est, abiecto seculari habitu, ad omnipotentis Dei seruitium sese apud B. Petri Apostoli ecclesiam monasterio tradidit, ibique multis annis simplicitati cordis, et orationi dedita, larga indigentibus eleemosynarum opera impendit. Cumque omnipotens Deus perennem iam mercedem reddere eius laboribus decreuisset, cancri vlcere in mammilla percussa est. Nocturno autem tempore ante lectum eius duo candelabra lucere consueuerunt, quia videlicet amica lucis, non solum spiritales, sed etiam corporales tenebras odio habebat. Quæ dum nocte quadam ex hac eadem iaceret infirmitate fatigata, vidit beatum Petrum Apostolum inter vtraque candelabra ante suum lectum cōstitisse; nec perterrita timuit; sed ex amore sumens audaciam, exultauit, eique dixit: Quid est, domine mi: dimissa sunt mihi peccata mea? Cui ille, benignissimi vt est vultus, inclinato capite annuit, dicens: Dimissa, veni. Sed quia quandam sanctimonialem fœminam in eodem monasterio præ cæteris diligebat, illico Galla subiunxit: Rogo, vt soror Benedicta mecum veniat: cui ille respondit: Non, sed illa talis veniat tecum: hæc vero, quam petis, die te erit trigesimo secutura. His itaque expletis, visio Apostoli assistentis & colloquentis ei ablata est. At ille protinus cunctæ congregationis acciuit matrem, eique quid viderit, quidue audierit, indicauit. Tertio autem die, cum ea quæ iussa fuerat sorore, defuncta est: illa vero, quam ipsa poposcerat, die est trigesimo subsecuta. Quod factum nunc vsque in eodem monasterio manet memorabile: sicq; hoc à præcedentibus matribus traditum narrare illic solent subtiliter iuniores, quæ nunc sunt sanctimoniales virgines, ac si illo in tempore huic tam grandi miraculo & ipsæ affuissent.

IV. *Crotildis Regina post obitum Clodouei mariti in eximia vita sanctitate viduitatem seruat.*

ANno Domini 514. ex hac vita migrauit Clodoueus Francorū Rex, qui sepultus est Parisijs in Basilica sancti Petri Apostoli, quam ipse Rex, hortante sancta Genouesa virgine, à fundamentis cœpit erigere, eiusque vxor Crotildis perficiendam curauit. Ipsa autem Regina post mortem viri sui Turonos venit: ibique ad Basilicam sancti Martini deseruiens, cum summa pudicitia, atque benignitate morata est omnibus diebus vitæ suæ, raro Parisios visitans. *Greg. Turon. li. 2. hist. Frā. c. vlt.*

V. *De Quirina, insignis & singularis pietatis vidua.*

QVirina Laurentij Patriarchæ Veneti mater, clarissima genere mulier, anno ætatis quarto supra vigesimum, amisso viro, & quinq; susceptis liberis, reliquam ætatem cœlibem duxit, domum suam regens, vt Apostoli verbis utar, & filios in timore Dei & mandatis instituens, instans orationibus die ac nocte, & ne in delicijs mortua esset, cilicium & catenam æream, quoad uixit, circa lumbos gestauit, ieiuniis & uigiliis florentem ætatem castigans; precipue uero in pauperes misericors & benefica, & quę ad eleemosynas filios semper, & uerbo instrueret, & exemplo. *Bernardus Iustinianus i v i. Laurent. y Iust. apud Sur. to 1. cap. 1. 1. Tim. 5 Pia vidua nobilis matrona exercitia.*

VI. *De vidua rapta, diuinitus seruata illæsa.*

DE uidua à iuuene rapta & miro modo ab eo liberata, his adiungamus, uti scribit sanctus Augustinus ad Dulcitium. Dicā, inquit ille, quod factum est in Mauritania Sitifensi: neque enim Deus sanctorum non ipse est etiam & nunc Deus. Viduam in proposito continentiæ constitutam Cel- *August. ad Dulcitium & oct. quęst. c. 7. anno 410.*

Celtichius quidã Catechumenus iuuenis rapuit, vt haberet vxorem. Ante quam concumberet, pressus somno & territus somnio, Sitifensi Episcopo eãdem vehementissimè requirenti reuocauit intactam. Viuunt adhuc de quibus loquor. Ille baptizatus, & ipso in se facto miraculo conuersus ad Dominum, ad Episcopatum mirabili probitate peruenit. Illa in sancta viduitate persistit.

Vidua Deo curæ esse.

VII. *De pietate S. Chunegundis viduæ erga animam mariti defuncti.*

Ex Adalberone Ep. Vltraiectẽ. Baro. to. 11. ann. 1024. 1025. et 1040.

ANno Domini 1024. Henrico II. Imp. defuncto & Bambergæ sepulto, prosecuta est animam eius pia Imperatrix Chunegundis, pijs officijs postrema piè persoluens; Quamuis enim eius obitu omnia oppleri turbis & misceri rumoribus contigisset, ipsa tamen animo constans illud vnum totis viribus conabatur, vt eleemosynarum largitate, & orationum instantia beati coniugis anima Deo commẽdaretur. Ipsa vero Augusta anniuersario die obitus Imperatoris, in monasterio à se erecto, in dedicatione eius basilicę, depositis ornamentis Imperatorijs, monasticum suscepit habitum, famulatura eiusdem loci monialibus: Vbi ad obitum vsq; annis quindecim perseuerauit. Cui cum proximè iam morituræ Augustalia ornamenta ad pompam cadaueris parari videret, hæc dixisse fertur: Amictus iste non est meus, auferte hinc: ornatus hic alienus est, istis terreno sponso, & his cęlesti sponso sum copulata. Nuda de vtero matris meæ egressa sum, nuda reuertar illuc. His miserę carnis vilem materiam inuoluite, & corpus meum iuxta tumulum fratris mei ac Domini Henrici Imperatoris, quem me vocantem video, in proprio locello reponite. Quibus iam dictis, in manum Domini spiritum commendans, migrauit in cœlum.

Vidua officiũ erga coniugem defunctũ. Vitã monasticã amplectitur Chunegundis. Eius humilitas. Hẽricus vxori morienti adstat.

VIII. *De conditione viduarum apud Brachmanos.*

Ex epist. Indicis an. 1566.

VIduæ Goenses siue Brachmanæ in more positum habent, dum ethnicè viuunt, priori marito mortuo, quantumuis iuuenculæ sint, alteri non nubere: immo priusquam edicto regio vetitum esset, vnà cum maritorum cadaueribus sese concremandas tradere: modo vero post susceptum Christianismum, nec colore candido vestiuntur, & caput perpetuò radunt.

IX. *De felici successu viduarum apud Sinenses.*

Alexander Valignanus Indic. Prouincia Præpositus in litt. an. 1582.

MAtrimonium laudant Sinenses, in quo vir legitimè vnam sibi vxorem iungit; & in honore eam habent, quæ viduitatem colens maritum secundum non ducit, eique Mandarini præmia largiuntur, & multas libertates ac priuilegia concedunt, vt olim Vestalibus virginibus Romani.

SIVE CATECHISMI HISTORIALIS

CAPVT SEXTVM.

DE IVSTITIA CHRISTIANA,

AC PRIMVM DE PRIORE EIVS PARTE, nimirum, de cognoscendis, fugiendisq; peccatis.

TIT. I. DE PECCATO in genere.

Peccatũ quid? *Est autem peccatum dictum, factũ, vel concupitum contra, vel præter legem Dei, aut Ecclesiæ.*

Gen. c. 1. *Peccatum causat in homine erubescentiam: primi enim parentes nostri in statu innocentiæ nudi erant: at post peccatũ cum cognouisset se esse nudos, consuerunt folia ficus, & fecerunt sibi perizomata.*

Rursus peccatum infamat peccatorem; propterea Adam post peccatum conabatur se abscondere à facie Domini.

Ibid. *Reddit preterea hominem timidum.*

Num. 11. *Prouocat etiam iram Dei: filij Israel enim in Ægypto vix allia & cepas degustarant, cum statim lacrymæ per oculos defluxerunt. Adhuc cibus erat in ore ipsorum, & ira Dei ascendit super eos.*

2. Reg. 24. *Peccantem quiescere nõ permittit, vnde percussit cor Dauid, postquam numeratus est populus.*

3 Reg 11 *Salomonem sapientissimum Regem, ac ipsius famam maculauit.*

1. Reg. 11. *Propter peccatum debilitatur homo proinde Hieroboam seruus Salomonis ausus est insurgere in Dominum post ipsius peccatum.*

EXEMP. I. *De imminente Dei vindicta super orbem diuinitus ostensa propter peccata Principum.*

ANno Redẽptoris 1056. Guntherus tunc temporis Cãcellarius Henrici II. Imperatoris, visionem vidit memoria dignam, Dominum in solio maiestatis suæ residere, & eleuato in altum brachio, districtum gladium magno nisu vibrare, & circunstantibus dicere. Reddam vltionem hostibus meis, & his, qui oderunt me, retribuam. Quam visionem protinus mortalitas sequuta est Principum regni. Eaq; expleta vidit eodem rursus schemate Dominum residere, & remisso iam in vaginam gladio, & super genua sua reclinato, dicere circũstantibus: Ignis succẽsus est in furore meo, & ardebit vsq; ad inferni nouissima. *Ex Lamberto Schafnaburg. Baro. to. 11. an. 1056. 2.* *Vltio ostensa ob Principũ peccata.*

II. *De quadam visione ostensa cuidam nouitio, super multiplicitate malorum & paucitate bonorum.* *D. Anto. 3 p. hist. tit. 23. c. 5 parag. 1.*

SCribit B. Antonius in Chronico fuisse in conuentu Spoletano Dominicanorum nouitium quendã nobilem gene-

generè, magnæ simplicitatis atq; puritatis adolescentem. Hic cum disceret hymnum illum B. Virginis, Quem terra, pontus, æthera, &c. & veniret ad verbum illud: Mundum pugillo continens: admirabatur supra modū quod Deus esset tā magnæ staturæ, vt mundum totum suo posset pugno continere. Cum autem de hoc verecundaretur petere, precabatur Dominum iugiter quod veritatem huius placeret sibi ostendere. Verum, factum est cum quodam sero in huiusmodi precibus obdormijsset, videbatur sibi quod subito abstractus ad acra veniebat, multitudo Angelorum sedem magnam portantium. Qui cū illam in quodam loco spacioso posuissent, affuerunt & alij Angeli, qui sedem aliam deferentes contra alteram posuerunt. Quibus positis, ecce tertia innumerabilis multitudo angelorum: qui Christum tanquam iratum iudicē suis brachijs portantes, in prima sede collocauerunt: virginem gloriosam statuerunt contra eū in secunda. Vltimò verò venit multitudo Sanctorum omnis secundum ordinem suum. Aderat autē omnibus tantus timor ac tremor, quantus nunquam fuerat à seculo auditus. Igitur his peractis præcepit iudex vt bona mundi legerentur, quę cum pauca inuenta fuissent: præcepit, vt legerentur & mala. Quæ cum præ nimia multitudine audire fastidiret: subito totum mundum tanquam pallam vnam furiosè eripuit, eumq; inferius cum impetu magno proijciens dixit: Cum iudicatur exerit condemnatus. Quod cū prędictus nouitius tremebundus aspiceret, voce magna exclamauit dicens: Sancta Maria succurre miseris. Ad cuius vocem protinus pia virgo Maria surrexit, & proiectum mundum propria manu recollegit, & dixit: Sine fili mundum quem proprio sanguine redemisti adhuc iudicare quod iam misi prædicatores meos vt mundum ad te reuocarent: Mira res, & stupenda valde, nam vt mox dictus nouitius uocem emisit talis terræ motus subsecutus est in ciuitate & in tota contracta: ita ut turres multæ & ædificia præfatæ urbis plurima corruerent, & homines & mulieres illa nocte de ciuitate exirent. Fratres autem uocem eius audientes, credentes quod propter terræ motum exclamasset, ad cellam eius uenerunt, sed eum penitus quasi insensibilē inuenerunt, qui ad se reuersus dixit; se de terræ motu nihil sensisse, sed uisionem quam uiderat usque ad mortem manifestare noluit.

III. *Anima peccatrix quantopere displiceat Deo & Angelis eius.*

IDem auctor refert quod cum transiret per eremum Angelus in forma hominis cum quodam sancto eremita, obuiam habuerunt quoddam cadauer hominis, & quia ualde fętebat, eremita nares obturauit cum chlamyde ne fœtorē sentiret. Angelus autem nihil tale egit; Postea obuiam habentibus quendā pulchrum iuuenem uestibus ornatum redolentibus, Angelus clausit fortiter nares, eremita autem minimè. Sed miratus de actu, quare nares obturasset iuxta iuuenem transiens, cū ita esset pulcher & redolens: non autē iuxta illud cadauer ita marcidum & fętidum, respondit: Tu cum sis caro, sentis fœtorem carnis: nos autem quia spiritus sumus, sentimus fœtorem spirituum, qui procedit ex peccatis, quorū inuenis ille lasciuus erat plenus, & ideo mihi fętebat. Cum autem Angeli boni sint nobis amicissimi & socij; debemus peccata timere & cauere, ne eis abominabiles fiamus.

Idē 4 p. sua summa tit. 14 c. 6. parag. 1.

Per peccatū fimus Deo & Angelis abominabiles.

IV. *Exemplo S. Chrysostomi nihil timendum, nisi peccatum.*

EVdoxia Imperatrice Arcadij coniuge per suos nuncios ac legatos, minas & terrores sancto Ioanni Chrysostomo Archiepiscopo Constantinopolitano intentante, eo quod cupiditatibus eius iniquis sese opponeret, responsum est à suis, quos miserat, lega-

Simeon Metaph. in vita S. Chrysost.

tis:

tis: Frustra illum hominem terres; nihil enim nisi peccatum timet.

V. *S. Ludouicus persuasum habebat ab ineunte ætate potius mori, quam peccare, & mater regina malebat eum mori, quam mortaliter peccare.*

Lauren. Sur. I vita eius. Io. Lud. Vinald' in tract. de trib. Uliys.

SLudouicus Gallorum Rex ab ineunte ætate hoc persuasum habebat potius mori quam peccare. Nec mirum: is enim fuit in omni sapientia rerum diuinarum, ac bonorū morum, à deuotissima regina Domina Blācha genitrice sua instructus, quæ in annis puerilibus docebat eū timere Deum, & abstinere ab omni peccato, sicut aliquando iam adolescenti cordialiter diceret: Quod potius uellet eum mori corporaliter, quam Deum suum aliquo mortali peccato offendere.

VI. *Dulcitius Præfectus peccans in virgines fit cæcus & amens.*

Aloys. Li pom. to. 5 ex Sim. Metaph. 25. Decem. c. 12.

CVm Diocletianus Imperator totus furore in Anastasiam virginem & socias exardesceret, & ob suborta negotia Dulcitio præfecto earum mandasset examinationem, quod eas oporteret punire, multa pręcepit. Dulcitius itaq; cum malæ naturæ adiecisset malum Imperatoris mandatum, & iram maximè exacuisset, paratus erat suum inexplebilem animum exatiare. Cum autem iam parata essent tormenta, & pro tribunali starent virgines, qui mēte erat planè cæcutiente, repente cępit etiam esse cęcus oculis: vel potius cum videretur aspicere, & non clausos haberet oculos, neminem videbat ex ijs, qui aderant. Quo factum est, vt maxima ira incensus, tunc quidem vel inuitus eas abduceret à tribunali: timuit enim, ne amplius aliquid pateretur, si adessent. Postea vero cum rursus esset coniectę in carcerem, & iam ad Deum hymnos dicere, & cantica psallere aggressæ essent, in animo quidem habuit irrumpere, & ex improuiso accedens, illarum venari, vt putabat, præstigias & incantationes. Diuina autē voluntate ille quoque ab hoc arcetur consilio. Cum enim à recta declinasset, & ad quandam propinquam delatus esset domunculam, quæ quidem custodibus erat loco culinæ; hic cum in vasa culinaria & ollas incidisset, & esset omnino emotæ mentis, & putaret se ipsas virgines habere in manibus, vultus ei quidem fuit repletus fuligine; vestis autē plena fauillis, fumo & tetro odore. Cum autem quæ in animo habebat, fecisset, vt existimauit, illinc est egressus, omnibus ei subiectis extra fores expectātibus. Postquam verò illi eum viderunt, esse aliquod spectrum, aut monstrum opinati in fugam sunt conuersi. Ille autem se contemptum putans, vt qui nōdum sensisset ea, quæ sibi acciderant, in regiam magna ira, & studio contendit, magnum risum mouens ijs, qui videbant. Cum autem venisset in medium aulæ regiæ, & satellitum, & totus conturbatus quæreret Imperatorem, vt qui de ijs, qui sibi subiecti erant, esset aliquid dicturus, tanquam ab eis extrema affectus iniuria; illi morionem aliquē & scurram, & mente captum, & quemuis potius ipsum, quam Præfectū existimantes Dulcitium, pugnis, & calcibus eum extrudebant & arcebant ab ingressu. Postquam verò quidā ex eis, qui erant ei valde familiares, cum sero tandem & vix virum cognouissent, & id quod acciderat coniecissent, & insaniæ miserti essent, eum domum abduxerunt, visum tamen est illic quoque vxori, & liberis, & omnibus qui domi erant, dedecus. Sed lucem adspicere, & veritatem agnoscere, ne sic quidem venit ei in mentem: sed id quod factum fuerat attribuens incantationi, vehementius adhuc & insanius spirabat in virgines.

VII. Pul-

VII. *Pulchra similitudo auis irretitæ & peccatoris.*

Ediuer. Angelus 3 eius vita apud Sur. 21. Apr. li. 2

CONspexit aliquando S. Anselmus Archiepiscopus Cätuariensis puerum cum auicula in via ludentē. Quæ auis pedem filo annexum habens, sæpe cum laxius ire permittebatur, fuga sibi consulere cupiens auolare nitebatur. At puer filum manu tenens, retracta vsq; ad se deijciebat: & hoc ingens gaudium illi erat. Factum est id frequentius. Quod pater aspiciens miseræ cōdoluit aui, ac vt rupto filo, libertati redderetur, optauit. Et ecce filum rumpitur, auis auolat, puer plorat, pater exultat. Et vocatis nobis: Considerastis, inquit, iocum pueri? Et confessis considerasse, ait: Simili consideratione iocatur Diabolus cum multis hominibus, quos suis laqueis irretitos pro sua voluntate in diuersa vitia pertrahit. Sunt enim quidā, vt verbi gratia dicam, aut auaritiæ, aut luxuriæ & similium flammis succensi, & ex magna consuetudine illis addicti. His contingit aliquando vt sua facta considerent, defleant, seq; à modo à talibus cessaturos sibi promittant. Et more auis se volare liberos autumant. Sed quia prauo vsu, irreteti ab hoste tenentur, volantes in eadē vitia deijciuntur. Fitq; hoc sæpius: nec omnimodis liberantur, nisi magno conatu, per respectū gratiæ Dei, filum prauæ consuetudinis dirumpatur.

VIII. *Vindicta diuina in peccatores.*

Niceph. Call. li. 17. Eccl. hist cap. 34.

IVstinus Imperator Ætheriū simul & Addæum principes Senatus, qui res magnas sub Iustiniano administrauerant, læsæ maiestatis legibus interrogat. Atque Ætherius in confessione grauiter tortus voluisse se veneno Imperatorem tollere, consilijq; eius conscium, atq; in rebus omnibus sibi fuisse Addæum confessus est. Hic autem graui iureiurando se nihil earum rerum scire confirmauit. Verum vtrique caput amputatum. Addęus cum iugulari deberet per meram calumniam crimē id sibi obiectum esse, de quo accusatus esset, dixit: Vindicta autē diuina quæ omnia perspiciat, se meritò supplicium pati, propterea quod incantationibus quibusdā Theodorum aulæ Præfectum sustulerit. Sed enim quomodo hęc vltione cęlesti acta sint, non est mihi dicere promptum. Ambo tamen nefarij, perniciosiq; fuere: Addæus quidem puerorum masculorum corruptor. Ætherius autem sycophanta magnus, qui per calumniam, viuorum & mortuorum bona imprudenter, atq; crudeliter deuorare, rapereq; sub imperatoriæ domus prætextu cui sub Iustiniano præfuit, solitus esset ea re illi perquā vtilis. Atq; hæc quidem ad hunc modum sese habuere.

IX. *Constantinus perstringit Acesium Nouatianum dicentem non esse potestatem in ecclesia remittendi quædam peccata.*

Niceph. l. 8. c. 10. Sozom. l. 21. Socr. l. 7.

COnstātinus Imperator Dei amantissimus de communi concordia sollicitè cogitans, Acesium quoq; Nouatianorum Episcopum ad concilium Nicęnum vocauit, eiq; & de fidei dogmate, & de die festo Paschæ decretum Synodi ostendit, interrogauitq; eum, vtrum eorum approbaret sententiam. Qui cum ea laudasset neq; noui quiddam definitum esse dixisset; Se enim & idem dogma fidei à maioribus accepisse, & aliter festum Paschæ celebrasse. Imperator, qui igitur, inquit, cum in eadem nobiscum sis sententia, à communione nostra tantopere abhorres? Ibi ille dissidij, quod inter Nouatum & Cornelium Romanæ vrbis Episcopū sub Decio Imperatore fuit, meminit; Nouatum videlicet, eos qui post baptismum peccatū ad mortem perpetrassent, ac dijs sacrificassent, à communione diuinorū mysteriorum reiecisse: solius Dei & non sacerdotum potestatem eam esse dictitans, talibus hominibus remissionem delicti concede-

cedere. Ad quem tum tempore Imperator: Scalas, inquit, sumne Aceli, & solus in cœlum ascende. Quo dicto non Acesiũ ille laudauit, sed potius quod immunem à peccatis se forte existimarit esse, perstrinxit.

TIT. II. De Iustitia, seu animaduersione Diuina in peccatores.

EXEMP. I. *Quomodo populus Constantinopolitanus incendij clade peccatis id exigentibus è Dei manibus extorserit.*

Ex Act. Dan. Stylita. QVomodo populus Constantinopolitanus incendij cladem, peccatis id exigentibus è manibus Dei extorserit, audiamus Marcellinum ita loquentẽ ex actibus S. Danielis. Iampridem (inquit auctor) principium habebat anni ambitus, & mensis instabat, quem vocant Romani Septembrem, in quo magni martyris Maman tis festum pij celebrant. Vespere ergo, quãdo festum à pijs præparatur, & tota nocte agitur vigilia, finem accipit magni Danielis prophetia: & repente in maxima atq; regia ciuitate incipit incendium; quod vsq; adeo est excitatum, & adeo inualuit, vt fere vniuersam contriuerit ciuitatem. Nam cœpit quidem à muro, qui est prope mare, quem etiam nominant nauale: peruenit autem vsq; ad forum Constantini, & pertigit ad portum Iuliani quasi mediam cinxisset ciuitatem. Quo in loco & vniuersa cõprehensa sunt corpora; quæcumque vero fuere comprehensa facilè perierunt. Et sic pastus ignis in maximam creuit flammam: eratq; malum inexpugnabile: quippe cum quidquid ad opem ferendam afferebatur, argueretur nihil proficere. Quapropter multas quidem domos, multa autem templa, virorumque & mulierum proserpit depascens multitudinem; multi vero partibus & membris corporis, quæ inuaserat ignis, statim mutilabantur, erantq; semiusti lati, & media parte cæsi, miserabiliores ijs, qui omnino cum suis perierant.

II. *Metensis ciuitas propter peccata populi igne consumpta, præter oratorium S. Stephani.*

CHuni à Pannonijs egressi, vt quidam fuerunt, in ipsa sanctæ Paschæ vigilia, ad Metensem vrbem reliqua depopulando perueniunt, tradentes vrbem incendio, & populum in ore gladij trucidantes, ipsosq; sacerdotes domini ante sacrosancta altaria perimentes. Nec remansit in ea locus inustus præter oratorium beati Stephani primi martyris, ac Leuitæ. De quo oratorio quæ à quibusdam audiui, narrare non distuli. Aiunt enim, priusquam hi hostes venirent, vidisse se virum fidelium in visu quasi conferentẽ cum sanctis Apostolis Petro, ac Paulo, beatum leuitam Stephanum de hoc excidio, ac dicentem: Oro, domini mei, vt non permittatis obtentu vestro Metensem vrbem ab inimicis exuri, quia locus in ea est, in quo paruitatis meæ pignora continentur: sed potius sentiant populi aliquid me posse cum Domino. Quod si tantum facinus populi supercreuit, vt aliud fieri nõ possit, nisi ciuitas tradatur incendio, saltem vel hoc oratorium non cremetur. Cui illi aiunt; Vade in pace dilectissime frater oratorium tantum tuum carebit incendio. Pro vrbe vero non obtinebimus, quia Dominicæ sanctionis super eam sententia iam processit: inualuit enim peccatum populi, & clamor malitiæ eorum ascendit coram Deo: ideo ciuitas hæc cremabitur incendio. Vnde procul dubio est, quod horum obtentu, vrbe vastata, oratorium permansit illæsum.

Greg. Tur. lib. 2. hist. Franc. c. 6.

Oratoriũ S. Stephani precibus ab igne illæsum.

III. *Suetiæ emporium crematur ob delicta.*

ERat septimus post mille quadringentos à Christo annos cum Stophom insigne Suetiæ emporium, insigni de cœlo clade affligeretur: nam ful-

Alb. Cran lib. 5. histor. Suet. c. 33.

Stephom fulmine à cœlo cōflagrauit fulmine tactum oppidum, pene totum cōflagrauit. Perierunt incēdio ad mille sexcento homines. At miserabilius est quod sequitur. Feminæ plures, siue numero puellæ, nauibus res suas inuexerant cum paruulis, Aderant & viri non pauci. Prius quam soluerent, ingruebat promiscuum vulgus incendia declinans, & opplete tanta multitudine naues subsederunt, merserúntque omnem illam multitudinem Res calamitosa sine exemplo.

IV. *Ad scelerum vindictam mare Dei nutu terminos egreditur.*

Niceph. Call. li. 10. hist. Eccl. c. 35. PRopter hominum scelera etiā mare ipsum, cui non licet terminos cōstitutos egredi; accepta à Deo libertate, sæpe suos fines egressum est crimina vlturum; Quod Alexandrinis accidisse testatur Nicephorus: Sub Iuliani, inquit, imperio decantatissima illa vrbi Alexandrinæ accidit calamitas, cum mare vehementi æstu concitum, & vltra fines suos progressum ita diluuio aridam & continentē terram inundauit, vt eo in locū suum regresso in tectorum tegulis scaphæ marinæ sint repertæ. Vnde Alexandrini ab eo tempore, quo talis inundatio coorta est, diem festum eum peragentes faces multas in vrbe accendunt, carminibusque, & gratiarum actionibus iram Dei supplices placant, solemnitatemque anniuersariam cum insigni pietate, & religione obseruant.

V. *Deo irato, mare egreditur terminos suos, & eodem placato suis finibus cohibetur.*

D. Hier. in vita S. Hilarionis. D. Hieronymus in vita S. Hilarionis de eadem ira Dei multò adhuc explicatius scribit: Post Iuliani, inquit, mortem terræmotus totius orbis accidit, maria egressa sunt terminos suos, & quasi rursum Deus diluuium minaretur, vel in antiquum chaos redirent omnia. Naues ad prerupta mōtium delatæ pependerunt. Quod cum viderent Epidauritani frementes videlicet fluctus, & vndarum molem, & montes gurgitum litoribus inferri, verentes quod iam euenisse cernebant, ne oppidum funditus subrueretur, rogárunt Hilarionem. Hic tria crucis signa cum pinxisset in sabulo maris manusq; cōtra tenderet incredibile dictu est, in quantam altitudinem intumescens mare ante eū steterit, ac diu fremens, & quasi ad obicem indignans paulatim in semetipsum relapsum sit.

VI. *Mirabilis vindicta criminum.*

NOn eget sane instructis nauigijs pietas verè Christiana, nullis etenim fluctibus absorberi potest ille, quem Christus tuetur, qui siccis pedibus maritimos fluctus inambulauit. Fluctus etiam permeasset Petrus, nisi dubitasset: peccatum enim nec prospe ris flatibus, nec instructissimis nauigijs securè nauigat: omnia aduersantur hominibus, quorū culpæ reliquis omnibus oneribus grauiores sunt. Id exemplo perspicuum faciam ex Sophronio. Palladius ipse narrauit nobis: Audiui, inquit, nauclero quodam enarrante tale aliquid. Quod die quadam cum nauigaret, vectores habens viros & mulieres, venissetq; in altum, cæteris omnibus benè nauigantibus, alijs quidem Constantinopolim, alijs vero Alexandriam, & alijs alio, vento illis afflante prospero, ipse solus nauigare nō poterat. Et mansimus, inquit, quasi dies quindecim, nihil ex eo loco vbi eramus moti. Versabamur igitur in magna mœstitia, & desperatione, nescientes quidnam istud sibi vellet. Ego vero vt nauclerus, cui cura nauis incumbebat, & omnium qui in ipsa erant, cœpi rogare Deum pro hac re. Quadam vero die venit ad me vox dicens: Mitte foras Mariam, & bene nauigabis. Cœpi ergo cogitare, quidnam hoc esset, & quæ esset Maria. Cum autem hæsitarem de hoc, venit vox de nouo dicens: Dixi tibi, Mitte foras Mariam, & salui eritis. Tunc ergo cogitans, quid istud esset, exclamaui contínuo,

Sophron. prat. spir. c. 76. Matt. 14. Marc. 6.

nuo, O Maria. Nesciebam enim quæ esset Maria. Illa vero iacens in loco suo, vt audiuit, respondit, dicens: Quid iubes domine? Tunc aio ad illam: fac charitatem: veni hucusque. Exurgens autem continuo venit. Cum ergo venisset ad me, accepi eam seorsum, & dixi ei: Vides Maria soror, quot peccata mea sunt, vt propter me vos omnes pereatis? Illa vero altius ingemiscens, ait: Vere domine mi nauclere ego peccatrix sum: Et dixi illi, quæ peccata habes, mulier? Et illa: Vę mihi, inquit, quia non est peccatum, quod ego non egerim, & propter peccata mea vos omnes in periculo cõstituti estis. Tunc enarrauit mihi mulier, quæ circa se erant, dicens: Profecto domine nauclere, infelix ego virum habui, ex quo duos filios genui. Cumque ad ætatem peruenissent, vnus annorum nouum, alius quinque, mortuus est vir meus & remansi vidua. Miles autẽ quidam habitabat iuxta me, quem ego maritum accipere volui, misique ad ipsum quosdam. Ille autem nõ acquieuit dicens: Non accipio vxorem, quę habeat ex altero viro filios, ego autem videns quod propter filios nollet me accipere vxorem, inducta amore eius, occidi duos filios meos, indicauique illi dicẽs: Ecce modo nullum habeo filium. Miles vero cũ audijsset quid egissem de filijs, ait: Viuit Dominus, qui in cœlis habitat, quia te non accipiam. Vnde ego metuens ne hoc manifestum fieret, & morerer, fugi. Hæc ego audiens ex ore mulieris, ne sic quidem in mare proijcere volui, sed differens dixi ad illam rursus: Ecce ego ascendo in carabum, & si ambulauerit nauis, scito quia peccata mea in naui operantur. Vocauique continuo scapharium, & dixi: Produc scapham. Cumq; ascendissem in illã, nihilò magis vel nauis, vel scapha mota est. Tunc ascendens nauim dixi mulieri. Descende & tu in scapharam. Quæ mox vt descendit, scapha se continuo quinquies gyrans in profundum cũ muliere submersa est. Nauis autem post hæc tãta velocitate cucurrit, vt tribus diebus ac dimidio, nauigationem peregerimus, quã diebus quindecim peracturi eramus.

VII. *Venetorum tempestas ob crimen Iudæorum.*

ANno Domini 1017. in Parasceue post crucem adoratam, vsq; Sabbathum sanctum, circa vesperam concussa est Roma à vi ventorum, & pene omnes Romani mortui sunt, tã Christiani, quam Iudæi. Et quidam Iudæus Christianis intimauit, quod in parasceue in Synagoga Iudæorum imaginem Christi deluserunt, sicut fecerant Domino parentes eorum. Quod Benedictus Octauus sollicite inquirens & probans, mox Iudęos, qui hoc egerant, iussit decollari, quibus decollatis cessauerunt venti. *Bar. to. 11 Annal an. 1017 & ex hist. Aquitanica.*

VIII. *Christus ob peccata præbet se inexorabilem.*

SCythopolis secunda est Palæstinæ metropolis. In ea conuenimus Abbatem Anastasium, narrauitque nobis de Abbate Georgio incluso, dicens: Cũ quadam nocte surrexissem, vt pulsarem signum (ea quippe cura mihi iniuncta fuerat, vt excitarem fratres ad collectam) audiui plorantem senem, profectusq; ad illum rogare cœpi; dicẽs: Quid habes pater quia sic ploras? Ille vero nihil mihi respondit: Rursus cum rogarem illum, vt causam fletus mihi aperiret, ingemiscens ille, & ex intimo corde suspirans ait: Quomodo me à fletu temperem, cum Dominus noster Iesus Christus nobis reconciliari noluit? Ego enim fili, videbar mihi assistere cuidam super excelso throno residẽti. Multa vero millia circa illum erant orantium illum atque deprecantium de quadam re. Qui illorum precibus flexus non est. Post hæc accessit ad illum mulier quædam purpura induta, prociditq; illi, & ait; Vel propter me placare, fili. Ille vero nihilominus inexorabilis mansit. Atq; idcirco ploro, *Sophron. prat. spir. c. 50.*

ro, & eiulo verens quod futurum est. Hæc mihi dixit Abbas Georgius quinta illucescente feria cœnæ Domini, sequenti vero, id est, parasceue hora diei nona, repentino, magnoq; terræ motu corruerunt vrbes maritimæ Phœnicis.

IX. *De apibus, quæ ita furem persecutæ sunt, vt culpam agnoscere & pœnitere coactus sit.*

Ferin nat fib. in vi as. Medar. apud Su. to. to. 3. FVr nocturnus apum aluearia furatus erat, quæ iuris Ecclesiæ S. Medardi erant. Illæ, collecto agmine, furem aggressæ in fugam verterunt, aculeatis stimulis hominem pungẽtes, nec dimittẽtes, donec ad ipsum S. Medardum ipse totus vulneratus peruenisset, adhuc vndequaque apibus circumseptus, quo cum vellet, nollet, peruenisset, prouolutus ad S. Medardi vestigia supplex sibi admissum crimen dimitti postulauit. *Apes adigunt furem ad pœnitentiam* Medardus pro sua clementia ignouit efflagitanti, manumq; extẽdens benedictionem signo crucis edito, vt Episcoporum mos est, ei absolutionis signum impendit. Apes velut non ignaræ Episcopalem benedictionem homini crimen abrogasset, & Ecclesiæ reconciliatum hominem, nõ esse vlterius defatigandum, à molestia cessarunt, dimissoq; homine, velut parentes Medardi iussis in loca sua redierũt.

X. *Muscæ vindices iræ diuinæ in peccantem.*

Ex Annal. Hisp. Baro. in Martyro. 18 Martij. NVllum adeo exiguum, & imbecillum animal est, quod non possit contra peccantem hominem esse potentissimus hostis. Nam id fiet maxime perspic uum eo miraculo, quod in Hispania accidit anno Domini 1286. *Muscæ aliquando vindices* sub Petro Rege Aragonum, quando capta Gerunda per Carolum Siciliæ & Philippum Francorum Reges ex sepulcro S. Narcissi, quod violare attentarant milites, muscarum examen egressum in exercitum infesto agmine irruens, ingentem cladem intulit, & in fugam egit, à cœptisq; desistere coegit. Vnde apud eos in prouerbium abierunt Muscæ S. Narcissi.

XI. *Mures non sinunt viuere peccatores.*

POmpilius seu Popyel, quem Teutones Osteriæ vocant, suscepto regno in vita sua nihil egregium edidit; solitus erat in omni exercitatione dicere: Vtinam me mures vorarent; vtique omine mali: nam filium eius deuorarunt mures, qui Pompilius vtique appellatus fuit. Relictus autem post patrem in ætate puerili patrui eius administrauerunt regnũ, quoad ille adultus factus vxorem duxerat. Tũc illum conuiuia celebrantem, mero madentem, sertis coronatum, vngentis delibutum, crapula & luxu resolutum, inuadunt mures de cadaueribus patruorum, quos ipse & vxor eius regina veneno interfecerant, ingenti magnitudine egressi, & in conuiuantem tyrannum, consortem eius, & filios rabidis morsibus insiliunt, militũ caterua nequaquam abigente: nam humano suffragio fatigato murus infatigati perseuerabant, die noctuque. Extruuntur ardentes foci, & in medio eorum locatur. Pompilius, coniux, & filij. Illuc autẽ & mures per flammas transeuntes, parricidam rodere non desistebãt. Ad aliud tãdem elementum ventum est. In nauibus abducitur occisor patruorum Pompilius cum suis in stagni altitudinem: mures tamen incessanter secuti adductos & naues rodebant, in tãtum vt aqua perforatis timis ingressa submersionem minaretur: ideo nautæ timentes præfocationem, ab aquis deduxerunt nauem in litus, vnde alia caterua murium occurrentium iuncta prioribus acrius infestabat. His visis defensores diuinam vltionem cognoscentes omnes fuerunt. Pompilius autem protectoribus nudatus recepit se in turrim altiorem in Crusinza, vbi mures rapido cursu ascendentes consumpserunt & vorauerunt duos filios, vxorem, & facinorosum Pompilium.

Ecce non est potestas aut consilium contra Dominum: minuta enim animalia, imbelles mutos eum miserabiliter consumpserunt.

XII. *Mirabilis vindicta immisericordiæ Hattonis.*

Ioa. Tri. the. in Chron. monast. Hirsau. ad ann. 967.

ANno Domini 967. Vvilhelmus Archiepiscopus Moguntinus tempore Imperatoris Ottonis II. obijt. In cuius locum Hatto abbas Fuldensis huius nominis secundus ordinatus est Archiepiscopus, qui fertur tempore famis magnam multitudinem pauperum mendicantium in vno horreo concremasse, quasi ipsi inducerent famem super regionem suam mendicitate & ocio, volens in hoc consulere tam eorũ inopiæ, quam vtilitati communi. Vnde aiunt, quod tertio anno nondum completo, in Archiepiscopatum diuinæ animaduersionis vindicta in eum processerit, eumq; mirabili & prius inaudito multis genere supplicijs satis punierit. Tanta enim turba murium vndequaque prorumpens in eũ glomerata irruisse dicitur, vt quocunq; se verteret, istiusmodi bestiolarum morsibus premeretur: si erat in alto vel eminentiori quolibet loco, mures per parietes ascendebant: si vero inclusus per rimulas intrabant, eumq; infinita multitudine mordebant, lacerabant, ac deuorare penitus gestiebant. Quarum tãta fuit importunitas, vt quanto repellerentur impetu, tanto maiori furore incursabant: cumque se in terra tutum nusquam conspiceret Pontifex, iã miserandus aquarum se munimine cinxit, ac iuxta oppidum Bingionum turrim in medio Rheni, ad custodiã patriæ olim constructam, scapha subuectus ascendit, sperans eo loci mures per vndosi fluminis raptũ nullatenus esse venturos: sed non est locus, quo suam diuina potestas prohibeatur exercere vindictam. Natantes per aquas infinita multitudine denuo mures turrim per muros ascendunt, intrant, Pontificẽ inquietant, rodunt, infestant: tãdemq; eorum nimia multitudine obrutũ miserabiliter necant. Turris autem in Rheni fluminis medio nomen retinens à casu, Murii turris dicitur, in qua Hatto Pontifex ab ipsis consumptus bestiolis perhibetur.

XIII. *Locustæ magnitudinis extraordinariæ ob peccata vastant omnia.*

ANno Domini 1541. locustarũ lues permagna fuit in Polonia, Surio teste. Fuit (inquit) hoc anno incredibilis multitudo ingentium locustarũ in regionibus Poloniæ regno finitimis. Hæ primò nullas habebant alas, sed magnos dabant saltus, paulò post adeptæ sunt: tantaq; multitudine prouolarunt, vt duo milliaria in longum, & latum cubito tenus ita occuparent, vt solis quoq; splendorem à toto illo terræ spatio sua densitate excluderent. Transuolabant aquas, arbores, ædes, & obuia quæque. Cum alæ succreuissent erant magnitudine humani digiti, & tunc atrocius grassabãtur in fruges, & ea quę in vsus hominum necessariò gignit humus. Tota æstate nulla neq; vi, neque arte earum sæuitia retardari potuit, sed in autumno deniq; cęlo frigescente extinctę sunt atro post se relicto semine, vnde proximo anno alij vermes orti sunt. Fuit ea proculdubio plaga & animaduersio Dei in hominum peccata: putatæque fuere non absimiles fuisse Ægyptijs illis, quarum in Exodo fit mentio. Extiteruntque primò in Valachia, cunctaque in circuitu Leopolim vsque miliaribus circiter sexaginta ad solum vsque deuorarunt.

Laur. Sur. in Chron. an. 1548.

XIV. *Arnulphus Imp. propter scelera vermibus consumitur velut alter Herodes.*

ARnulphus Cæsar Filius naturalis Carolomanni Regis Bauariæ, & Ducis Carinthiæ, rebus secundis elatus, omnia viribus suis accepta retulit, Deum Opt. Max. non agnouit, neque di-

Io. Crispin. in Arnulpho. an. 899.

dignè, vt decuit Christianum Principem obsequia præstitit, Passus, dum in Italia bellū gereret, sacerdotes vinctos trahi, virgines stuprare, cōiugatas opprimere, templa spoliari, & in ijs res venereas exercere impunè. Ad hæc cū Zuendebaldū Marahensium Regem debellaret, Hungaros gentem perfidam, & Christianæ religionis hostem vt sibi resistentem opprimeret, aduocauit. Quo factum est vt hęc gens vniuersam Germaniam crudelissimis affecerit populationibus ac supplicijs. Itaq; iratus Deus eū vt Herodem vermibus puniuit. Eo miseriarū iusto Dei iudicio lapsus est ob impietates excæcatus. Dum Camerinū Guidonis Comitis castrum natura & vocabulo firmum, in quo eius vxor quidem erat, licet Guido alijs incertis quibusdam locis lateret, vallo circumdaret, atq; obsideret. Vxor Guidonis in angustijs constituta, vt est muliebre ingenium ad omnia scelera excogitanda promptum, videns omnem illi spem euadēdi negatam, familiarissimum quēdam Aulicum, Arnulphi Imperatoris muneribus magnis corrumpens, accersit ab eo auxilium vt liberetur obsidione, petens. Qui nullum auxiliū se præstare fatetur, nisi Dño suo regi ciuitatē tribuat. Quod & ipsa promittit, & auri magna pondera simul donat. Sed feritatem Imperatoris exhorrescens, dicit se poculum habere, quo homines sæui dicto citius placantur. Hæc ait potio (poculum manu gestabat) tristitiam discutit, lætitiam, amores, festiuitatem, ludos, iocosq; & omnia gaudia menti affert. Eo mariti mei animū furentem ad sanitatem reuoco, & Cęsaris animum in me immerita ita succensum placare cupio. Et vt fidem rei faciat, quod sine noxa sumi posset, seruus placatus & sanus, validus, vigēsq; breui spatio discessit. Accipit poculum & simul auri talenta familiaris Arnulphi Regiq; propinat, vt mentis feritatē mulceat. Arnulphus accepto pharmaco, in somnū resolutus, triduo excitari, ceu lethargo graui percussus nullo strepitu potuit. Excitatus, apertis oculis nihil sentit, nihil loquitur, veluti mutus iacuit, mugitum quendam ædens. Deinde paulatim Italiam relinquens & ad propria reuersus, turpissima valetudine correptus, ex hac potione corpus est tabefactum. Nam minutis vermiculis, qui pediculi nominantur, corpus adeo scaturiebat, vt nullis medicorum curis minui posset. Cum igitur nullum posset huic afferri remedium, in dies magis inualescente ægritudine, delatus Ratisbonam, moritur in oppido Bauariæ Ottinga III. Calend. Decēbr. Anno salutis humanę 899. in Basilica S. Emerani sepultus.

TIT. III. De peccatis Venialibus.

Moyses ad aquas contradictionis in deserto aliquantulum hæsitans, solum venialiter peccauit vt est multorum doctorum sententia: morte propterea ante ingressum in terram promissam mulctatus est. Num. 20.

Propheta missus ad Ieroboam, comedens in via ab alio deceptus, leuiter tantum deliquit, ideo etiam morte statim post prandium adueniente oppressus est. 3. Reg. 13

EXEMP. I. *Minora peccata non esse facile contemnenda, quia sensim sine sensu crescunt.*

Sanctæ Monicæ Dei famulæ scribit D. Augustinus vinolentiam subrepsisse. Nam cum de more, tanquam puella sobria iuberetur à parentibus de cuppa vinum depromere, submisso poculo qua desuper patet, prius, quam in lagunculam funderet merum, primoribus labris sorbebat exiguū, quia non poterat amplius sensu recusante. Non enim vlla temulenta cupidine faciebat hoc; sed quibusdā superfluētibus ętatis excessibus, qui ludicris mo- D. Aug. 9. con-fess. c. 8.

tibus ebulliunt, & in puerilibus animis maiorum pondere premi solent. Iraq; ad illud modicũ quotidiana modica addendo, quoniam qui modica spernit, paulatim decidit, in eam consuetudinem lapsa erat, vt prope iam plenos mero caliculos inhianter hauriret. Sed quomodo fuerit ab hac consuetudine sanata, idẽ Augustinus paulo inferius exponit. Ancilla, inquit, cũ qua solebat Monica mater mea accedere ad cuppam, litigans cum domina minore, vt fit, sola cũ sola, obiecit hoc crimen amarissima insultatione, vocans meribibulam. Quo illa stimulo percussa, respexit fœditatem suã, confestimq; damnauit atq; exuit. Sicut amici adulantes peruertunt, sic inimici litigantes plerumque corrigunt.

Eccl. 19.

II. *Inimicus etiam minuta peccata, præsertim in sanctioribus accurate obseruat, & de ijs gaudet.*

Dignum memoratu est quod ad incutiendam cunctis formidinem valde vtile est: ne vanæ securitati dediti, dũ in minimis peccare non timent in magnibus fiducialius offendant S. Aichadrus Abbas Gimesiẽsis, pro causis monasterij agendis, per quoddam sabbathũ occupatus tenebatur, adeo vt nec puncto temporis ab instanti negotio posset se eximere. Immemor ergo sui, dum cæteri fratres ex consuetudine nouaria agerent, ipse sub horam nonam tardiùs agebat. Accito ita que tonsore, capillos capitis forcipe iussit sibi æquari. Quod cum ageretur, videt humanæ salutis aduersarium quam promptus sit ad nocendũ, quomodo de nostris offensionibus exultet. Et ecce diabolus intra tenebrosum cellæ angulum se continebat, nefandam cantionem in manibus tenens, & semper, vt attonsa coma deorsum influebat, ipse colligere & in numerũ capillaturam omnẽ redigere videbatur. Res tremenda & sollicite pensanda. Vt ergo vir Dei visu penetrante cellæ habitaculum cœpit attentius perlustrare, inuisam mox faciem recognouit, malignum artificem mox cum indignatione interrogauit, dicens: Quid tu animarum prædo hoc nostri habitaculi diuersorium insidiaturus obsedisti? O nequissime, quod tibi præmiũ thesaurizare confidis de seductione seruorum Dei, cui de propria nequitia constat æterna perditio, & de subuersione iustorum pœnalis crescit cruciatus? Ad hæc verba viri Dei impurus minister respondit: Quid tu velut rerũ ignarus requiris? Si nescis, meum est officium, seruorũ Dei habitacula reuisere, & offensas singulorum breuiario meo adnotare, & sic principi nostro referre, ne ad concilium ipsius reuertentem vacuum supplicijs durioribus iubeat excruciari. Nam huius ministerij sors mihi de te singularem hodie palmam apud Principẽ meum obtinebit, dũ te Dominicæ noctis festiuum tempus illicito opere transgredi renuntio, qui te formam & speculum religionis cæteris exhibere debueras, & gaudia festiua temerarius incuruas.

Fulbert. eius vitæ auctor c 13. apud Sur 15 Sept.

III. *Quanta diligentia B. Maria OEgniacensis vitabat peccata etiam minima.*

POstquam B. Maria OEgniacensis euacuasset eaquæ sunt pueri, tanto cum timore animam suam, tanto studio sensus suos, tanta puritate cor suũ custodire nitebatur, semper illud præ oculis habens, Qui modica negligit, paulatim decidit: vt ne verbum quidem vllum, aut aspectũ inordinatum, nec in honestum corporis habitum, nec risum immoderatum, nec indecentẽ vel indecorum corporis gestum, in ea vnquam, aut certè rarò aduertere potuerimus: quanquam plerumq; præ immenso cordis gaudio, dum seipsam vix posset capere, aliquando liberiùs exhilarato vultu, externo corporis gestu mentis iubilum prodere cogebatur, vtpote vel risum modestum ex cordis serenitate edẽdo, aut aliquã è suis sociabus, modico eoque pudico

Iacobus de Vitriaco Ep et Card in vita eius li. 1 c. 6. Eccl. 19.

Culpulæ vissimas timet Maria OEgniacensis.

am-

amplexu humanissimè excipiendo, vel sacerdotis alicuius manus vel pedes præ eximia deuotione osculando. Cum autem ad se tanquam à mentis quadam ebrietate redijsset, & vesperi omnes actus suos seueriter commemoraret, & examinaret, si vel in minimo modum se excessisse deprehenderet, cum admiranda cordis contritione id confitebatur, & à seipsa pœnas exigebat: non rarò etiam illic trepidans, vbi nullus erat timor.

IV. *Abbas Paulus propter zelum indiscretum paralysi percutitur.*

Io. Cassi. Colla. 7. c. 16

HIc Abbas Paulus in tantam cordis puritatem, quietæ solitudinis, silentijq; profecerat, vt non dicā vultū fœmineum, sed ne vestimenta quidem sexus illius conspectui suo pateretur offerri. Nam cum eidem pergenti ad cuiusdam senioris cellā vnà cum Abbate Archebio eiusdem solitudinis accola, casu mulier obuiasset, offensus occursu eius, tanta fuga ad suū rursus monasteriū (prætermisso, quod arripuerat, piæ visitationis officio) recurrit, quanta nullus à facie leonis, vel immanissimi draconis aufugeret, ita vt ne memorati quidem Abbatis Archebij reuocantis eum clamore, ac precibus flecteretur, vt ad requirendum senem, quemadmodum proposuerant, cœpto itinere tēderent. Quod licet zelo castitatis & puritatis ardore sit factum, tamen quia non secundum scientiam præsumptum est, sed obseruantia disciplinæ, iustæq; districtionis excessus est modus (non enim solam familiaritatem, quæ vere est noxia, fœminarum, sed ipsam quoq; figuram sexus illius credidit execradā) tali confestim correptione percussus est, vt eius vniuersum corpus paralyseos valetudine solueretur, nullumq; in eo membrū penitus explere suum præualeret officium. Siquidem nō solum pedes ac manus, sed etiam linguę motus, quo elocutio vocis exprimitur, ipsæque aures ita auditus proprij amiserant sensum, vt in eo nihil amplius ex homine quā immobilis atque insensibilis figura remaneret. Eo autē redactus est, vt infirmitati eius nullo modo virorū diligentia deseruire sufficeret, nisi sola ei muliebris sedulitas ministrasset per annos fermè quatuor, id est, vsq; ad vitæ suæ terminum.

Zelus indiscretus Pauli eremitæ.

Paralysim incurrit Paulus Abbas ob leuem culpam.

V. *De Mose Abbate, qui ob duram responsionem Abbati Macario datam, dirissimo dæmoni traditur.*

Idē Cassian. ibi. c. 27.

Moses Abbas ob leue peccatum dæmone corripitur.

MOses Abbas, qui in eremo quoq; commorabatur, cum ipse singularis & incomparabilis esset, ob reprehensionem vnius sermonis, quem contra Abbatem Macariū disputans paulo diutius protulit, quadam scilicet opinione præuentus, tam diro confestim est traditus dæmoni, vt humanas egestiones ori suo suppletas ingereret. Quod flagellum purgationis gratia se Dominus intulisse, ne scilicet in eo vel momentanei delicti macula resideret, vel ocitate curationis eius atque auctore remedij demonstrauit. Nā continuo Abbate Macario in oratione submisso, dicto citiùs nequā spiritus ab eo fugatus abscessit.

VI. *Quanta pœna Eusebius exiguum peccatum puniuit.*

Theodoret. in hist. SS. PP sect. 4.

NOn prætereibo silentio quod de Eusebio monacho refert Theodoretus: Is ait: Dum alter quidem legeret Euangeliorū historiam, ad contemplationem quorumdam agricolarū, qui in subiecto campo terram colerēt, tractus est: qui propterea suis deinceps oculis legē tulit, vt neq; campum illū vnquā contemplarentur, neq; cœlesti pulchritudine, & chori aspectu fruerentur. Sed angustissima vtens semita, id est vnius palmi ferente ad oratoriū, extra eā deinceps egredi nō passus est. Vt autem ad id eum quoq; traheret aliqua necessitas, cum lumbos zona ferrea alligasset, & grauissimum collare collo imposuisset, alio ferro coniunxit zonam collari, vt hoc modo

inclinatus cogeretur assidue in terram adspicere. Has ipse de se exegit pęnas, quòd illos esset contemplatus agricolas, continuauitq; totos quadraginta annos, quibus postea vixit.

De septem peccatis capitalibus, superbia, auaritia, luxuria, inuidia, gula, ira acedia.

TIT. IV. De superbia.

Genes. 3. *Eua propter appetitum excellentiæ cum audisset à serpente: Eritis sicut dij, & de ligno vetito comedit.*

Gen. 11. *Superbia volentium ædificare turrim vsque ad cœlum, damnata fuit per confusionem linguarum.*

1. Reg 24 *Graui pœna fuit mulctatum elationis peccatum, quando David iussit numerari populum sibi subditum.*

4. Reg 19 *Superbè nimis nuntiari iussit Ezechiæ Prophetæ Assyriorum Rex, dicēs, quod neque Deus, neq; homo posset eum liberare de manu sua.*

Daniel. 5. *Balthasar filius Nabuchodonosor Rex Babylonis non humiliauit cor suum, sed aduersus dominatorem cœli & terræ eleuatus est, ideoque interfectus est, & Darius Medus ei successit in regno.*

2. Mach. 8. *Nicanor veniens ad pugnandū contra Iudam & socios eius; ita credebat se esse securum de victoria, vt venderet Iudæos, antequam in campo eos videret. Sed ei male cessit.*

Act. 12. *Statuto die Herodes Agrippa veste regia indutus sedit pro tribunali, et cōcionabatur ad populum. Populus autem acclamabat: Dei voces, & non hominis. Confestim autem percussit eum Angelus Domini, eo quod non de[illegible] gloriam & honorem Deo, & c[illegible]us à ve[illegible]mibus expirauit.* De [illegible] vid. Niceph. lib. 2. hist. Eccl. c. 13. & Ioseph. l. 19. Antiq. c. 9. & de bello Iud. lib. 2. cap. 4.

EXEMP. I. *Superbia intolerabilis & ad insaniam vsque Doctoris cuiusdam alioqui celeberrimi.*

NVlla re capitur humana mens neque facilius neque potentius, quàm superbia. Nulla vis est veneni, nulla meri copiosi, nulla febris phreneticæ, quæ sic statum mentis euertat, nulla medicatissima potio in furorem sic rapit, vt animo semel humano imbibita superbia. Et quæ per furorē superbiæ loquimur, cogitamus, agimus, ea sanè humilitate admiramur atque erubescimus. Vbi enim humilitas, ibi sapientia. Vbi superbia, ibi protinus contumelia. Quod vt manifestius fiat, referā cuiusdā elatę mentis fastu laborantis nō fictā fabulā: Fuit in Peruensi regno vir magni pro illo tempore ęstimatus doctus Theologus ac Theologiæ professor, ideq; catholicus & pius diu habitus, ac pene tunc huius vrbis oraculum. Is familiaritate mulierculæ cuiuspiam, quæ se edoceri ab angelo magna quædā mysteria iactabat, quæque extra se interdum rapiebatur, aut rapi simulabat, veluti altera olim Philumena, aut Maximilla Montani, ita deuinctus est, vt illā de summis Theologiæ quæstionibus sæpe consuleret. In omnibus pro oraculo haberet magnis reuelationibus plenam, & Deo valde charam prędicaret, satis alioqui sordidam, & perexiguo sensu prędicam nisi ad instruenda mendacia: igitur siue à diabolo corriperetur (quod facilius est credere) cū eiusmodi extasim pateretur, siue callide eam fabulā simularet, quod nōnulli viri prudentes existimarūt, ille Theologus, quod à muliercula magna & mira de se audiret, ac multò grādiora futura cōciperet, libēter ei se discipulū addixit, cuius patrē spiritualem agebat. Quid multa? eò abductus est homo, vt miracula facere tentaret, & fieri sibi persuaderet. Cum miraculi vestigium ne tenue quidā extaret. Ob hæc & quod propositiones aliquot ab illa Prophetissa accepisset à sensu

Ioseph. Acosta de tempo rib. nouis. li. 2. cap. 11.

Ca-

Catholicæ Ecclesiæ alienas, à sanctissimæ Inquisitionis iudicibus toto hoc regno stupente comprehensus est: ibi per quinquennium fere auditus tolleratus, examinatus, ac tandem patefactus est, homo omnium superbissimus & infantissimus. Cum enim Angelum sibi diuinitus datũ, à quo omnia quæ vellet disceret, ac deinde summa Dei ipsius familiaritate, & immediato colloquio se potitum pertinacissime assereret, in eas nugas delatus est, quas nisi ab homine prorsus mentis emotę, dici nullo modo quisquam sibi persuadeat. Erat vero ille tam integro sensu, quod ad cerebrum attinet, vt mihi integrior non sit. Itaq; & seriò affirmabat, se & Regem futurum, & Pontificem summum, Sede Apostolica ad hæc regna translata: concessum quoq; sibi sanctitatem super omnes Angelos & choros cœlestes, atq; Apostolos omnes, quinetiam oblatam ipsi à Deo vnionem hypostaticã, sed ab ipso non esse admissam. Datum quoq; se redemptorem orbis, quoad efficaciam, vt ille loquebatur, quod Christus solũ quoad sufficientiam fuisset. Omnẽ statum Ecclesiasticum abrogandum: Leges verò alias se editurum faciles & apertas, secũndum quas cœlibatus clericorum tolleretur, multitudo vxorũ concederetur, confessionis necessitas excluderetur. Hæc atq; alia tanta contentione affirmabat, vt nos teneret attonitos, quod homo talia sentiens non insaniret. Deniq; diu euolutis gestis illius, & plusquam centum & decem propositionibus hæreticis, aut à sana Ecclesiæ doctrina alienis condemnatis, iussi sumus, vt habet de more sacrũ illud tribunal, cum homine disputare, si forte ad mentem & fidem reuocare possemus. Conuenimus autẽ cum ipsis iudicibus & Episcopo Quitensi tres alij. Eo introductus homo libertate & facundia perditissimam suam causam defendit, vt ego in hodiernum diem etiam stupeam, eò adigi posse mentis humanæ superbiam. Professus est doctrinam suam non posse monstrari, nisi diuina scriptura & miraculis, quod esset superior omni humana ratione. Scripturæ autem testimonijs longè se apertius atque efficacius probasse, quam probauerit Paulus Iesum Christum fuisse verum Messiam. Miracula autem se perpetrasse plurima, eaq; tanta, vt Christi resurrectio non fuerit maius. Nam & se verissimè esse mortuum, & resurrexisse, atq; id euidentissimè aiebat ille, esse ostensum. Scripturas vero proferebaț memoriter (cum nullum librum haberet, atq; ipso etiam breuiario spoliatus esset) tot & tam longas ex Prophetis & Apocalypsi, ex psalmis & alijs locis, vt vel memoria esset admirationi. Eas verò, ita ad sua commẽta adaptabat, ita allegorizabat, vt quiuis vel rideret vel fleret. Postremò si miraculis rem agere nobis placeret, se libenter ea statim exhibiturum. Hæc ita dicebat homo, vt vel nos insanos putare videretur, vel ipse insanire. Nam & per reuelationem sibi innotuisse iactabat Serenissimum Ioannem Austriæ bello nauali à Turca esse superatum, & regnum Hispaniæ à Philippo inuictissimo iam pene amissum, & Concilium Romæ habitũ, vt de deponendo Gregorio & alio subrogãdo ageretur. Quæ ideo nobis significaret, vt quoniam erant nobis certis nuncijs nota, sciremus ei non nisi diuinitus innotuisse. Et cum essent omnia vsq; adeo falsa, vt ampliùs esse non possent, ab illo tamen asserebantur, vt notissima nobis. Denique cum nihil profecissemus per duos dies disserendo, & ad publicum spectaculum esset cum cæteris, vt in Hispanijs fieri solet, delatus, intuebatur semper in cœlum, ignem in inquisitores & omnes grassaturum cælitus exspectans, vt illi erat pollicitus Diabolus: atq; ignis quidem nos nullus ex alto corripuit: illum vero & Regem & Pontificem, & redemptorem, & nouum legislatorem ex imò flamma rapuit, atque redegit in cineres.

II. *Antonini Commodi superbia.*

Vincent. lt. 11. c. 119 apud Su. Aug. 25 in vita S. Eusebij.

ANtonini Commodi Imperatoris temporibus, sæuiente persecutione in Christianos, adueniēte natali die ipsius, decretum ab eo exijt, vt omnis plebs Romanæ vrbis in vnum adueniret, & in laudē Herculis, ac Iouis pompatica voce acclamaret. Vētum est, & circumstat Regem pęne vniuersus orbis. Ipse autem deformiter indutus, regiam cum mitra ascendit sedem, ac prius thurificauit auream Iouis statuā: Tantæ.n.superbię erat, tantæq; iactantiæ, vt indueret se pelle leonis, designare in vestimēto volens, quod sicut leo bestiarum, sic & ipse esset Rex & magister populorum. Cui omnis populus acclamauit, dicens: Protector est Herculés Reipublicæ, & defensor libertatis Romanæ audaciæ. Eodem tempore morabantur in vico, qui appellabatur Carnarius, Christiani nominis cultores, inter quos erant viri religiosi Eusebius, Vincentius, Peregrinus, atque Potentianus, serui Dei orationibus instantes, mori pro Christo desiderātes. Hi ad imitationem Apostolorum sua omnia vendiderant, & pauperibus erogauerant, quatenus nudi ab hoc seculo liberius soli seruirent Deo. Qui cum audissent huiuscemodi rem à Cōmodo gestam, ridiculo ac superstitioni hoc deputantes, vicos & vrbes perlustrant; trinum & vnum Deum prædicant, dicentes: Recedite charissimi à cultura dæmoniorum. Date honorem Deo trino & vni Patri & Filio & Spiritui sancto omnipotenti, & agite pęnitentiam, & baptizemini, ne simul cum Commodo pereatis.

Antonini Commodi Imper. superbia quanta.

III. *Elatio Euphraxij.*

Baro. to. 10. Annal. sub an. 976 6. ex Fe. der. Munus Episc. Thermularum.

AD beatum Nilum missus est Constantinopoli ab Imperatoribus Euphraxius præfectus, vt vtilem eius doctrinam & admonitiones audiret; quo cū fuit beato Nilo haud leue certamen; sed gratia Dei summa gloria victor euasit. Cum itaq; reuersus esset Euphraxius cum multa elatione & fastu, & cū ab Imperatoribus constitutus ipse esset iudex Italiæ & Calabrię, omnes quidem præpositi monasteriorum regionis illius accedebāt ad eum cum muneribus & adulationibus, orantes eū singuli, vt ipsos protegeret, & sibi opē ferret, beatus pater Nilus, ne videretur vel comminationes hominum metuere, vel confidere Principibus, quos prę contumelia filios hominum Propheta vocauit, in quibus non est salus: neq; accessit adulaturus, neq; donis comminationes superbis illius, & audaciæ lenire quæsiuit; sed in suo monasterio, & quieti incumbens, Deū rogabat pro totius mundi salute, & pro anima Euphraxij præfecti. Quod quidē ad maiorem furorem & insaniam accendit cor superbi illius: quia cum ab omnibus honoraretur & coleretur à B. Nilo apertè cōtemni videbatur. Quapropter non destitit quęrere iniquitatis occasionem aduersus iustum illum, cum non inueniret. Non enim cognosci potest vestigium colubri super petram, quemadmodum nec Principis iniquitatem in homine coronato est facilè reperire. Interea dum ille animo conflictatetur, multa mala aduersus Nilum meditatur. Repentina imminebat illi mors; sed beati Nili oratio illam præoccupauit. *Ps. 145.*

B. Nilus noluit adulari Euphraxio fastu elato.

IV. *Exemplum paulatim inualescentis superbiæ.*

PRimum genus superbiæ est, cū quis fratrem suum contemnit, nihilq; eum æstimat seipsum vero cæteris excellentiorem habet. Hic statim nisi se reuocet, & respiciat, sensim labetur in alteram superbiam, ita vt in Deum etiam incipiat insolescere, & bona opera sibi ipsi ascribere, non Deo. Meminì, inquit Dorotheus Abbas fratribus loquens, vidisse me aliquando huiuscemodi hominem, qui in hanc miserrimam seditionem incidisset. Et initio quidem, si quis è fratribus loquutus quidpiam esset in alterius commēdationem

S. Dorotheus Abbas Doctrin. l. 2 quæ est de humilitate.

Superbia duo genera.

tionem

tionem & laudem, statim illum spernebat, & quasi conspuebat, dicēs: Quis est ille; non est alius præter Zosimum & qui cum eo sunt. Post, cœpit & illos contemnere, ac dicere, neminem alicuius est pretij præter Macarium. Et paulo post, Quis, ait, Macarius? Nullus est præter Basilium & Gregorium? Atq; etiam non multo post, hos quoque cœpit pariter spernere, & nullum vllius pretij æstimare nisi Petrum & Paulum. Cui ego prædixi, quod euenit, fore vt hos quoque, suo tempore contemneret. Quod sanè factum est: Nam hos spreuit, & nihil esse habendum in pretio (præter Trinitatem) asserere cœpit: statimque in Deum quoque factus est insolentior, exarsit, intumuit. Nobis igitur luctandum est cum prima, ne paulatim in secundam labamur superbiam.

Contemptus aliorū prim.⁹ gradus superbiæ gradus.

Contemptus Dei secūdus.

TIT. V. De inani gloria.

1. Machab. 5. Ioan. 17.

Ioseph & Azarias contendentes pugnando contra gentes nomen suum celebrare apud homines fuerunt confusi.

D. Petrus valde arroganter dixit Domino: Etsi omnes scandalizati fuerint, & non ego: sed longè postea aliter euenit.

Arroganter nimium dixit Saluatori Pilatus: Nescis quia potestatem habeo crucifigere te, & potestatem dimittere te?

EXEMPL. I. *Non fert Constantinus Imper. se à quopiam immodicè prædicari.*

Euseb. 4 vita Cōstantini li.4.c.48

NIcœno Concilio absoluto & confecto, cum per omnium ora de maximi Imperatoris virtute fama volitaret, ausus est è sacerdotibus aliquis illum in os beatum dicere: quippe qui tum in hac vita dignus esset; qui summam rerum omnium potestatem haberet; tū vero in futura cum Filio Dei vnà regnaret. Sed is cum se hæc molestè audire significasset, hortatus etiam est, ne auderet aliquādo eiusmodi vocē vsurpare, sed à Deo potiùs precibus contendere, vt & in hac vita, & in futura Dei famulatu dignus videretur.

II. *Quomodo Sancti edentes miracula vanam gloriam fugiebant.*

IN hoc genere excelluit sanctus Eligius Nouiomensis Episcopus, vir nobilitate, eruditione, pietate celeberrimus. Mendicus quidam cæcus ab eo adhuc laico nobili sed vulgi opinione viro sancto, eleemosynam accepturus, manum subtraxit, orans vt oculis potiùs eius crucis signum imprimeret, visumq; illi præberet. Cui ille dissimulans, ac subridens: Tu, inquit, amice necdum nosti te signare? Docebo te; moxque signum crucis imprimens, illius oculos aperuit, totumq; hominis fidei tribuendum asseruit.

Signo Crucis cæcus sanatur.

III. *Aliud exemplum simile.*

HVic & aliud simile subnectam i S. Anno Archiepiscopus Coloniensis, accedētem ad se cæcum quendam, qui in visione accepisse se dixerat, fore, vt visum reciperet, si aqua, qua manus suas ad altare lauisset, suos oculos ablueret, ideoq; ab eo iam ad sacrum faciendū se præparante hanc gratiam petijsset: Episcopus multum commotus, eum acribus verbis reiecit, fallacem & impostorem vocans. Cæcus nihilominus in fide persistens, obtinuit clanculum à clerico, qui celebranti Episcopo ministrauerat, aquam prædictam, moxq; oculos ea abluens visum recepit. Vtriq; autem sub graui anathemate iniunxit, vt se viuo nemini hoc propalaret; sed soli Deo acceptum referret, eique soli gratias ageret.

In vita eius apud Sur. to.6. lib. 2.c.3.

Aqua quà celebrās manus lauerat, cæco visus redditur.

IV. *Quomodo inanis gloria, & adulatio fugienda.*

In vita eius l. 2. c 3. apud Sur. 4 Decemb. to. 6.

S. Ioannes Canonicus regularis in Anglia ante ducentos annos inclusam quandam, vt spiritualibus eius col-

colloquijs frueretur, visitauit. Illa post prima verba visionem se illa nocte vidisse affirmauit, de aquila circumuolante cum chartula in rostro, cui inscriptum esset, Iesus amor meus: Tu vero, Pater, inquit illa, hęc aquila es, pro excellētia tuorum meritorum. Quod ille audiens: Nos quidem, inquit, eo animo huc accessimus, vt mutuis colloquijs Dei gratiam nobis conciliemus; at nunc, vt video, malus dæmon, vitiorum nostrorum sagax explorator, per hos inanes sermones in animos nostros aditum sibi parat. Atque his dictis, statim abscessit. Verè enim, sicut tinea ex veste nascitur, & eandem corrumpit atque exedit; ita vana gloria ex virtutis materia generatur, virtutem corrumpit, & omni vera laude ac fructu priuat.

Simile.

V. *In sanctis viris Deus non sinit inultam inanis gloriæ culpam.*

In vita eius c. 8. apud Suri. Nouemb. 7. tom. 6.

CVm aliquando Gregorius Episcopus Turonensis iter Burgundia Aruerniam ageret magna contra se tempestas exoritur, densus aer in nubibus cogitur: crebris ignibus cęlum micare, validisq; tonitruorum cœpit fragoribus resonare. Omnes pallescere, imminensq; periculum pauidare. Sed Gregorius amicus Sāctorum, reliquias (has n. indesinenter collo ferebat) de sinu protrahit, & minacibus constanter nubibus opponit. Quæ protinus diuisæ dextra, læuaq; prætereuntes, illæsum iter gradientibus præbuerunt. At superbia, quę plerumq; virtutibus nutritur, iuuenili aīo protinus irrepsit: priuatim gaudet, suisq; meritis pręstitum arrogat. Sed quid tam vicinum superbiæ, quam casus? Nam equus, cui insederat, illico lapsus hunc ad terram grauiter elisit, ita vt omni corpore contusus vix assurgere posset: causamq; intelligens satis deinceps cauit, ne se vanæ gloriæ stimulus qualibet sub occasione diceret: sed quoties per eum aliquid diuina virtus egisset, nō suis meritis ascriberet, sed virtuti reliquiarum, quas (vt diximus) perinde ferebat. Quod factum si discusseris: mirabilius est superbiam correxisse, quàm nubem diuisisse.

Sanctorū reliquijs tēpestas sedatur.

VI. *Appetitus inanis gloriæ quantus.*

D. Hier. ad Heluid. to. 2.

D. Hieronymus scribens aduersus Heruidium hæreticum, refert de quodam Erostrato, qui vulgo ignotus erat, & nihil boni facinoris excogitare poterat, quò nobilis fieret. Hic ergo vt famosus & notus fieret, Dianę templum incendisse fertur. Eiusq; nullo prodente sacrilegium, spōte in medium populi processi clamitans sese incendium subiecisse. Sciscitantibus Ephesi principibus, quā ob causā hoc facere voluisset, respondit, quia bene nō poterā, vt malè oībus innotescerē.

TIT. VI. De ambitione.

Absalon dum contendit pro primo loco, & in paterni regni solium eleuari vult, in quercu suspenditur, & iaculis confoditur. 2. Reg. 18

Adonias dum eleuatur viuente adhuc, & inscio patre Rege, cita morte interimitur. 3 Reg. 2.

Athalia, interfecto toto semine Regio, regni solium occupat: sed ipsa postea interempta documento fuit ambitiosorum casus non procul abesse. 4 Reg. ii.

Abimelech filius Gedeonis, dum per septuaginta fratrum neces, ad primum locum conscendit, maximos in eo passus labores celeri & infelici morte interijt. Iudic. c. 9.

EXEMP. I. *Ambitio generat hæresim.*

Niceph. li. 6. c. 8.

ROmæ presbyter erat Nouatus nomine, qui fastu & iactantia inani sublatus omnem (vt in prouerbio est) mouerat lapidem, vt Romanæ Ecclesiæ gubernationē consequeretur. Vbi autem omnia expertus nihil egit (erat

enim

enim tumore, ambitione & gloriæ cupiditate immensa correptus) indesperationem incidit, & tandē aliud quod faceret non habens, ab Ecclesia seipsum segregans, proprios cœtus cogere, & nouam quandā hæresim per defectionem instituere cœpit, secessionis suæ obtentum illum prætexens, quod Episcopi eos, qui Deciana persecutione Dijs sacrificassent, per condignam pœnitentiam in gratiam recepissent.

II. *Ambitio seu amor non solum maioris, sed etiam minoris dignitatis, diligenter cauendus.*

Chroni. con sige. berti ad an. Do. 537.

ANno Domini 537. in vna vrbium Ciliciæ quidam Theophilus vicedominus tam prudenter, & vtiliter secundas partes Ecclesiasticæ dispensationis sub Episcopo agebat, vt mortuo Episcopo omnium ore dignus Episcopatu esse acclamaretur. Qui contentus vicedominatu alium ordinare: voluit Episcopum, a quo à vicedominatu iniustè amotus ad tantam impatientiam est delapsus, vt conducto sibi Hebræo quodā Mago, per eius opem ad dignitatem suam recuperandā expeteret à Principe dæmoniorum, & ab eo iussus abnegare Christum filium Dei viui, eiusq; matrem Mariam, cum omni Christianismi proposito, & ipsam abnegationem scripto affirmare, & scriptam signare, & signatam sibi tradere, eius se seruitio addidit. Qui in crastinum recuperato vicedominatus honore, nō multo post ad se reuersus, per dies quadraginta, omni pœnitendi modo se affligens, primo piā Dei Matrem Mariam sibi reconciliauit, eaq; sibi apparente abrenuncians diabolo, Christumq; verum Dei filium, verūque Deum & hominem, ex Maria virgine natū, & omne Christianismi propositum confitens, per eum etiā Christi filij eius gratiam recepit, & ad iudicium indultæ sibi veniæ rursum ei dormienti apparens Christi mater, etiam scriptum abrenunciationis, quod signatum diabolo dederat, reposuit super eū. Quo Theophilus recepto, in crastinū, Dominica scilicet, die, coram Episcopo & omni ecclesia pandens ordinem, rei, omnes ad stuporem & laudem Dei, & genitricis suę Marię commouit, & in eodem loco, quo sibi pia Christi mater apparuit, perstans, ibidē post triduū mortuus & sepultus est.

B. Virginis peccatores etiā magnos benignitas.

III. *Stupendum exemplum ambitionis & superbiæ, & aliorum vitiorum.*

Antoni. Senensis i Chron. Ordinis Fr. Prædicat. Martin. Delrio to. 3. Disquis. Magic. l. 6. cap. 2. sect. 3. q. 3. ann. 1570.

CIrca annum Domini 1570. in conuentu quodam S. Dominici accidit, vt post cōpletorium (inquit frater Antonius Senensis) refectionis locum Frater ingrederetur, cui erat illius cura cōmissa; qui mox in ingressu videt illū fratribus circumquaq; refertum, & illi cappas habebāt indutas, &, tanquam hora foret collationis faciende, & illam exspectarent, sedebant. Accurrit ille sine mora ad Priorem, & illud ei aperit. Prior Fratrē delirum putat, vel somnia narrantem: attamen dum vrgetur, vadit videt & credit; & ille quoq; turbatur, & rem mox confert cum monasterij grauioribus Patribus & prudentioribus: de quorum cōsilio sacras vestes assumit, & sacrum Christi corpus deferendo, toto conuentu comitante se illuc confert, & ad illum sermone directo, qui honoratiore loco sedebat; eos adiurat, vt aperiant quinam sint, & ad quid venerint; & quid velint: & vt ad hæc respondeant, illis præcipit in nomine illius Domini, quē gestabat in manibus. Vt autem quando Prior coram illis comparuit cum venerabili sacramento, illi omnes assurrexerunt quidem & capita inclinarunt, caputia tamen taliter demittentes, vt eum minimè viderent, & hoc facto iterum sederunt: ita iussi à Priore, vt responderent ad proposita, inclinarunt. Tandem qui inter eos videbatur præcipuus, respondens dixit: Quod ipsi omnes fuerant eiusdem ordinis

dinis

dinis religiosi, & pro maiori parte Magistri, Priores, Superiores, Baccalaurei, Lectores, & alijs officijs donati, & quod omnes damnationis sententiam acceperant: quoniam ambitio multa, superbia, inuidia, & alia huius generis vitia eos fecerant damnatione dignos: sed quod diuina permittēte clementia iussi fuerant illuc venire, vt eos, & vniuersos ordinis cultores commonefacerent, vt suæ vocationi facerent satis. Nam illi qui minimè id præstiterant, omnes damnati erant, & flammis cremabantur æternis: & in signum huius cuncti in eos aspicerent. Et hoc dicto omnes illi cappas aperuerunt, & singuli eorū flammis circumcincti & incensi visi fuere, & tūc idem præcipuus manu in mensa signum dedit, & sic illa visio euanuit, & totus conuentus mansit timore cōsternatus.

IV. *Ambitio etiam bonos in damnationis baratrum abducit.*

Martin. Delrio vbi sup. an.1599. IBidē anno Domini 1599. cum quadam die Fr. Tiberius vir sanctimoniæ laude præstantissimus sub noctem fratris inuiseret, an in lecto de more accubuerint, transiuit pertriclinium: vbi vidit pleraq; lumina, & vocem audiuit hominis de superiore loco legētis, vidit plerosq; ministrantes. Tandē qui Superioris locū tenebat, facto super mensam signo, sic locutus est: Ambitio & crapula duxerūt nos ad tartara. Et nunc etiā super est velut cicatrix in mēsa, perinde ac si igne tacta esset. *Ambitio, & crapula effectus.*

V. *Ambitio Rufini & Stiliconis eos perdidit.*

Nice. Callist. Eccl.hist. l.13 c.1. CVm Arcadio in Oriente Rufinus imperium administrauit, vir strenuus & procerus, singulariq; prudentia præditus, quam & oculorum motus, & orationis extemporanea promptitudo indicabant: in occidēte apud Honorium eundem locum Stilico quidam obtinuit. Et vterq; apud vtrumque Theodosij filium imperij nomen, & habitum esse permittens, summam ipse rerum manu & lingua vsurpauit, sub Præfecti appellatione Imperatori ipsi imperans. Verum neuter istorum, qui ei obuenerat, contentus fuit loco. Si quidem Rufinus sibi ipsi Imperialem in Oriente dignitatem arrogare conatus est: alter autem in filium Eucherium Occidentale Imperium arte quadam transferre studuit. Sed vtrumque ambitio & conatus fefellit. *Rufinus, & Stilico imperium affectant.* Rufinum enim exercitus Romanus, qui cum Theodosio aduersus tyrannum Eugenium pugnauerat, ad Arcadij, qui more recepto obuiam progressus ei extra portas fuerat, pedes, in loco qui Tribunal dicitur, ferro necauit; propterea quod id vt facerent. Stilico militibus suaserat: & quod se illi suspenso naso ab eo derisos compererant, tum autem quod affectatæ tyrannidis suspectus erat. Ferebatur quoq; fama, Hunnos eum gentē barbaram & feram, in Romanorum ditione in immisisse. Tum enim illi Armeniam & quasdam Orientis partes, metu nullo plurimam prædam agentes, percurrebant. Forte autem fortuna peropportunè cædes eius eā diem incidit, quæ ei, qui delectus habendi viram gerebant, tantum non purpura circumdati fuerant. Eam enim ille cōceperat spem, exercitū solo ipso aspectu statim Arcadium, quod nec forma, nec reliqua corporis constitutione admodum Imperio aptus esse videretur, reiecturum, ipsum autem ad imperium euecturum esse. Capite vero Rufini refecto, & lapide in os eius immisso, hastæ id infixerunt & insublime sustulerunt. Dextram quoque eius abscissam per vrbem circa opificū officinas circumtulerunt, verbis his vtentes: Date stipem inexplebilis auaritiæ viro. Et ridicula ea mendicitas; multum satis auri collegit. Perlibenter enim in iucundo & grato spectaculo homines aurum contulerunt. Ac Rufinum quidem Imperij affectatio ad eiusmodi vitæ finem produxit. Ad eūdem vero modum, & Stilico, qui, si *Rufini caput hastæ infixum.*

quis

quis alius, & ipse apud Romanos simul & barbaros potentia multùm valuit, rerum summam ad se pertrahere volens in Italia occisus est.

V I. *Ambitio quam crudelis.*

Io. Nauclet.vol. 2 Chronograph. gene 18 an.512. Clodoueo Gallorum Regi mortuo ann.Dñi 512. successerunt filij regnum patris quadrifariam concordibus animis partientes. Theodoricus Metensibus, Clodomirus Aurelianis, Clotarius Suessionibus, & Childebertus Parisijs præfuit. Fuerunt è Clodomiro liberi, fratres tres, quos educandos Gothildis Clodouei vxor suscepit, Theobaldum, Guntherum & Clodoaldum. Cum vero Childebertus Parisios aliqñ veniret, videns quod Gothildis filios fratris defuncti nimis diligeret, dixit Clothario: Mater nostra vult filios fratris nostri eleuare, sed ne regnem præoccupent, tondeamus eos, aut interficiamus. Miseruntigitur Parisios ad Reginam Archadium quendam petentes mitti filios. Læta nuntio Gothildis, missos nepotes patrueles valde cõmendat, quibus in conspectũ adductis, maiorem natu Clotharius mox terrę allidit, ense perimit. Perterritus alter ad Childebertum se proripuit, orans vt se protegeret, qui misericordia motus Clotharium placare pergit, in quem indignabundus Rex: Tu, inquit, huius auctor facinoris es, & nunc pœnitet te consilij? Eijce eum à te, aut certe pro eo morieris. Ad hæc à Childeberto dimissum puerum Clotharius interfecit. Interea dum fratricidio reges intẽtos videt Clodoaldus, auxilio procerum elapsus, clericatum assumens vitam religiosissimam vixit.

Ambitio regni, odiosa miseratio. Ecce regnum ambientibus quam odio sa miseratio est. Tam crudelem nepotũ necem etsi modestissimè ferret Regina Gothildis attrita tamen vehementer, corpuscula eorum Parisijs sepeliri iussit. Horum vnus erat decem annor. alter septemdecim, tertius vix euasit.

T I T. V I I. De instabilitate vitæ humanæ.

E X E M P. I. *Quomodo Michael Balbus eo die quo erat interficiendus, acclamatur Imperator.*

Leo Armenius Imperator Michaelem Balbum de affectato imperio cõuictum igne comburendum decreuerat. Itum est ad supplicij locum, Imperatore ipso comitante. Sed quia vigilia Natalis Domini erat, vxore intercedente Imperatoris, dilatum est supplicium. Sed Leo Michaelem ita compedibus vinctum carceri mancipauit, vt ipse clauẽ seræ ferreæ seruaret: ipsaq; nocte insequenti, carcerem ingressus, & Michaelem altè dormientem videns, recessit iratus, iramq; agitatione manus declarauit? quod totũ vnus ex vigilibus somnum simulans conspicatus, Michaeli abeunte Imperatore nuntiauit. Ille litteras statim ad conscios socios scribit, minitans se eos omnes delaturum, nisi quod suggerebat, exequerentur. Socij igitur consilium eius sequuti, in matutinis horis Natalis Domini cunctantẽ Leonem interficiunt, & eodem die in ipso diluculo, Michael heri comburendus Imperator acclamatur, & in ecclesia diademate coronatur.

I I. *De Romano Diogene ad imperium euecto, postmodum per Asam Sultanum Turcarum principem ob elationem depresso.*

Anno Domini 1071. Romanus Diogenes Imperator, cum imperasset annos tres & menses octo (vt testatur Io. Curopalata) miserando exitu ex hac vita decedit. Habit⁹ planè (si Christiano dicere licet) fortunæ ludus; vtpote qui statim ex imò ad summum, rursumque ex summo ad imum maiori impetu ruit. Planè secundum illud Prouerb. [Ante contritionem præcedit superbia, & ante ruinam exaltatur spiritus;] homini contigit. Cum enim *Io. Bar. Annal. Eccl. to. 11. ann. 1071. ex Ioan. Curopalata & Zonara to. 3. Prou 16.*

pu-

pugnans aduersus Turcas oblatam pacem ab Asam Sultano per legatos magno arrogantiæ supercilio reiecisset, ipsumque cum suis proficiscentem esset aggressus, diremptus noctis crepusculo cum rediret ad suos, postremæ acies existimantes illum fugere, in fugam se ipsos irreuocabilem dederunt, adeo vt fuga milites sparsos adoriendis hostibus occasio fuerit patefacta, qua bene vsi victoriam insperatam adepti, captiuum duxerunt etiam Imperatorē, quem ille benignè habuit, sua quoque mensa dignatum. Sed cum aliquando (inquit Curopalates) Sultanus eū interrogasset: Quid mihi fecisses, si me in tua potestate habuisses? simpliciter & sine adulatione respondit Imperator: Multis plagis bene notis tuum corpus confecissem. At ego, inquit Sultanus, tuam seueritatem, aut crudelitatem non imitabor. Verumtamen audio, vestrum vobis præcipere Christū pacē & obliuionem malorum, superbisq; resistentem, humilibus gratiam dare. Præstititq; ex aio dux barbarus, quod promisit: nam inito cum ipso fœdere, facta pace perpetua, habita filiorum ratione, & successorum omnium, nunquam amplius Romanum Imperium à Turcis inuadendum, labefactandumque fore pollicitus, captiuos etiam relaxari præcepit, ipsumque per suos legatos deduci iussum amplexatum dimisit.

Roman. Diogen. cur hu miliatus

Asa Sultani in Diogenē Imp. benignitas

III. *Sultanus Agarenorum Rex à Romanis victus, & captiuus apta similitudine vitæ suæ instabilitatē refert.*

NEc à proposito dissentaneum est, quod scribunt Zonaras et Cedrenus: Cum Sultanus Agarenus à Ludouico quodam Rege Franciæ captus esset circa Italiā, Capuam captiuus abductus, toto biennio nunquam à quoquam ridere visus est, vt Rex miratus diceret, se ei, qui barbarum risisse nuntiaret, præmium daturum. Quem quū quidam semel risisse nuntiasset, accersito Sultano, risus causam quæsiuit?

Io. Zon. to. 3. Annalium. Cedren. & Glicas & P. Annalium.

At ille, Rotas currus, īquit, vidi, quarum cum altera terræ incumberet, altera sursum tolleretur: mox ea, quæ sublimis fuerat, depressa: quæ humilis in altum elata est. Vnde coniectura capta res humanas etiam eodem modo moueri & transferri, in risum erupi: posse fieri cogitans, vt & mearum rerum idem status esset: ac me quemadmodum è sublimi sum humi depressus, sic ex humili loco in altum elatum sublimem fore. Rex & veritate orationis considerata, & Sultani ob fortunæ commutationem misertus: eum liberius habitum in familiaritatem suā asciuit, & eius vt viri prudentis consilijs vsus est.

Simile.

IV. *Exemplo de fortunæ volubilis instabilitate adducto suadet legatus Prisci Chagano, vt pacem amplectatur.*

HVic proximum est exemplū, quod describit Nicephorus: Theodorus medicus vir prudens ad Chaganum missus est per Priscum Romanorum in Europa Ducem, qui cum barbarum frementem maximè & superbientem, & verborum fastu exultantem (nationum enim omnium dnm esse, minabundus iactabat) vidit, veteri quadam narratione barbaricum legatus leniit tumorem. Inquit enim: Audi Chagane veterem & vtilem orationem. Sesostris Ægyptiorum Rex illustris admodum & felix, plurimas & maximas sibi subiecit nationes. Atque ex eo successu in proteruam arrogantiam sublatus currū sibi aureum pellucidis: preciosisq; lapillis exornatum fieri fecit. In quo confidens quatuor ex deuictis regibus currui, qui eum traherent, iugo illis imposito, iunxit. Hoc vero cū sæpius fieret, & celebri quodam festoque die, ex quatuor istis regibus vnus oculis conuersis continuè retrospiceret, & rotæ volubilitatem intueretur; Sesostrisque eum, cuius rei gratia tam frequenter oculos in rotam cōijceret, percontaretur, respondisse is fertur.

Niceph. Call. lib. 18. hist. Eccle. c. 29.

Sesostris Ægyptiorum ex quam arrogans.

Cum

Cum stupore admiror rotam, quum eã instabili modo ferri, atque alias aliter volui, & nũc quidem sublimia demittentem, rursus autẽ demissa sublimantem conspicio. Sesostris porro vbi dictum id intellexit, statuit, ne illi post hac currum traherent. Barbarus vero subridens, satis se pacem complecti indicauit: & Priscus ei pro transitu bonã spoliorum partem, maxima quæq; cõcedendo dedit: & se Romanorum ditione cedere (Romanum namq; id solum esse) significauit. At Barbarus Romanos armis & iure belli id amisisse respondit. Et cum Chaganus ad hũc modum familiarius cum Prisco rixaretur, Priscus ei quod ex oriente profugisset, conuitij loco obiecit.

V. *Valerianus Imp. à Sapore Rege captus ei scabelli vice seruit equum conscendenti.*

Agathias l. 4 & Bar. t. 11 Ann. an. 1206. 99. 100.

Valerianus Roman. Imperator cũ Persis bellum gerens à Sapore Persarum rege victus superatusq; est: quem ille protinus captum irreuocabilis custodiæ vinculis mancipauit, qui nimirum ignobili apud Parthos seruitute consenuit, & quoad vixit, huic probrosæ addictus est pœnæ, vt eiusdẽ Prouinciæ Rex, incuruato eo, pedem ceruicibus eius imprimeret, & sic in equum arrogantia tumidus assiliret. Quis est enim cui se fortuna non transferat, & modo de aduersis ad prospera, modo de prosperis in aduersa scenica se varietate conuertat.

Fortuna instabilitas.

VI. *Aluarus de Luna infausto fine instabilem hominum & huius vitæ conditionem experitur.*

Alphõ. à Carthagena Regin. Hispa. Anacephal. c. 92. An. D. 1507. Rod. San-tius 4. p. ui. Hisp. c. 28 32. & 33.

Ioannes II. Legionis & Castellæ Rex à pueritia sua nobilem virum Aluarum de Luna acceptissimum habuit, cuius consilio præ omnibus adhærebat, illumque nimium exaltauit, primò Comitem, deinde Conestabilẽ, demum Magistrum S. Iacobi faciẽdo; Quas dignitates in vnius personã concurrisse, nunquam auditum est, tãtaq; affectione ad eum inclinabatur, vt oĩa ad voluntatem eius facere crederetur. Et cum huius amoris exuberantia triginta quinq; fere annos durasset, prope finem tñ, iuxta fortunæ morem, res aliter successerunt. Nam voluntate ex incredibili amore ad incredibile odiũ mutata apud Burgos capi illum fecit, & ad castrum de Portillo dictum, in arcta custodia detineri, & paulo post super criminibus contra eum per procuratorem fiscalem propositis, inquisitione facta decollari mandauit. Decollatus autem est apud Vallem oleti in forma iustitiæ clamore præconis præcedente, in medio plateæ super altum & magnum ambonem, ex ligno ad hoc aptum ædificarunt, tapetibus ornatum, & caput eius à corpore abscissum fixum est clauo in vno lignorum. Fuit autem sepultus in quadam ecclesia extra muros, & post ex illa ad Ecclesiam Minimorum translatus. In quo singularissimo spectaculo satis cognoscere potuerunt, qui viderunt, & etiam non videntes, qui audierunt, quanti valoris sit mundana prosperitas, cũ ex summa prosperitate ad summam aduersitatem, fortunæ rota frequenter ac velociter humanos successus reuoluat. Et vt cognoscamus, quã periculosa sit nimia familiaritas Regum, quam nonnulli, vt summum bonum, desiderant, nullo alio exemplo opus est.

Casus eius.

Nimia Regũ familiaritas periculosa.

TIT. VIII. De irrisione & contemptu aliorum.

Viri Socoth & Phanuel deriserunt Gedeonem, Zebee & Salmana persequentem. Sed inde male eis accidit, quia male eos postea tractauit. Iud. 8.

Michol videns Regem Dauid saltantem ante arcam Domini despexit eum, quia nudum eum vidit. Et postmodum insultando vel deridendo, dixit: Quam gloriosus fuit hodie Rex. 2. Reg. 6

Quia pueri illuserunt Elisæo, dicentes: 4. Reg. 2

inclinatus cogeretur assidue in terram adspicere. Has ipse de se exegit pęnas, quòd illos esset contemplatus agricolas, continuauitq; totos quadraginta annos, quibus postea vixit.

De septem peccatis capitalibus, superbia, auaritia, luxuria, inuidia, gula, ira acedia.

TIT. IV. De superbia.

Genes. 3. *Eua propter appetitum excellentiæ cum audisset à serpente: Eritis sicut dij, & de ligno vetito comedit.*

Gen. 11. *Superbia volentium ædificare turrim vsque ad cœlum, damnata fuit per confusionem linguarum.*

1. Reg. 24 *Graui pœna fuit mulctatum elationis peccatum, quando Dauid iussit numerari populum sibi subditum.*

4. Reg. 19 *Superbè nimis nuntiari iussit Ezechiæ Prophetæ Aßyriorum Rex, dicēs, quod neque Deus, neq; homo posset eum liberare de manu sua.*

Daniel. 5. *Balthasar filius Nabuchodonosor Rex Babylonis non humiliauit cor suum, sed aduersus dominatorem cœli & terræ eleuatus est, ideoque interfectus est, & Darius Medus ei succeßit in regno.*

2. Machab. 8. *Nicanor veniens ad pugnandū contra Iudam & socios eius; ita credebat se esse securum de victoria, vt venderet Iudæos, antequam in campo eos videret. Sed ei male cessit.*

Act. 12. *Statuto die Herodes Agrippa veste regia indutus sedit pro tribunali, et cōcionabatur ad populum. Populus autem acclamabat: Dei voces, & non hominis. Confestim autem percußit eum Angelus Domini, eo quod non dedisset gloriam & honorem Deo, & consumptus à vermibus expirauit.* De quo vid. Niceph. lib. 2. hist. Eccl. c. 13. & Ioseph. l. 19. Antiq. c. 9. & de bello Iud. lib. 2. cap. 4.

EXEMP. I. *Superbia intolerabilis & ad insaniam vsque Doctoris cuiusdam alioqui celeberrimi.*

NVlla re capitur humana mens neque facilius neque potentius, quàm superbia. Nulla vis est veneni, nulla meri copiosi, nulla febris phreneticæ, quæ sic statum mentis euertat, nulla medicatissima potio in furorem sic rapit, vt animo semel humano imbibita superbia. Et quæ per furorē superbiæ loquimur, cogitamus, agimus, ea sanè humilitate admiramur atque erubescimus. Vbi enim humilitas, ibi sapientia. Vbi superbia, ibi protinus contumelia. Quod vt manifestius fiat, referā cuiusdā elatę mentis fastu laborantis nō fictā fabulā: Fuit in Peruensi regno vir magni pro illo tempore ęstimatus doctus Theologus ac Theologiæ professor, idēq; catholicus & pius diu habitus, ac pene tunc huius vrbis oraculum. Is familiaritate mulierculæ cuiuspiam, quæ se edoceri ab angelo magna quædā mysteria iactabat, quæque extra se interdum rapiebatur, aut rapi simulabat, veluti altera olim Philumena, aut Maximilla Montani, ita deuinctus est, vt illā de summis Theologiæ quæstionibus sæpe consuleret. In omnibus pro oraculo haberet magnis reuelationibus plenam, & Deo valde charam prędicaret, satis alioqui sordidam, & perexiguo sensu pręditam nisi ad instruenda mendacia: igitur siue à diabolo corriperetur (quod facilius est credere) cū eiusmodi extasim pateretur, siue callide eam fabulā simularet, quod nōnulli viri prudentes existimarūt, ille Theologus, quod à muliercula magna & mira de se audiret, ac multò grādiora futura cōciperet, libēter ei se discipulū addixit, cuius patrē spiritualem agebat. Quid multa? eò abductus est homo, vt miracula facere tentaret, & fieri sibi persuaderet. Cum miraculi vestigium ne tenue quidā extaret. Ob hæc & quod propositiones aliquot ab illa Prophetissa accepisset à sensu Ca-

Ioseph. Acosta de tempo rib. nouis. li. 2. cap. 11.

Catholicæ Ecclesiæ alienas, à sanctissimæ Inquisitionis iudicibus toto hoc regno stupente comprehensus est: ibi per quinquennium fere auditus toleratus, examinatus, ac tandem patefactus est, homo omnium superbissimus & infantissimus. Cum enim Angelum sibi diuinitus datũ, à quo omnia quæ vellet disceret, ac deinde summa Dei ipsius familiaritate, & immediato colloquio se potitum pertinacissime assereret, in eas nugas delatus est, quas nisi ab homine prorsus mentis emotę, dici nullo modo quisquam sibi persuadeat. Erat vero ille tam integro sensu, quod ad cerebrum attinet; vt mihi integrior non sit. Itaq; & seriò affirmabat, se & Regem futurum, & Pontificem summum, Sede Apostolica ad hæc regna translata: concessum quoq; sibi sanctitatem super omnes Angelos & choros cœlestes, atq; Apostolos omnes, quinetiam oblatam ipsi à Deo vnionem hypostaticã, sed ab ipso non esse admissam. Datum quoq; se redemptorem orbis, quoad efficaciam, vt ille loquebatur, quod Christus solũ quoad sufficientiam fuisset. Omnẽ statum Ecclesiasticum abrogandum: Leges verò alias se editurum faciles & apertas, secundum quas cœlibatus clericorum tolleretur, multitudo vxorũ concederetur, confessionis necessitas excluderetur. Hæc atq; alia tanta contentione affirmabat, vt nos teneret attonitos, quod homo talia sentiens non insaniret. Deniq; diu euolutis gestis illius, & plusquam centum & decem propositionibus hæreticis, aut à sana Ecclesiæ doctrina alienis condemnatis, iussi sumus, vt habet de more sacrũ illud tribunal, cum homine disputare, si forte ad mentem & fidem reuocare possemus. Conuenimus autẽ cum ipsis iudicibus & Episcopo Quitensi tres alij. Eo introductus homo libertate & facundia perditissimam suam causam defendit, vt ego in hodiernum diem etiam stupeam, eò adigi posse mentis humanæ superbiam. Professus est doctrinam suam non posse monstrari, nisi diuina scriptura & miraculis, quod esset superior omni humana ratione. Scripturæ autem testimonijs longè se apertius atque efficacius probasse, quam probauerit Paulus Iesum Christum fuisse verum Messiam. Miracula autem se perpetrasse plurima, eaq; tanta, vt Christi resurrectio non fuerit maius. Nam & se verissimè esse mortuum, & resurrexisse, atq; id euidentissimè aiebat ille, esse ostensum. Scripturas vero proferebat memoriter (cum nullum librum haberet, atq; ipso etiam breuiario spoliatus esset) tot & tam longas ex Prophetis & Apocalypsi, ex psalmis & alijs locis, vt vel memoria esset admirationi. Eas verò, ita ad sua commẽnta adaptabat, ita allegorizabat, vt quiuis vel rideret vel fleret. Postremò si miraculis rem agere nobis placeret, se libenter ea statim exhibiturum. Hæc ita dicebat homo, vt vel nos insanos putare videretur, vel ipse insanire. Nam & per reuelationem sibi innotuisse iactabat Serenissimum Ioannem Austriæ bello nauali à Turca esse superatum, & regnum Hispaniæ à Philippo inuictissimo iam pene amissum, & Concilium Romæ habitũ, vt de deponendo Gregorio & alio subrogãdo ageretur. Quæ ideo nobis significaret, vt quoniam erant nobis certis nuncijs nota, sciremus ei non nisi diuinitus innotuisse. Et cum essent omnia vsq; adeo falsa, vt ampliùs esse non possent, ab illo tamen asserebantur, vt notissima nobis. Denique cum nihil profecissemus per duos dies disserendo, & ad publicum spectaculum esset cum cæteris, vt in Hispanijs fieri solet, delatus, intuebatur semper in cœlum, ignem in inquisitores & omnes grassaturum cælitus exspectans, vt illi erat pollicitus Diabolus: atq; ignis quidem nos nullus ex alto corripuit: illum vero & Regem & Pontificem, & redemptorem, & nouum legislatorem ex imò flamma rapuit, atque redegit in cineres.

II. *Antonini Commodi superbia.*

Vincent. li. 11. c. 119 apud Su. Aug. 25 in vita S. Eusebij.

ANtonini Commodi Imperatoris temporibus, sæuiente persecutione in Christianos, adueniẽte natali die ipsius, decretum ab eo exijt, vt omnis plebs Romanæ vrbis in vnum adueniret, & in laudẽ Herculis, ac Iouis pompatica voce acclamaret. Vẽtum est, & circumstat Regem pęne vniuersus orbis. Ipse autem deformiter indutus, regiam cum mitra ascendit sedem, ac prius thurificauit auream Iouis statuã: Tantæ.n.superbię erat, tantæq; iactantiæ, vt indueret se pelle leonis, designare in vestimẽto volens, quod sicut leo bestiarum, sic & ipse esset Rex & magister populorum. Cui omnis populus acclamauit, dicens: Protector est Hercules Reipublicæ, & defensor libertatis Romanæ audaciæ. Eodem tempore morabantur in vico, qui appellabatur Carnarius, Christiani nominis cultores, inter quos erant viri religiosi Eusebius, Vincentius, Peregrinus, atque Potentianus, serui Dei orationibus instantes, mori pro Christo desiderãtes. Hi ad imitationem Apostolorum sua omnia vendiderant, & pauperibus erogauerant, quatenus nudi ab hoc seculo liberius soli seruirent Deo. Qui cum audissent huiuscemodi rem à Cõmodo gestam, ridiculo ac superstitioni hoc deputantes, vicos & vrbes perlustrant; trinum & vnum Deum prædicant, dicentes: Recedite charissimi à cultura dæmoniorum. Date honorem Deo trino & vni Patri & Filio & Spiritui sancto omnipotenti, & agite pęnitentiam, & baptizemini, ne simul cum Commodo pereatis.

Antonini Commodi Imper. superbia quanta.

III. *Elatio Euphraxij.*

Baro. to. 10. Annal. sub an. 976 6. ex Feder. Mutio Episc. Thermularum.

AD beatum Nilum missus est Constantinopoli ab Imperatoribus Euphraxius præfectus, vt videm eius doctrinam & admonitiones audiret; quo cũ fuit beato Nilo haud leue certamen; sed gratia Dei summa gloria victor euasit. Cum itaq; reuersus esset Euphraxius cum multa elatione & fastu, & cũ ab Imperatoribus constitutus ipse esset iudex Italiæ & Calabrię, omnes quidem præpositi monasteriorum regionis illius accedebãt ad eum cum muneribus & adulationibus, orantes eũ singuli, vt ipsos protegeret, & sibi opẽ ferret, beatus pater Nilus, ne videretur vel comminationes hominum metuere, vel confidere Principibus, quos prę contumelia filios hominum Propheta vocauit, in quibus non est salus: neq; accessit adulaturus, neq; donis comminationes superbis illius, & audaciæ lenire quæsiuit; sed in suo monasterio, & quieti incumbens, Deũ rogabat pro totius mundi salute, & pro anima Euphraxij præfecti. Quod quidẽ ad maiorem furorem & insaniam accendit cor superbi illius: quia cum ab omnibus honoraretur & coleretur à B. Nilo apertè cõtemni videbatur. Quapropter non destitit quęrere iniquitatis occasionem aduersus iustum illum, cum non inueniret. Non enim cognosci potest vestigium colubri super petram, quemadmodum nec Principis iniquitatem in homine coronato est facilè reperire. Interea dum ille animo conflictaretur, multa mala aduersus Nilum meditatur. Repentina imminebat illi mors; sed beati Nili oratio illam præoccupauit.

Ps. 145.

B. Nilus noluit adulari Euphraxio fastu elato.

IV. *Exemplum paulatim inualescentis superbiæ.*

S. Dorotheus Abbas Doctr. in l. 2 quæ est de humilitate.

PRimum genus superbiæ est, cũ quis fratrem suum contemnit, nihilq; eum æstimat seipsum vero cæteris excellentiorem habet. Hic statim nisi se reuocet, & respiciat, sensim labetur in alteram superbiam, ita vt in Deum etiam incipiat insolescere, & bona opera sibi ipsi ascribere, non Deo. Memini, inquit Dorotheus Abbas fratribus loquens, vidisse me aliquando huiuscemodi hominem, qui in hanc miserrimam seditionem incidisset. Et initio quidem, si quis è fratribus loquutus quidpiam esset in alterius commẽdationem

Superbia duo genera.

tionem

tionem & laudem, statim illum spernebat, & quasi conspuebat, dicēs: Quis est ille; non est alius præter Zosimum & qui cum eo sunt. Post, cœpit & illos contemnere, ac dicere, neminem alicuius est pretij præter Macarium. Et paulo post, Quis, ait, Macarius? Nullus est præter Basilium & Gregorium? Atq; etiam non multo post, hos quoque cœpit pariter spernere, & nullum vllius pretij æstimare nisi Petrum & Paulum. Cui ego prædixi, quod euenit, fore vt hos quoque, suo tempore contemneret. Quod sanè factum est: Nam hos spreuit, & nihil esse habendum in pretio (præter Trinitatem) asserere cœpit: statimque in Deum quoque factus est insolentior, exarsit, intumuit. Nobis igitur luctandum est cum prima, ne paulatim in secundam labamur superbiam.

Contemptus alior. primus gradus superbiæ gradus.

Contemptus Dei secundus.

TIT. V. De inani gloria.

1. Machab. 5. Ioan. 17. *Ioseph & Azarias contendentes pugnando contra gentes nomen suum celebrare apud homines fuerunt confusi.*

D. Petrus valde arroganter dixit Domino: Etsi omnes scandalizati fuerint, & non ego: sed longè postea aliter euenit.

Arroganter nimium dixit Saluatori Pilatus: Nescis quia potestatem habeo crucifigere te, & potestatem dimittere te?

EXEMPL. I. *Non fert Constantinus Imper. se à quopiam immodicè prædicari.*

Euseb. 3 vita Constantini li. 4. c. 48 NIceno Concilio absoluto & confecto, cum per omnium ora de maximi Imperatoris virtute fama volitaret, ausus est è sacerdotibus aliquis illum in os beatum dicere: quippe qui tum in hac vita dignus esset; qui summam rerum omnium potestatem haberet; tū vero in futura cum Filio Dei vnà regnaret. Sed is cum se hæc moleste audire significasset, hortatus etiam est, ne auderet aliquādo eiusmodi vocē vsurpare, sed à Deo potiùs precibus contendere, vt & in hac vita, & in futura Dei famulatu dignus videretur.

II. *Quomodo Sancti edentes miracula vanam gloriam fugiebant.*

IN hoc genere excelluit sanctus Eligius Nouiomensis Episcopus, vir nobilitate, eruditione, pietate celeberrimus. Mendicus quidam cæcus ab eo adhuc laico nobili sed vulgi opinione viro sancto, eleemosynam accepturus, manum subtraxit, orans vt oculis potiùs eius crucis signum imprimeret, visumq; illi præberet. Cui ille dissimulans, ac subridens: Tu, inquit, amice necdum nosti te signare? Docebo te; moxque signum crucis imprimens, illius oculos aperuit, totumq; hominis fidei tribuendum asseruit.

Signo Crucis cæcus sanatur.

III. *Aliud exemplum simile.*

HVic & aliud simile subnectam 1 S. Anno Archiepiscopus Coloniensis, accedētem ad se cæcum quendam, qui in visione accepisse se dixerat, fore, vt visum reciperet, si aqua, qua manus suas ad altare lauisset, suos oculos ablueret, ideoq; ab eo iam ad sacrum faciendū se præparante hanc gratiam petijsset: Episcopus multum commotus, eum acribus verbis reiecit, fallacem & impostorem vocans. Cæcus nihilominus in fide persistens, obtinuit clanculum à clerico, qui celebranti Episcopo ministrauerat, aquam prædictam, moxq; oculos ea abluens visum recepit. Vtriq; autem sub graui anathemate iniunxit, vt se viuo nemini hoc propalaret; sed soli Deo acceptum referret, eique soli gratias ageret.

In vita eius apud Sur. to. 6. lib. 1. c. 3.

Aqua qua celebrās manus lauerat, cæco visus redditur.

IV. *Quomodo inanis gloria, & adulatio fugienda.*

S. Ioannes Canonicus regularis in Anglia ante ducentos annos inclusam quandam, vt spiritualibus eius col-

In vita eius l. 2. c. 3. apud Sur. 4 Decemb. to. 6.

colloquijs frueretur, visitauit. Illa post prima verba visionem se illa nocte vidisse affirmauit, de aquila circumuolante cum chartula in rostro, cui inscriptum esset, Iesus amor meus: Tu vero, Pater, inquit illa, hęc aquila es, pro excellētia tuorum meritorum. Quod ille audiens: Nos quidem, inquit, eo animo huc accessimus, vt mutuis colloquijs Dei gratiam nobis conciliemus; at nunc, vt video, malus dæmon, vitiorum nostrorum sagax explorator, per hos inanes sermones in animos nostros aditum sibi parat. Atque his dictis, statim abscessit. Verè enim, sicut tinea ex veste nascitur, & eandem corrumpit atque exedit; ita vana gloria ex virtutis materia generatur, virtutem corrumpit, & omni vera laude ac fructu priuat. *Simile.*

V. *In sanctis viris Deus non sinit inultam inanis gloriæ culpam.*

CVm aliquando Gregorius Episcopus Turonensis iter Burgundiam Aruerniam ageret magna contra se tempestas exoritur, densus aer in nubibus cogitur: crebris ignibus cęlum micare, validisq; tonitruorum cœpit fragoribus resonare. Omnes pallescere, imminensq; periculum pauidare. Sed Gregorius amicus Sāctorum, reliquias (has.n. indesinenter collo ferebat) de sinu protrahit, & minacibus constanter nubibus opponit. Quæ protinus diuisæ dextra, læuaq; prætereuntes, illæsum iter gradientibus præbuerunt. At superbia, quę plerumq; virtutibus nutritur, iuuenili aīo protinus irrepsit: priuatim gaudet, suisq; meritis pręstitum arrogat. Sed quid tam vicinum superbiæ, quam casus? Nam equus, cui insederat, illico lapsus hunc ad terram grauiter elisit, ita vt omni corpore contusus vix assurgere posset: causamq; intelligens satis deinceps cauit, ne se vanæ gloriæ stimulus qualibet sub occasione diceret: sed quoties per eum aliquid diuina virtus egisset, nō suis meritis ascriberet, sed virtuti reliquiarum, quas (vt diximus) perinde ferebat. Quod factum si discusseris: mirabilius est superbiam correxisse, quàm nubem diuisisse.

In vita eius c. 8. apud Suri. Nouemb. 7. tom. 6.

Sanctorū reliquijs tempestas sedatur.

VI. *Appetitus inanis gloriæ quantus.*

D. Hieronymus scribens aduersus Heluidium hæreticum, refert de quodam Erostrato, qui vulgo ignotus erat, & nihil boni facinoris excogitare poterat, quò nobilis fieret. Hic ergo vt famosus & notus fieret, Dianę templum incendisse fertur. Eiusq; nullo prodente sacrilegium, spōte in medium populi processit clamitans sese incendium subiecisse. Sciscitantibus Ephesi principibus, quā ob causā hoc facere voluisset, respondit, quia bene nō poterā, vt malè oībus innotescerē. *D. Hier. ad Heluid. to. 2.*

TIT. VI. De ambitione.

Absalon dum contendit pro primo loco, & in paterni regni solium eleuari vult, in quercu suspenditur, & iaculis confoditur. *2. Reg. 18*

Adonias dum eleuatur viuente adhuc, & inscio patre Rege, cita morte interimitur. *3 Reg. 2.*

Athalia, interfecto toto semine Regio, regni solium occupat: sed ipsa postea interempta documento fuit ambitiosorum casus non procul abesse. *4 Reg. 11.*

Abimelech filius Gedeonis, dum per septuaginta fratrum neces, ad primum locum conscendit, maximos in eo passus labores celeri & infelici morte interijt. *Iudic. c. 9.*

EXEMP. I. *Ambitio generat heresim.*

ROmæ presbyter erat Nouatus nomine, qui fastu & iactantia inani sublatus omnem (vt in prouerbio est) mouerat lapidem, vt Romanæ Ecclesiæ gubernationē consequeretur. Vbi autem omnia expertus nihil egit (erat enim *Niceph. l. 6. c. 8.*

enim tumore, ambitione & gloriæ cupiditate immensa correptus) indesperationem incidit, & tandé aliud quod faceret non habens, ab Ecclesia seipsum segregans, proprios cœtus cogere, & nouam quandã hæresim per defectionem instituere cœpit, secessionis suæ obtentum illum prætexens, quod Episcopi eos, qui Deciana persecutione Dijs sacrificassent, per condignam pœnitentiam in gratiam recepissent.

II. *Ambitio seu amor non solum maioris, sed etiam minoris dignitatis, diligenter cauendus.*

Chroni. con Sige. berti ad an. Do. 537.

ANno Domini 537. in vna vrbium Ciliciæ quidam Theophilus vicedominus tam prudenter, & vtiliter secundas partes Ecclesiasticæ dispensationis sub Episcopo agebat, vt mortuo Episcopo omnium ore dignus Episcopatu esse acclamaretur. Qui contentus vicedominatu alium ordinare: voluit Episcopum, a quo à vicedominatu iniustè amotus ad tantam impatientiam est delapsus, vt conducto sibi Hebræo quodã Mago, per eius opem ad dignitatem suam recuperandã expeteret à Principe dæmoniorum, & ab eo iussus abnegare Christum filium Dei viui, eiusq; matrem Mariam, cum omni Christianismi proposito, & ipsam abnegationem scripto affirmare, & scriptam signare, & signatam sibi tradere, eius se seruitio addidit. Qui in crastinum recuperato vicedominatus honore, nõ multo post ad se reuersus, per dies quadraginta, omni penitendi modo se affligens, primo piã Dei Matrem Mariam sibi reconciliauit, eaq; sibi apparente abrenuncians diabolo, Christumq; verum Dei filium, verũque Deum & hominem, ex Maria virgine natũ, & omne Christianismi propositum confitens, per eum etiã Christi filij eius gratiam recepit, & ad iudicium indultæ sibi veniæ rursum ei dormienti apparens Christi mater, etiam scriptum abrenunciationis, quod signatum diabolo dederat, reposuit super eũ. Quo Theophilus recepto, in crastinũ, Dominica scilicet, die, coram Episcopo & omni ecclesia pandens ordinem, rei, omnes ad stuporem & laudem Dei, & genitricis suę Marię commouit, & in eodem loco, quo sibi pia Christi mater apparũit, perstans, ibidé post triduũ mortuus & sepultus est.

B. Virginẽ peccatores etiã maximos beneficiis.

III. *Stupendum exemplum ambitionis & superbiæ, & aliorum vitiorum.*

Antoni Senensis i Chron. Ordinis Fr. Prædicat. Martin. Delrio to. 3. Disquis. Magic. l. 6. cap. 2. sect. 3. q. 3. ann. 1570.

CIrca annum Domini 1570. in conuentu quodam S. Dominici accidit, vt post cõpletorium (inquit frater Antonius Senensis) refectionis locum Frater ingrederetur, cui erat illius cura cõmissa; qui mox in ingressu videt illũ fratribus circumquaq; refertum, & illi cappas habebãt indutas, &, tanquam hora foret collationis faciende, & illam exspectarent, sedebant. Accurrit ille sine mora ad Priorem, & illud ei aperit. Prior Fratré delirum putat, vel somnia narrantem: attamen dum vrgetur, vadit videt & credit; & ille quoq; turbatur, & rem mox confert cum monasterij grauioribus Patribus & prudentioribus: de quorum cõsilio sacras vestes assumit, & sacrum Christi corpus deferendo, toto conuentu comitante se illuc confert, & ad illum sermone directo, qui honoratiore loco sedebat; eos adiurat, vt aperiant quinam sint, & ad quid venerint; & quid velint: & vt ad hæc respondeant, illis præcipit in nomine illius Domini, quẽ gestabat in manibus. Vt autem quando Prior coram illis comparuit cum venerabili sacramento, illi omnes assurrexerunt quidem & capita inclinarunt, caputia tamen taliter demittentes, vt eum minimè viderent, & hoc facto iterum sederunt: ita iussi à Priore, vt responderent ad proposita, inclinarunt. Tandem qui inter eos videbatur præcipuus, respondens dixit: Quod ipsi omnes fuerant eiusdem ordinis

dinis religiosi, & pro maiori parte Magistri, Priores, Superiores, Baccalaurei, Lectores, & alijs officijs donati, & quod omnes damnationis sententiam acceperant: quoniam ambitio multa, superbia, inuidia, & alia huius generis vitia eos fecerant damnatione dignos: sed quod diuina permittẽte clementia iussi fuerant illuc venire, vt eos, & vniuersos ordinis cultores commonefacerent, vt suæ vocationi facerent satis. Nam illi qui minimè id præstiterant, omnes damnati erant, & flammis cremabantur æternis: & in signum huius cuncti in eos aspicerent. Et hoc dicto omnes illi cappas aperuerunt, & singuli eorũ flammis circumcincti & incensi visi fuere, & tũc idem præcipuus manu in mensa signum dedit, & sic illa visio euanuit, & totus conuentus mansit timore cõsternatus.

IV. *Ambitio etiam bonos in damnationis baratrum abducit.*

Martin. Delrio ubi sup. an.1599.

IBidẽ anno Domini 1599. cum quadam die Fr. Tiberius vir sanctimoniæ laude præstantissimus sub noctem fratris inuiseret, an in lecto de more accubuerint, transiuit per triclinium: vbi vidit pleraq; lumina, & vocem audiuit hominis de superiore loco legẽtis, vidit plerosq; ministrantes. Tandẽ qui Superioris locũ tenebat, facto super mensam signo, sic locutus est: Ambitio & crapula duxerũt nos ad tartara. Et nunc etiã super est velut cicatrix in mẽsa, perinde ac si igne tacta esset.

Ambitionis, & crapulæ effectus.

V. *Ambitio Rufini & Stiliconis eos perdidit.*

Nice. Callist. eccl.hist. l.13. c.1.

CVm Arcadio in Oriente Rufinus imperium administrauit, vir strenuus & procerus, singulariq; prudentia præditus, quam & oculorum motus, & orationis extemporanea promptitudo indicabant: in occidẽte apud Honorium eundem locum Stilico quidam obtinuit. Et vterq; apud vtrumque Theodosij filium imperij nomen, & habitum esse permittens, summam ipse rerum manu & lingua vsurpauit, sub Præfecti appellatione Imperatori ipsi imperans. Verum neuter istorum, qui ei obuenerat, contentus fuit loco. Si quidem Rufinus sibi ipsi Imperialem in Oriente dignitatem arrogare conatus est: alter autem in filium Eucherium Occidentale Imperium arte quadam transferre studuit. Sed vtrumque ambitio & conatus fefellit. Rufinum enim exercitus Romanus, qui cum Theodosio aduersus tyrannum Eugenium pugnauerat, ad Arcadij, qui more recepto obuiam progressus ei extra portas fuerat, pedes, in loco qui Tribunal dicitur, ferro necauit; propterea quod id vt facerent Stilico militibus suaserat: & quod se illi suspenso naso ab eo derisos compererant, tum autem quod affectatæ tyrannidis suspectus erat. Ferebatur quoq; fama, Hunnos eum gentẽ barbaram & feram, in Romanorum ditione in immisisse. Tum enim illi Armeniam & quasdam Orientis partes, metu nullo plurimam prædam agentes, percurrebant. Forte autem fortuna peropportunè cædes eius eã diem incidit, quæ ei, qui delectus habendi viram gerebant, tantum non purpura circumdati fuerant. Eam enim ille cõceperat spem, exercitũ solo ipso aspectu statim Arcadium, quod nec forma, nec reliqua corporis constitutione admodum Imperio aptus esse videretur, reiecturum, ipsum autem ad imperium euecturum esse. Capite vero Rufini refecto, & lapide in os eius immisso, hastæ id infixerunt & in sublime sustulerunt. Dextram quoque eius abscissam per vrbem circa opificũ officinas circumtulerunt, verbis his vtentes: Date stipem inexplebilis auaritiæ viro. Et ridicula ea mendicitas; multum satis auri collegit. Perlibenter enim in iucundo & grato spectaculo homines aurum contulerunt. Ac Rufinum quidem Imperij affectatio ad eiusmodi vitæ finem produxit. Ad eũdem vero modum, & Stilico, qui, si quis

Rufinus, & Stilico imperium affectant.

Rufini caput hasta infixum.

quis alius, & ipse apud Romanos simul & barbaros potentia multùm valuit, rerum summam ad se pertrahere volens in Italia occisus est.

VI. *Ambitio quam crudelis.*

Io. Naucler. vol. 2 Chronograph. gene 18 an. 512.

CLodoueo Gallorum Regi mortuo ann. Dñi 512. successerunt filij regnum patris quadrifariam concordibus animis partientes. Theodoricus Metensibus, Clodomirus Aurelianis, Clotarius Suessionibus, & Childebertus Parisijs præfuit. Fuerunt è Clodomiro liberi, fratres tres, quos educandos Gothildis Clodouei vxor suscepit, Theobaldum; Guntherum & Clodoaldum. Cum vero Childebertus Parisios aliqñ veniret, videns quod Gothildis filios fratris defuncti nimis diligeret, dixit Clothario: Mater nostra vult filios fratris nostri eleuare, sed ne regnem præoccupent, tondeamus eos, aut interficiamus. Miserunt igitur Parisios ad Reginam Archadium quendam petentes mitti filios. Læta nuntio Gothildis, missos nepotes patrueles valde cōmendat, quibus in conspectū adductis, maiorem natu Clotharius mox terrę allidit, ense perimit. Perterritus alter ad Childebertum se proripuit, orans vt se protegeret, qui misericordia motus Clotharium placare pergit, in quem indignabundus Rex: Tu, inquit, huius auctor facinoris es, & nunc pœnitet te consilij? Eijce eum à te, aut certe pro eo morieris. Ad hæc à Childeberto dimissum puerum Clotharius interfecit. Interea dum fratricidio reges intentos videt Clodoaldus, auxilio procerum elapsus, clericatum assumens vitam religiosissimam vixit.

Ambitio regni, odiosa miseratio.

Ecce regnum ambientibus quam odiosa miseratio est. Tam crudelem nepotū necem etsi modestissimè ferret Regina Gothildis attrita tamen vehementer, corpuscula eorum Parisijs sepeliri iussit. Horum vnus erat decem annor. alter septem decim, tertius vix euasit.

TIT. VII. De instabilitate vitæ humanæ.

EXEMP. I. *Quomodo Michael Balbus eo die quo erat interficiendus, acclamatur Imperator.*

LEo Armenius Imperator Michaelem Balbum de affectato imperio cōuictum igne comburendum decreuerat. Itum est ad supplicij locum, Imperatore ipso comitante. Sed quia vigilia Natalis Domini erat, vxore intercedente Imperatoris, dilatum est supplicium. Sed Leo Michaelem ita compedibus vinctum carceri mancipauit, vt ipse clauē seræ ferreæ seruaret: ipsaq; nocte insequenti, carcerem ingressus, & Michaelem altè dormientem videns, recessit iratus, iramq; agitatione manus declarauit? quod totū vnus ex vigilibus somnum simulans conspicatus, Michaeli abeunte Imperatore nuntiauit. Ille litteras statim ad conscios socios scribit, minitans se eos omnes delaturum, nisi quod suggerebat, exequerentur. Socij igitur consilium eius sequuti, in matutinis horis Natalis Domini cunctantē Leonem interficiunt, & eodem die in ipso diluculo, Michael heri comburendus Imperator acclamatur, & in ecclesia diademate coronatur.

II. *De Romano Diogene ad imperium euecto, postmodum per Asam Sultanum Turcarum principem ob elationem depresso.*

Io. Bar. Annal. Eccl. to. 11. ann. 1071. 12 ex Ioan. Curopalata & Zonara to. 3.

ANno Domini 1071. Romanus Diogenes Imperator, cum imperasset annos tres & menses octo (vt testatur Io. Curopalata) miserando exitu ex hac vita decedit. Habit⁹ planè (si Christiano dicere licet) fortunæ ludus; vtpote qui statim ex imò ad summum, rursumque ex summo ad imum maiori impetu ruit. Planè secundum illud Prouerb. [Ante contritionem præcedit superbia, & ante ruinam exaltatur spiritus;] homini contigit. Cum enim *Prou 16.*

pu-

Cum stupore admiror rotam, quum eā instabili modo ferri, atque alias aliter volui, & nūc quidem sublimia demittentem, rursus autē demissa sublimantem conspicio. Sesostris porro vbi dictum id intellexit, statuit, ne illi post hac currum traherent. Barbarus vero subridens, satis se pacem complecti indicauit: & Priscus ei pro transitu bonā spoliorum partem, maxima quæq; cōcedendo dedit: & se Romanorum ditione cedere (Romanum namq; id solum esse) significauit. At Barbarus Romanos armis & iure belli id amisisse respondit. Et cum Chaganus ad hūc modum familiarius cum Prisco rixaretur, Priscus ei quod ex oriente profugisset, conuitij loco obiecit.

V. *Valerianus Imp. à Sapore Rege captus ei scabelli vice seruit equum conscendenti.*

Agathias l. 4. & Bar. t. 11 Ann. an. 1206. 99. 100. VAlerianus Roman. Imperator cū Persis bellum gerens à Sapore Persarum rege victus superatusq; est: quem ille protinus captum irreuocabilis custodiæ vinculis mancipauit, qui nimirum ignobili apud Parthos seruitute consenuit, & quoad vixit, huic probrosæ addictus est pœnæ, vt eiusdē Prouinciæ Rex, incuruato eo, pedem ceruicibus eius imprimeret, & sic in equum arrogantia tumidus assiliret. *Fortuna instabilitas.* Quis est enim cui se fortuna non transferat, & modo de aduersis ad prospera, modo de prosperis in aduersa scenica se varietate conuertat.

VI. *Aluarus de Luna infausto fine instabilem hominum & huius vitæ conditionem experitur.*

Alphō. à Cartha-gena Re-gin. Hi-spa. Ana cephal. c. 92. an. D. 1507. Rod. San IOannes II. Legionis & Castellæ Rex à pueritia sua nobilem virum Aluarum de Luna acceptissimum habuit, cuius consilio præ omnibus adhærebat, illumque nimium exaltauit, primō Comitem, deinde Conestabilē, demum Magistrum S. Iacobi faciēdo; Quas dignitates in vnius personā concurrisse, nunquam auditum est, tātaq; affectione ad eum inclinabatur, vt oīa ad voluntatem eius facere crederetur. *tius 4. p. ns. Hisp. c. 28 32. & 33.* Et cum huius amoris exuberantia triginta quinq; fere annos durasset, prope finem tn̄, iuxta fortunæ morem, res aliter successerunt. *Casus an icns.* Nam voluntate ex incredibili amore ad incredibile odiū mutata apud Burgos capi illum fecit, & ad castrum de Portillo dictum, in arcta custodia detineri, & paulo post super criminibus contra eum per procuratorem fiscalem propositis, inquisitione facta decollari mandauit. Decollatus autem est apud Vallem oleti in forma iustitiæ clamore præconis præcedente, in medio plateæ super altum & magnum ambonem, ex ligno ad hoc aptum ædificarunt, tapetibus ornatum, & caput eius à corpore abscissum fixum est clauo in vno lignorum. Fuit autem sepultus in quadam ecclesia extra muros, & post ex illa ad Ecclesiam Minimorum translatus. In quo singularissimo spectaculo satis cognoscere potuerunt, qui viderunt, & etiam non videntes, qui audierunt, quanti valoris sit mundana prosperitas, cū ex summa prosperitate ad summam aduersitatem, fortunæ rota frequenter ac velociter humanos successus reuoluat. Et vt cognoscamus, quā periculosa sit nimia familiaritas Regum, quam nonnulli, vt summum bonum, desiderant, nullo alio exemplo opus est. *Nimia Regū familiaritas periculosa.*

TIT. VIII. De irrisione & contemptu aliorum.

Viri Socoth & Phanuel deriserunt Gedeonem, Zebee & Salmana persequentem. Sed inde male eis accidit, quia male eos postea tractauit. *Iud. 8.*

Michol videns Regem Dauid saltantem ante arcam Domini despexit eum, quia nudum eum vidit. Et postmodum insultando vel deridendo, dixit: Quam gloriosus fuit hodie Rex. *2. Reg. 6*

Quia pueri illuserunt Elisæo, dicentes: *4. Reg. 2*

tes: Ascende calue: duo vrsi ex silua prodeuntes lacerarunt quadraginta duos ex eis.

Tobia 2. *Excæcato Tobia, parentes & cognati eius irridebant vitam illius, dicentes: Vbi est spes tua, pro qua eleemosynas & sepulturas faciebas?*

Iob c. 2. *Vxor Iob maritum amissis omnibus, toto quoque corpore vlceroso in sterquilinio sedentem irrisit.*

Act. 17. *Cum audissent Athenienses resurrectionem mortuorum, quam annunciabat Paulus, quidam irridebant; quidam vero dixerunt: Audiemus te de hoc iterum.*

EXEMPL. I. *Gomacharius Comes irridens Leonem Episcopum febri corripitur.*

Gr. Tur. de gloria mart. libro 1. ca. 79. apud Bar. t. 7. an. 583.

Gomacharius Comes p̄uadit res ecclesiæ.

Cur Gomacharius in febrim lapsus.

GOmacharius Comes, qui administrabat Prouinciam à Leuuigildo Rege Ariano præfectus, agrum ecclesiæ vrbis Agathensis peruadit an. 583. Tunc Leo Episcopus huius ecclesiæ valde mœstus concurrit ad eum, dicens: Relinque fili res pauperum, quas ordinationi nostræ Dominus commendauit; ne sit tibi noxium, & à lachrymis egentium, qui de fructibus eius ali consueuerunt, eneceris. Ille vero quia hæreticus erat, paruipendens quę de his ab Episcopo dicebantur, rem in sua dominatione retinuit. Interim procedente die, arripitur a febre. Cumque non modo ardore corporeo, verum etiam animæ vexaretur incommodo, misit ad Episcopum nuntios, dicens: Dignetur pro me sacerdos orationem ad Dominum fundere, & ego dimittam agrum eius. Quo orante hic à valetudine, qua grauabatur, conualuit: factusque sanus ait suis: Quid putatis quod isti nunc Romani dicant? Aiunt enim me ob hoc febre fuisse grauatum, quod tulerim agrum eorum: quod mihi iuxta consuetudinem humani corporis accidit. Veruntamen non habebunt eum me viuente. Quod cum Episcopus comperisset, venit ad eum, dicens: Num pœnitet te fecisse bene, quod hoc iterum conaris euertere? Ne facias quæso, ne vltioni diuinæ subiaceas. Qui ait ad Episcopum; Sile, sile, decrepite: iam infrenatum te loris circuire vrbem super asinam faciam, vt sis in ridiculo omnibus, qui te aspexerint. At ille silens ad nota recurrit præsidia. Prosternitur in oratione, celebrat vigilias, & noctem totam in lacrymis & psallentio ducit. Mane autem facto accedit ad lychnos, qui de camera ecclesiæ dependebant, extendensque virgam, quam tenebat in manu, effregit cunctos, dicens: Non hic accendetur lumen, donec vlciscatur Deus de inimicis, & restituat res ecclesiæ suæ. Hæc eo dicente, protinus hæreticus ille in rediuiuam febrem corruit. Cumque in extremis ageret, misit ad Episcopum, dicens; Oret pro me sacerdos ad Dominum, vt viuam, & restituam agrum, ac similem eius conferam dominationi. Quibus Pontifex respondit: Iam oraui ad Dominum, & exaudiuit me. Misit & alios & tertios ad eum nuncios: sed sacerdos in vno responso persistens non mouebatur ad hæc, vt pro eo orationem daret ad Dominum. Hæc ille hæreticus cernens, iussit se in plaustro componi, atque ad eum euehi, ac per se deprecari Episcopum, dicens: Quia dupla satisfactione restituo agrum, quem iniquè peruasi, tantum vt oret pro me sanctitas tua. Illo quoque recusante, compulit eum vi, vt abiret ad ecclesiam. Quo discedente, vt ecclesiam est ingressus, & hic spiritum exhalauit: recepitque confestim ecclesia rem suam.

Oratione Epis. à febri conualescit.

Irridet Episcopū post receperatam valetudinem.

Iterum incidit ī febrim.

Gomacharius male moritur.

II. Egre-

II. *Egregium Diui Basilij responsum ad Iulianum Imperatorem libros Christianorum ridentem & damnantem.*

Nicephorus Call. hist. lib. 10. hist. Eccl. c. 25

Iuliani Apostatæ impietas, et eius paena dictum.

GRegorius Naziãzenus & Basilius fratres Cappadoces & duo Apollinares Syrij, viri in omni doctrinæ genere cum laude exercitati, egregiè res & sententias Christianorum tractantes,& confirmantes, Iuliani Imperatoris Apostatæ versutam calliditatem, strenuè refellerunt sacrarum litterarũ testimonijs, clarè ostendentes longè eúm à recta de Deo opinione abesse. Imperator eas ipsas literas irridens & religionem nostram ludibrio habens, ad Primarios eius temporis Antistites hæc verba de libris nostris scripserat: Legi,cognoui,damnaui.Ad quem nomine omnium quendam ita rescripsisse ferunt:Legisti,sed non cognouisti:si enim cognouisses non damnasses. Basilij vero responsum id esse dicunt,qui eo tempore Cappadociæ Episcopus Ecclesias regebat.

III. *De pœna diuinitus irrogata Comiti Gheldriæ ob derisum Ludouicum Francorum Regem.*

In vita Lud. Regis apud Sur. to. 4. S. Ludouici Regis humilitas quã fuerit Deo grata.

S. Ludouico Francorum Regi, qui magnæ fuit humilitatis ac simplicitatis in vestibus,hoc ei peculiare fuit à Deo munus, vt inter se discordia laborantes vt plurimum cõciliaret.Quã fuerit autẽ Deo grata tanti Regis humilitas, Rex Regum omniũ Christus Dominus euidenti miraculo declarauit:Comes Gheldriæ nuncium cum literis miserat Parisios, illico rediturũ. Ex eo reuerso sciscitatur Comes, num Regem Franciæ Ludouicum vidisset? Tum ille subsannans, collumque contorquens: Vidi (inquit) vidi illum miserum papilardum Regem, grisea veste indutum,ad scapulas caputium gestantem. Vix verba finierat, & ecce facies eius retrorsum acta, ita contorta permansit.

IV. *Saxones irridentes Britones aduersarios suos, ab ijs egregiè cæduntur.*

Chron. Sigeberti ad ann. Dom. 467.

VTherbendragon Rex Britonum diuturna infirmitate vexatur, & principes Saxonũ Octa & Cosa, quos tenebat in vinculis, cũ custodibus carceris fugerunt in Germaniam,commoueruntq; innumerabilem armatorum manum,& reuersi sunt Insulam vastaturi. Rex autem infirmitate decubans Ducem belli posuerat generum suũ; sed ignauia ciuium,atq; superbia plurimum quidem eis nocebat; hostibus autem maiorem audaciam atq; fortitudinem ministrabat. Cumque dubia inter eos alternaret victoria, vt Rex hostes sua pugna deterreret, se deferri ad prælium iussit, qui positus in vehiculo, & ad bellum delatus, suos quidem animauit, sed hostibus risum fecit, quod semimortuus homo ad pugnam venisset. Congressu inito Britones victoriam obtinuerunt,Saxonumque Duces Octam & Cosam interfecerunt.Tunc rex hilaris effectus tãquam sanitatem recepisset, erexit se, & ait: Vocabant me semimortuum Ambrones isti; sed malo eos semimortuus superasse,quam incolumis superari.Præstantiùs est enim mori cum honore, quam cum pudore viuere.

Rex Britonũ in festiuum castra deuectus hostes vincit.

V. *Flandrorum exercitus deridens Gallorum exercitum, post paucos dies ipse deridetur.*

Auctor Marchi Hortarii an. Dom. 1388 Gandensium risus in Regẽ Gall. quã grauiter punitus.

ANno Domini 1328.Philippus Valesius Gallorum Rex, in causam Comitis Flandriæ cum Flandris Rosbekæ prope Cassetum congreditur. Ante congressum cum Flandri Gandenses viderent tantas Regis copias, in procinctu cum auri flamma appropinquantes,arroganter depingũt Gallum ex tela cannabacea, quem hoc disticho circumscribũt. Cum Gallus hic cecinerit, Francorum Rex victor erit. Cæterum magno constitit derisio: ex Flandris enim ceciderunt vnde viginti millia hominum cum octingentis.

TIT.

TIT. IX. De curiositate.

Gen. 34. *Egressa est Dina filia Lyæ, vt videret mulieres regionis illius: sequitur, quod visa, rapta & oppressa fuit.*

Luc. 11. *Cum viderent Iudæi miracula à domino Iesu fieri, manifesta & vtilia videre nolebant sed de cælo quærebant. Ideo nouissima eorum facta sunt peiora prioribus.*

Act. 1. *Curiositatem discipulorum, scire volentium tempus secundi aduentus compescuit dominus, dicens: Non est vestrum nosse tempora vel momenta, quæ pater posuit in sua potestate.*

Act. 17. *Athenienses omnes & aduenæ & hospites ad nihil aliud vacabant, nisi aut dicere, aut videre, aut audire aliquid noui.*

Act 19. *Prædicante Paulo in Epheso ciuitate, multi qui fuerant curiosa sectati, contulerunt libros & combusserunt coram omnibus.*

2. Thes. 3. *Reprehendit Apostolus quosdam Thessalonicenses inquietè ambulantes, & nihil operantes sed curiosè agētes.*

1. Tim. 5 *Adolescentiores viduas monet Apostolus esse deuitandas. Frequenter verò vagas, otiosas et curiosas arguit, & vitare monet, quæ discunt domos circumire, & vagabundè discurrere, & se ostendere, ac vendere, & loquuntur quæ illicita sunt. Et cum luxuriatæ fuerint, nubere volunt.*

EXEMPL. I. *Ex nimia curiositate quidam incurrunt mortem.*

P. Martin Delrio to. Disquis. magic. 2. q. 16

IN Mendrisio oppido Comensi contigit, iam fere annis quinquaginta elapsis, vt cum ibi quidam inquisitor nomine Magister Bartholomæus de Homate, D. Laurentius de Concretio Potestas, & Ioannes de Fossato Notarius, contra has strigias procederent: vna die ipse Potestas, quadam curiositate ductus, volens experiri, an verè & corporaliter strigiæ irent ad ludum; facta conuentione accessit quodam die Iouis serò cum Notario suo, & quodā alio, extra oppidum ad quendam locū, sicut illi strigiæ prædixerat: & dum ibi prope essent illi tres, viderunt ibi plures personas congregatas corā quodā (qui erat Diabolus in forma hirci) ad modum cuiusdam magni Domini sedente: & ecce subito omnes illæ personæ ibidem congregatę, iussu diaboli, adeo illum Officialem, & omnes eius socios, Deo ob eorū curiositatem permittente, baculis percusserunt; quod ex talibus percussionibus, ille Officialis, & Notarius, & tertius ille alius infra quindecim dies mortui sunt.

Officialis quidam curiosè spectat strigiarū conuentum.

Pœna curiositatis eius.

II. *Adolescens nimis curiosus à Dæmone præfocatur.*

HVic affine est quod de quopiam adolescēte scribit Pater Martinus Delrio: Cornelius Agrippa commensalem habebat nimis curiosum: semel profectus aliquò Agrippa, vxori; quā postea repudiauit, claues musæi tradidit, addita prohibitione, ne quam ingredi sineret. Inconsultus iste adolescens, opportunè importune non destitit mulierculam deprecari, sibi copiam ingrediendi vt faceret, donec impetrauit. Musæum ingressus incidit in libellum coniurationum, legit: en illi pulsatio ad ianuam: turbatur: sed pergit legere. Pulsat iterum nescio quis; & nihil respōdente rudi harum iuuene, dæmon ingreditur: quærit, cur vocatus? quid fieri iubeat? isti metus vocem intercludit, fauces dæmon. Sic miser luit pœnam nefariæ curiositatis. Redit interrea domum archimagus, videt exultantes super eam dæmones, vtitur solitis artibus; adsunt vocati; narrant rem, vt gesta. Ille homicidæ iubet cadauer ingredi, & per forū (vbi cæteri solebant studiosi frequentiùs cōuenire) aliquoties ob ambulare, tandem corpus deserere. Ambulauit ille ter quaterve, tum corpus concidit, dif-fugien-

P. Martin. Delrio. disq. magic. to. 1. li. 2. q. 29.

Lectio librorū Magicorum execranda.

fugiente eo qui regebat. Creditũ diu, hunc subita correptum morte concidisse; sed indicia suffocationis initio rem suspectam fecere; postea tempus omnia diuulgauit, & Agrippa, quas pectore occuluerat hæreses, in Lotharingiam profugus, cœpit euomere. *Corn. Agrippa Magus in Lotharingiam fugit.*

III. *Puella curiositate fit cæca.*

GEnouefa virgo Parisiensis ab Epiphania ad cęnam vsq; Domini in cella recludebatur, vt & orando, & cõtemplando Deo expeditius incumberet. Ad cuius ostium cum puella venisset, vt quidnam illa faceret, per rimas exploraretur, è vestigio lumẽ amisit, sed exacto quadragesimali ieiunio eiusdem opera lumen recepit. *Ant. Benfin. Decad. 1. l. 5*

TIT. X. De Ingratitudine.

Lucifer perfectionis suæ excellentiam conspiciens, creatori suo, beneficij tanti immemor, ęquiparari voluit: vnde ob ingratitudinem & superbiam è cœlo præcipitatus est.

Adamus & Eua beneficij à Deo accepti immemores, Domini præceptum, fructum vitæ comedendo, transgressi sunt, & æterna ob id morte damnati.

Exod. 32 *Israelitæ beneficiorum Dei immemores Aaronem sibi Deos facere coegerunt, cum moram faceret Moses in monte.*

2. Paralip. 25. *Amasias Rex Iudæorum diuino fretus auxilio vicerat Idumæos, & filios Seir: victor captiuos Deos adorauit.*

Ioan. 9. *Parentes cæci à natiuitate fateri noluerunt filium suum à Christo curatum ne eijcerentur è synagoga.*

Luc. 17. *Leprosos mundarat decem Christus Saluator noster quorum nouem non agnoscentes diuinum beneficium, insalutato Domino abierunt: decimus autem in faciem ante pedes eius procumbens gratias egit.*

Ingrati fuerunt Paulo domini; vel parentes puellæ phytonissæ, à qua spiritum malum Paulus eiecerat. Act. 19.

EXEMPL. I. *De summa Basilis Imp. ingratitudine erga militem quendam.*

BAsilius Macedo Imperator cũ venatum exijsset, ne in ceruum incidit inusitata magnitudine, elata in altum cornua gestantem, quem persequendo assecutus, cum stricto gladio eum percussurus esset, bellua se difendit, & ramo vno cornuum zonæ Imperatoris infixo, illum sublimẽ fert cornibus suspensum. Ac forsitã ita perijsset, nisi à quodam ense dissecta zona fuisset ereptus. Cui mercedem salutis suæ præclarã reddidit ille capitis truncationem: speciosa causa quęsita quod ensem contra Imperatorem strinxisset neq; reputauit pro Imperatore potius strinxisse, ac remuneratione magnisq; præmjis esse dignum: is igitur sui erga Imperatorem studij hunc fructum cepit Imperator vero cornu percussus, conuersisque intestinis superuixit ille quidem, sed non diu mortemq; obijt. *Baro. to. 10. Annal. an. 99.88. ex Io Zonara.*

TIT. XI. De luxu ac mollitie vestium.

EXEMP. I. *Vestitum pomposum Deo non placere miraculo Heraclij Imperatoris ostenditur.*

POstquam veneranda Crux Christi Domini quatuordecim annis in potestate Persarum fuisset, ab Heraclio Imperatore deuicto Cosroa eius hoste recepta est: quam rediens Hierosolymam solemni celebritate suis humeris retulit in eum mõtem, quo eam Saluator tulerat. Quod factum illustri miraculo commendatum est. Nam Heraclius, vt erat auro & gemmis ornatus, insistere coactus est in porta, quæ *Breuiar. Rom 14. Sep. mb. Heracl. Imp. magnifice vestitus crucem ferre nequit.*

quæ ad Caluariæ montem ducebat. Quo enim magis progredi conabatur, eo magis retineri videbatur. Cumque ea re & ipse Heraclius, & reliqui omnes obstupescerēt; Zacharias Hierosolymorum antistes, Vide, inquit Imperator, ne isto triumphali ornatu in cruce ferenda parum Iesu Christi paupertatem & humilitatē imitere. Tum Heraclius abiecto amplissimo vestitu, detractisq; calceis, ac plebeio amictu indutus, reliquum viæ facilè confecit, & in eodem Caluariæ loco crucem statuit, vnde fuerat à Persis asportata. Itaq; exaltationis S. Crucis solemnitas ob eius rei memoriam, quod ibi fuerit reposita, vbi primum Saluatori fuerat constituta.

Eam sacrè ferri in amictu plebeio.

II. *Prætextata, nobilissima mulier reprehenditur, quod neptem vano habitu ornauerit.*

D. Hier. epist. ad Letam de instit. filiæ to. 1.

PRætextata quondam nobilissima fœmina, iubente viro Hymetio, qui patruus Eustochij virginis fuit, habitum eius cultumque mutauit: & neglectū crinē mūdano more pexuit, vincere cupiens & virginis propositū & matris desiderium: & ecce tibi eadem nocte cernit in somnis venisse ad se angelum terribili voce minitantem pœnas, & hęc verba frangentem: tu ne ausa es viri imperium præferre Christo? Tu caput virginis Dei tuis sacrilegis attrectare manibus quæ iam nunc arescent, vt sentiant excruciatæ quid feceris: & finito mense quinto, ad inferna duceris. Sin autem perseueraueris in scelere, & marito simul orbaberis & filijs. Omnia per ordinem expleta sunt, & seram miseræ pœnitentiam significauit interitus. Sic vlciscitur Christus violatores templi sui, sic gemmas & pretiosissima ornamēta defendit. Et hoc retuli, non quod insultare velim calamitatibus infeliciū, sed vt moneam, cum quanto metu & cautione seruare debeas, quod Deo spopondisti.

Christus vlciscitur violatores templi sui.

III. *De habitu pomposo in Comitissa grauiter reprehenso.*

Th. Cantipr. li. 1. Apum. c. 7 § 7.

SCio & certus sum, quod etiā in secularibus & nobilibus personis pōpa gloriæ secularis notabiliter reprehensa sit & damnata. Prope nostra tēpora fuit mulier nobilissima, Maria Campaniæ Comitissa. Hæc nupta nobilissimo Henrico Campaniæ Comiti, filia fuit Ludouici Pij Regis Francorum. Philippi Regis soror, æque Regis Francorum. Quatuor fratres Reges in Anglia habuit, filium Regē in Transmarinis. Hæc multis annis mortuo marito cum copiosissima ambitione circumiens; & moriens talē finem sortita est. Laborans hæc in extremis, Abbatem Persaniæ sanctissimū ac eloquentissimum virum migratura venire mandauit. Qui vt venit intromissus non est & præ foribus expectauit. Iam enim Comitissa decesserat, & distrahebantur à militibus, & ministris, & suis omnibus vtensilia, vasa aurea, & argentea, vestes pretiosæ, culcitræque purpureæ, & tandem linteamina ipsa cum peplis. Extremo, quidam ex garsionibus, mora inscia retardatus, lectum per cornua comprehendit, & resupinatum corpus emortuum eminus in stramenta diuoluit. Moras autem Abbate cum tædio sustinente, quidam nobilis ex circumstantibus indignatus, ostiū violenter infregit, & virum venerabilem intromisit. Qui cum introiuisset, & nobile illud corpus nudum in stramine reperisset volēte quodam ex familia illud straminibus operire, Abbas exempli prouidus, non sinebat, sed libera voce clamabat: O vos omnes, venite, cernite pompam nobilissimæ Comitissæ Mariæ. Videte illud delicatissimum corpus, quanto dedecore pudoris deuolutum est. Videte quid ei pro multiplici honore, & gloria finaliter mundus exsoluit: ecce quam stulta illi mundus computatione conclusit.

Maria Cāpaniæ Comitissa morti proxima Abbatē Persaniæ accersit.

Abbatis de miserrima ei morte exclamatio.

IV. Ob

IV. *Ob vestium praecipuè luxum diuinitus punitur Teuzolinus cum sua pellice.*

Pet. Da. epist. ad Pandul. Clericũ. ADijciam & illud, quod habet Petrus Damianus in epistola ad Pandulphum Clericum in hæc verba: Memini plane, inquit, quia cum apud Parmēse oppidum, liberalium artium studiis docendus insisterem, dum adhuc videlicet in ipso adolescentiæ flore, & noua pubertas indueret faciē, & æstus libidinis accenderet carnem; Clericus quidam Teuzolinus nomine, pellicem suam iuxta meum habebat hospitiũ, aspectu lubricam & inhonestam satis, decore venustam. Hic itaque nitidulus, & semper ornatus atq; conspicuus incedebat, ita vt caput eius numquam nisi gebelinica pellis obtegeret, indumenta carbasina atque ninentia fuligo per artem fullonis īficeret, calceus postremò ad aquilini rostri speciē non falleret. Erat illi præterea vox gracilis, suauis, ac tinnula, adeo vt in ecclesiæ modulans audientium corda mulceret, & astantis in se plebis ora conuerteret. Affluebat, vterque deliciis, rubebant ora flāmantia; quotidie cachinnis atque ludibriis, oculorum nutibus, ac scurrilitatis illecebris festiui applaudebant. Dum per quinque fere annorum lustra in hac luxuriosa voluptate vixissent, ante annum, cum cōmune ipsius vrbis flagraret incēdium, in vna domo reperti vtriq; simul igne consumpti sunt.

Teuzolinus ob vestium luxum cū pellice punitur.

V. *Luxum vestium Deiparæ Virgini displicere hoc exemplo videri potest.*

In vita S. Catharina vir. et vidua c. 3. apud Sur. 22 Mart. QVi carnis continentiam vult custodire, ab omni superbiæ fœtore debet esse alienus: proinde venerabilis virgo Christi ancilla Catharina sanctæ Birgittæ filia suæ pudicitiæ firmū præsidium adhibuit veram animi submissionem. Cœperat tum illa vestium simplicitas, quæ antiquitus in ea regione seruata fuerat, mutari in fastū, & pompas, maximè apud nobiles: sed sancta virgo id genus vestes à se remouit, nec vllis obtrectationibus & irrisionibus adduci potuit, vt ab humilitate & prisca patriæ consuetudine discederet, Eius autem exemplo permotæ multæ nobiles, consodales & cognatæ eius, vestium pompas & ornatum superfluum abiecerunt. In iis fuit nobilis domina, vxor Caroli, cuius ante mentio habita est: quæ licet initio pertinaciter illi resisteret, at postea in melius vitam commutauit. Cum enim in Chalmarnensi vrbe pariter orarent sancta Catharina & hæc fratris eius coniunx in sacello beatissimæ Mariæ, idq; coram illius imagine, paululum ipsa obdormiuit, videbatque diuinam Virginem blando vultu Catharinam, se vero toruis oculis iracundè intueri. Itaque multum anxia cum lacrymis dixit ad matrem Dei: Cur me ita terribiliter respicis Domina mea? Cui illa respondit: Et quare tu non obtemperas consiliis mihi dilectæ Catharinę? Si tu eius exemplo & monitis habitum moresque tuos correxeris, ego te quoque blanditer respiciam. Illa ad se reuersa, non immemor quid vidisset & audiuisset, illico repudiatis superbis vestium ornamentis, ad sanctæ Catharinæ exempla se composuit. Id vt vidit maritus eius Carolus, qui tum adhuc erat totus mundo deditus, turbato animo dixit sorori suæ Catharinę: Non sat erat vt te nobis monachā exhiberes, nisi meam quoque coniugē tibi adiungeres, & omnibus ridendam proponeres? At sancta virgo æquo ferebat animo opprobria & irrisiones: porro se laudari ob rectè facta molestè ferebat, obtestans eos, qui ipsam laudabant, ne id facerent: immo familiares suos, qui secretorum eius erant conscii, & eam pro seruata in matrimonio pudicitia virginali felicem prædicabant, cum lacrymis sæpissime obiurgabat, atque etiam adiurabat, ne aliquid eiusmodi deinceps dicerent.

B. Catharina in simplicitate vestiū constantia. Eius exēplo multæ nobiles luxū vestium fugiunt.

D. Virgo Maria redarguit quandam de vestium luxu.

B. Catharina propter humilitatem.

B. Catharina fūda humilitas.

VI. Vt simplex habitus Angelis placeat, luxuriosus contra dæmonibus.

Vincen. Mainardus in vitam eius apud Su. 2. Maij.

D. Antoninus Archiepiscopus Florentinus aliqn solemni die Ambrosiana via de more iter faciens, in pauperis tecti culmine adesse angelos contemplatur. Rei admiratione perculsus cum domũ introiuisset, viduã, ac tres vnà filias reperit, nudis omnes pedibus & laceras: quæ vt paupertatis extremam iniuriam propulsarent, lanificio, seu textrinæ (non enim habeo exploratum) certe operi nescio cui honestæ virgines incũbebant. Antonius, qui totus misericordia redundabat, ne celebri die operã lanificio cogerentur dare, simul ex proximè cõmorantibus edoctus esse probis moribus & ingenuis, statim iubet quantum sat est, nõ modo ad inopiam fugandã, sed ad cõmodos quoq; vsus erogari. Labente tẽpore cum illac rursus iter faceret, iam non angelos, sed dæmonem vidit fastigio domus insidere: ac tum subesse aliquid mali suspicatus, quærit quid id esset, num prolapsæ in scelus aliquod florem virgineum delibassent, aut dedecorosum quidpiã admisissẽt. Cognito quod refertę eleemosynis, iam cum inopia non pugnarent, quod lanificio non intenderent, quod multum à religioso viuẽdi more cõcidissent, quod delicias demum in vestibus, tum reliquos ornatus corporis adamarent: ingratitudinis maximæ coarguit, quod in muliebres luxus, quæ ad fugandam inopiam dederat, conuertissent: tum quod angelos primum, mox dæmonẽ vidisset explicuit: malã esse conuersionem factam: nempe quod simplici cultu, amico angelis antea vixissent: nũc insolentiores factæ, ad luxus & illecebras dæmoni aures præberẽt. Redirẽt itaq; ad se, antiqua viuẽdi istituta resumerent, & nullũ ocio, nullũ dæmoni locũ darẽt. Ex illo peritus artifex, tametsi nunq̃ non inopiã subleuauit; non cõmisit tamen, vt alerentur pinguiùs, & vestirentur cultiùs quam par esset.

Largieri bus eleemosynis quædam isolescut puella.

Habitus simplex Angelis acceptus

VII. De ornatu mulieris à B. Petro Eremita apta similitudine reprehensio.

In hist. Patrum, vita 9.

PRoferam & Theodoreti in religiosa historia luxum vestium carpentis testimonium. Is in vita sancti Petri Eremitæ Galli occidentalis, quæ in ordine est nona, ita scribit. Mater mea ad diuinum statim accurrit hominẽ. Habebat autem inaures, catenas, & torques, & alia aurea, quæ sibi induerat, & vestem variam ex sericis filis cõtextam. Nondum enim virtutem gustarat perfectiorem; florebat autem tempore, & mundum muliebrem gestabat ut adolescentula. Cum diuinũ ergo caput hæc aspexisset, nimij ornatus amoris primum morbum curauit, usus uerbis talibus: Dic mihi, inquit, filia. Si quis pictor in arte bene exercitatus aliquam pinxisset imaginem, ut pręcipit lex artis, & eam proposuisset uidere uolentibus; ueniret autem aliquis alius, artem non sciens perfectè & accuratè, temerèque & inconsultè, ut sibi uidetur, uellet contra pingere, deinde illam artificiosam reprehendens picturam, superciliis quidem & ciliis lineas adderet longiores, faciem autem efficeret albiorem, & genis rubrum adderet colorem: non tibi uidetur prior ille pictor iure succensurus, quod & ars eius probro esset, & contumelia affecta, & eorum, quibus opus non erat, additamentum à manu indocta accepisset? Ergo uniuersorum quoque, inquit, opificem, & nostræ naturæ effictorem & pictorem, iure irasci credite, quod illam, quæ uerbis explicari non potest, naturam, & sapientiam accusetis inscitiæ. Non enim rubrum aut album, & nigrum colorem uobis infunderetis, si non existimaretis esse vobis opus hac additione. His autem corpus egere arbitrantes, imbecillitatis damnatis creatorẽ. Deinde subdit: Nolite ergo corrũpere imaginem: neq; tentetis ea addere, quæ sapienter non dedit: neque hanc adul-

B. Petrus Eremita mulieris ornatum arguit.

Simile.

adulterinam excogitare pulchritudinem, quæ vel pudicis affert exitium, videntibus insidias. Hæc cum audijsset præstantissima fœmina, domum reuersa, oẽm extrinsecus inductum abiecit ornatum, neq; varia veste induta, neque aureis monilibus exornata, idque cum esset ætate admodum iuuenis, (in qua vero & illud magis:) Nata enim erat vicesimum tertium, necdum mater facta fuerat. Cum enim septem alios annos vixisset, me peperit, qui fuit eius primus & solus fœtus.

Mulier à B. Petro Eremita redargu- ta orna- mẽta ve- stiũ ab- iecit.

VIII. *Qua occasione soror D. Bernardi ornatum corporalem abiecerit.*

Guiliel. Abb lib. I. vita S. Ber. c.6.

D. Bernardi soror, & fratrum eius, in sæculo nupta & sæculo dedita, cum in diuitijs & delicijs sæculi periclitaretur, tandem aliquando inspirauit ei Deus, vt fratres suos visitaret. Cumq; venisset quasi visura venerabilem fratrem suum, & adesset cum comitatu superbo & apparatu, ille detestans & execrans eam tanquam rete diaboli ad capiendas animas, nullatenus acquieuit exire ad videndam eã. Quod audiens illa, cõfusa & compuncta vehementer, cum ei nullus fratrũ suorum occurrere dignaretur, cum à fratre suo Andrea, quem ad portam inuenerat monasterij, ob vestium apparatum stercus inuolutum argueret, tota in lacrymas resoluta, Et si peccatrix sum (inquit) pro talibus Christus mortuus est. Quia enim peccatrix sũ, idcirco consilium & colloquium bonorum requiro. Et si despicit frater meus carnem meam, ne despiciat seruus Dei animam meam. Veniat, præcipiat: quidquid præceperit, facere parata sum. Hanc ergo promissionem tenens exijt ad eam cum fratribus suis frater eius. Et quia separare à viro non poterat, primo verbo omnem ei mundi gloriam in cultu vestium, & in omnibus seculi pompis, & curiositatibus interdixit, formam vitæ matris suæ in qua multo tpe vixit cum viro, ei indixit, & sic eam à se dimisit. Illa vero obedientissimè parens præcepto redijt ad propria, mutata repente secundũ omnipotentiam dexteræ excelsi. Stupebant oẽs adolescentulam nobilem delicatam, subita mutatione in habitu et victu, in medio sæculi vitam ducere Eremiticã: instare vigilijs & ieiuniis, & continuis orationibus, & ab omni sæculo prorsus se facere alienam. Biennio postea sic vixit cum viro suo, illo sane, secundo maxime anno, dãte Deo honorem, nec temerare vlterius præsumente templum Spiritussancti. Qui etiã tandem virtute eius perseuerãtiæ victus, liberamq; à se dimittens iuxta ritum Ecclesiç, facultatem ei concessit seruiendi Deo, cui se probauit. Illa vero optata libertate potita, monasteriũ Iulleium adiens, cum sanctimonialib. inibi Deo seruientibus reliquum vitæ suæ Deo vouit: vbi tantam ei Dñs gratiam contulit sanctitatis, vt nõ minus animo, quam carne illorum probaretur virorum Dei esse germana.

S. Bernardus superbe ornatam sororem despicit.

Soror D. Bernar. di compungitur

D. Bernardus sorori instruit.

Soror D. Bernar. di habitum mutat.

Eadẽ soror Diui Bernar. viro consentiẽte monasterium ingreditur.

IX. *S. Pambo lacrymatus est insigni documento, quod tantum diligentiæ non impenderet, vt Deo placeret, quantum mulier, vt placeret mundo.*

Socr. l.4. Eccl. hist. c.23.

S. Pambo, adhortãte Athanasio Episcopo, ex eremo Alexandriam venit. Cum autem ibi mulierem theatricã vidisset, illacrymabatur. Rogantibus qui aderãt, quam ob rem lachrymatus esset: Duo me, inquit, mouerũt: vnum, mulieris huius perditio: alterum, quod tantum diligentiæ non impendo, vt Deo placeam, quantum illa vt hominibus obscœnis placeat.

X. *Nonnus Episcopus ex ornatu pomposo Pelagiæ commouetur, & commouet alios ad animæ ornamenta.*

Iacob. Diacon. i vita S. Pelagia cap. 2. & 3 apud Sur. Oct. 8.

S. Nõnus Episcopus Heliopolitanus, vir præstantissimus, dum aliquando Antiochiæ peroraret in conspectu aliquot Episcoporum ad fores ecclesiæ beati Iuliani martyris, cunctis admirantibus sanctam eius doctrinam:

ecce subito transijt iuxta illos insignis meretrix asello insidens Pelagia nomine, cum incredibili pompa, & apparatu, vsque adeo compta & ornata, vt nihil in eius vestibus cerneretur præter aurum, margaritas & gemmas: ipsi et pedes eius auro & margaritis tegerentur. Stipabat eam vero ingens turba puerorum, & puellarum, cultis magnique pretij induta vestibus, & torques aureas ad collum ferens. Ex ijs alij antecedebant, alij sequebantur eã. Tanta autem eius erat forma pulchritudo & elegantia, vt homines huic mundo dediti, ea cõspicienda exatiari non possent. Cumque nos præteriret, totum impleuit aerem odorum mira fragrantia & suauitate. Eam vt viderunt Episcopi impudenter & inuerecundè prætereuntem, nihil velato capite, & nudis scapulis omnium oculis petulanter expositis, taciti ingemiscebant, & facies suas tamquam à re exectabili & immani scelere auertebant. At Nonnus Episcopus diu intentissimè eam contemplatus ad astantes Episcopos conuersus dixit: Quot putatis horas expendat hæc mulier, dũ in cubiculo suo se lauat & componit, omnem animi curam & cogitationem adhibens ad ornandum sese ne quid possit in ea decoris & pulchritudinis desiderari, vt placeat omnium oculis, nec deformis vlla ex parte videatur amatoribus suis, qui hodie sunt, cras fortassis nusquam erunt.

Cultus meretricius.

XI. *Prædicantem contemptum decet non esse comptum.*

HVmbertus quintus ordinis prædicatorum Generalis Magister, in regulam S. Augustini scribens; Contigit, inquit, Parisijs, vt quidam Magister Theologiæ, sæcularis, prædicaret in Vniuersitate indutus optima veste, vel cappa noua in principio hyemis. Cum aũt tenuiter imprimeret verba sua in cordibus auditorum, quidam fatuus, qui erat in medio scholarium, surrexit, & dixit: Tace tu, illa vestis pretiosa, quam habes, nõ permittit te audacter dicere veritatem. Quæ res fecit ei miserabilem confusionem. Debent ergo ij, quibus incumbit mundi prædicare, contemptum, cauere, ne in suo habitu appareat aliquid, quod gloriam mundi prætendat.

Hubert. in c 70. Regul. S. August.

Fatui cuiusdam prudens dictum.

XII. *Quædam crine nimium delectata in eo punitur.*

PRo coronide hanc paruam adijciã historiam: Mulier erat supra cæteras flauo rutiloque crine decora, quæ crinium specie cum nimium sibi ipsa placeret, & plauderet, cœnobij nomen horrebat, ne cogeretur id aliqñ decus tonsori immiti cõmittere. Monuit eã Cornelius Societatis Iesu, si crines illos plusq̃ Deum faceret, caueret ne in eius crinibus, quos tm̃ diligeret, pœnas daret: diebus interpositis non ita multis, sensit Patrẽ verissimum fuisse vatem, laborare ex capite cœpit, totaque illa pulchritudo capilli morbo vrgente defluere: ergo ne caluitij pulchritudinem euulsis ad vnum crinibus ostentaret, necessitatem in virtutem vertit, cœnobijque sese lateribus, quod ante sic horruit, occultauit.

Ex hist. Soc. to. 3. an. 1552.

Necessitas in virtutẽ versa.

TIT. XII. De Auaritia.

Cupiditate seductus Achan de anathemate Iericho sumpsit. Sed pro illo lucro damnum terribile reportauit. *Iosue 5.*

Pro pecunia à Philistæis promissa Dalida Samsonem virum suum eis tradidit. *Iud. 16.*

Vinea Naboth, quam concupiuit Achab, fuit causa vel occasio, quare duo falsi testes fuerint contra eum producti, & ille iussus est lapidari. *3 Re. 21*

Giezi ea, quæ ne ante quidem possederat, volens acquirere, non modo gratiam prophetiæ non meruit possidere, quam per successionem velut hæreditariam à suo habuit magistro suscipere: verum etiam è contrario æterna lepra S. Elisæi maledictione perfunditur. *4. Re. 5.*

Cupi-

Matt.26 *Cupiditas vel lucrandi libido præcipuum videtur fuisse motiuum, cur Iudas prodiderit Dominum, cum dicit, Quid vultis mihi dare?*

Matt.28 *Pecunia corrupti fuerunt Dominici sepulcri custodis, vt mentirentur Christum Dominum à discipulis suis noctu furtiuè fuisse sublatum.*

Actor.5. *Ananias & Saphira reseruantes partem quandam ex his quæ possederant, apostolico ore morte mulctantur.*

Actor 16 *Iudæi quæstuarij, quod per Paulum lucrum suum amitterent, eum accusarunt, quod ciuitatem turbaret; &c.* Vide similia Actor.9. & 14.

EXEMP. I. *Auaritia etiam corporis oculos excæcat.*

CVm Ioannes sedem Hierosolymitanā administraret, animo simul cum honoribus permutato, auaritia cæcus immensas Domini diuitias cumulauit, nec poterat illa auri fames vl la satietate expleri. Quod vt intellexit Epiphanius, conatus est eum ad benignè pauperibus faciendum allicere. At is aurum suū quouis charitatis officio præferebat, neq; vllam pauperum curam habebat. Tum Epiphanius callidè per speciem mutui argenti pōdus circiter mille quingentarum extorsit, potius quā impetrauit, totumq; illud magna hilaritate egenis distribuit. Interiectis autem diebus aliquot, Ioānes importunus exactor argētum repetijt: Epiphanius autem leniter & placidè se redditurum promisit. At ille instare & vrgere, & vim inferre, & virum san ctum impostorem appellare cœpit, & multis eum iniurijs afficere non destitit. Epiphanius autem nihil cōmotus in faciem eius expuit, & statim cæcitate percussus, pronus in terram sceleris sui veniam postulauit. Tū Epiphanius quāto se crimine obstrinxisset docuit, & impositis capiti manibus dextero oculo lumen restituit. Orauit autem Ioannes & pro sinistro, cui tn̄ sanitas

Episc. ob auaritiā vtroq; oculo visu priuatur.

Pœnitentia ductus dextro oculo tantū recuperat visum.

restituta non est, vt eo signo admonitus modestiam deinde conseruaret, & auaritię pestem cautiùs subterfugeret.

II. *Auaritia terræ inhians auarum in terram mergit.*

QVam vero Deus iustus iudex pro cuiusque fide meritis digna persoluat, quamq; terribilis sit in consilijs super filios hominum, hoc eodē anno, diro sanè valde demōstrauit exemplo, cum in vltionem Episcopi auarissimi dæmones carnifices præparauit. Rem gestam idē Lambertus sic narrat: Reginherus Misnensis Episcopus obijt. Is dum suscepto Episcopatu Goslariam venisset post refectionem in cubiculū, vbi thesauros suos, quorum nimis ama tot erat, nullo conscio infoderat, quasi paululum requiescere volens sese inclusit. Cumque iam die vrgente in vesperam præter modum consuetudinēque suam somno indulgere videretur: rem insolitam mirantes cubicularij, pulsare ostium cœperunt, sed nec pulsantibus, nec vociferātibus vllum dabatur respōsum. Tandem effractis foribus irrumpentes inuenerūt eum fractis ceruicibus, colore tetro, exanimem ipsis thesauris suis miserabilem in mo dum incubantem.

Lambert. Schafnab. apud Baro.to.11. an Do. 1067.3.

Terribilis auari pœna.

III. *Iustiniani Imperatoris pecuniæ cupiditas inexplebilis.*

AD Imperatores veniamus: In Iustiniano Imperatore (inquit Euagrius) tā inexplebilis fuit pecuniæ cupiditas, & tam turpis atq; adeo absurda rerum alienarum appetitio, vt oīa subiectorū bona his, qui magistratus administrabant, qui tributa colligebāt, qui nulla de causa insidias hoībus struere volebant, ob auri amorē vendi derit. Complures vero, imò innumerabiles, qui bona multa possidebant, causa falsa, commentitiaque conficta, oībus fortunis mulctauit. Quod si quæ meretrix oculos cupiditatis ad alicuius bona adijciens, consuetudinem se vllam cum eo vel coniunctionem ha-

Euag li. 4.c.19.

Iustiniani Imperatoris turpis auaritia.

buisse simularet; statim omnia iura ac leges, modo Iustinianum turpis lucri socium constitueres, eius causa euersa iacuerunt, facultatesque omnes illius, qui falso in crimen adductus erat, fuerunt eius domum translatæ.

IV. *Auaritia Nicephori Imperatoris, contrà liberalitas Basilij.*

INter ea mala, quibus obruebatur Nicephorus Phocas Imperator, etiã auctum est immensum ciuium in illum odium, ob exortam ingentem rerum penuriam, quam ipse in lucrum suum conuertebat. De cuius causa sic Curopalates: Flarunt etiã venti mense Maio, vndecima Indictione, sæui & æstuosi, qui fruges vnà cum ipsis vitibus, atq; arboribus corrupere, ita vt in de vsq; ad duodecimam Indictionem ingẽti fame laboratum sit, cumq; habenda esset ratio Imperatori salutis eorum, qui sibi subiecti erant; ille verò regium frumentum sordidè & liberaliter vendens, studensq; ciuiũ suorum calamitati, gloriabatur, quasi aliquid prçclarè egisset; quod cum modius numisinate venderetur, ipse duobus ven di imperasset, haud imitatus Basilium Macedonem Imperat. qui nona Dominica ingressus in magnũ sanctorum Apostolorum templum, conspicatusq; quosdam ciues decoris vestibus indutos, & graues, alios autem tristes, & mœstos ad se accedere iussos: Cur non etiam ipsi die festo splendidas vestes gestarent, interrogabat, sed velut in vrbis magna calamitate lugerent? Cui vnus ex illis respondit: Te ô Domine, eosque qui tibi proximi sunt, decet splendidis vestibus indutos gaudere; quibus verò iam mors imminet, eos talia dedecent. An ignoras duos frumenti medimnos numisinate venire propter ventorum asperitaté? At hæc alte suspirans Imperator, misericordia motus, collacrymauit; eosque multis verbis consolatus, in Regiam redijt, ibiq; accersitos ad se, qui ciuilia negotia & regia munera obibant, infinitis probris ac maledictis affecit, quod sibi nihil de frumenti inopia indicassent. Statimque exposito regio & publico frumento duodecim medimnos numisinate vendi iussit. Cuius bonam mentem approbans, impertitus est multam hominibus abundantiã. Verum ad illius laudem hæc dicta sint. Nicephorus autem magis gaudebat, quam opitulabatur, cum ciues videret oppressos. Neque ipse solus, sed & Leo frater eius cibariorum mercaturæ addictus, multis, varijsque calamitatibus orbem terrarum vexauit.

Tamen propter æstuositatem ventorũ exorta.

Sordida Phoca Imp. gloriatio.

Basilij Imperat. insignis liberalitas in plebem.

V. *Cupiditas nimia accumulans eadem est causa dissipationis.*

ANno Domini 983. perturbante Ethelredo Rege Anglorum Roffensem Ecclesiã, suo maximo damno pro redemptione pacis ab eius Episcopo argentum accepit, comminante illi & prædicente S. Dunstano ventura mala. Quomodo res se habet, ita ex antiquis Chronographis descripta legitur: Anno gratiæ 983. surrexit inter Regem Ethelredum & Roffensem Episcopum contentio, sed qua causa habetur incertum. Quocirca contra Roffensium ciuitatem obsidionẽ componens eam debellare disposuit. Mandauit Regi beatus Dunstanus Archiepiscopus Cantuariensis, vt desisteret ab inceptis, ne S. Andream illius ciuitatis patronum irritaret. Sed nec propter beati viri admonitionem Rex discedere voluit, priusquam ab Episcopo centum libras accepit. Miratus S. Dunstanus Regis cupiditatem, hæc per suos Regi nuntiauit: Quia prætulisti argentum Deo, pecuniam Apostolo, cupiditatẽ mihi: violenter venient super te mala, quæ locutus est. Dominus; sed hæc me viuente nõ fient. Iam vero post beati viri obitũ, vt ipse prædixerat, Danis omnes portus regni infestãtibus, dũ nesciretur, vbi eis occurri deberet, decretũ est à viris prudentibus, vt vincerentur argento, qui non poterãt ferro. Itaque decem millia libra-

Matt. Vvestmonast. in flo. hist. an 983. apud Bar. to. 10 983. 25.

B. Dunstanus auaritiã Regis Angli. rũ redarguit.

bra-

brarum soluta Danorum auaritiam expleuerunt, vt beati Dunstani vaticinium impleretur.

VI. *Alaricus glorians indiuitijs ingloriùs extinguitur.*

Paul. Diacon. li.13 hist. Miscell. apud Bar 411. et Petrus Dam. apud eund. 1062.

OPportunè adijciendum quod de Alarico Gothorum Duce scribit Paulus Diaconus. Is dum iam traijcere in Siciliam exercitum frustra tentaret & inopinatas se possidere diuitias gloriaretur, apud Consentiæ regionem subita morte defungitur. Gothi verò protinus Basentium amnem à suo alueo per alium tramitem captiuorum labore deflectunt: sicq; Alaricum cum multis opibus in eodē alueo aqua deficiente sepeliunt; rursumque fluuium proprio meatui iuxta consuetudinem reddunt: ac ne quis addiscere locum posset, captiuos omnes, qui interfuerunt extinxerunt.

VII. *Richardus Rex dum appetit aurum alterius morte, ipsamet moritur.*

Io. Naucle Chronograph. vol.2. Gener. 40. an.1198

ANno 1198. Richardus Rex Angliæ audiens quendam militem Lemouicensis diœcesis in suo castro thesaurū magnum reperisse, cupiens thesaurum habere, dictum militem à vicecomite Lemouicensi, ad quē confugerat pro securitate, repetebat. Sed cum ille renueret, in prædicto castro illū obsedit. Cumq; die noctuq; castrum illud fortiter impugnaret, sagitta percussus post paucos dies moritur, atque apud fontē Ebrodi sepelitur. Et quia liberos nō habebat, frater suus Ioānes, dictus sine terra, successit ei in regno. Et paulo post factæ sunt treugæ inter illum & regem Franciæ, secuta pace.

VIII. *Auaritiæ pœna mirabilis, & liberalitatis retributio.*

Ex Metaco Græc. Mat. Rader. &

COnstantino Heraclij filio imperāte vir quidam pecuniosus Constantinopoli in morbum incidit mortemq; formidans in pauperes triginta auri libras distribuit: conualescit subito, & pecuniæ expensæ pœnitentia, haud dubie dæmone impulsore, ductus, rē cum sincero quodam & recto amico eoq; locuplete cōmunicat: qui ad amicum: Repelle, inquit, mi homo, hanc impiam cogitationē, nec te pœniteat eleemosynæ in egētes distributæ, ne Deū, qui tui misertus te sanitati restituit tuę, grauiter offendas, fatoq; infausto, & subita morte repente opprimaris, atq; sine pęnitētia discedas. Sed frustra: consiliū enim amici fidē omnino reijcit. Tū amicus; Quando ea quæ salutaria suasi, nō admittis, aliud suggerā tibi. Et ille, Quid suades? Et amicus vere misericors: Age, inquit, huc mecū ad templū adi, & ibi profitere: Dñe, non ego, sed iste dedit eleemosynam; & ego ibi statim triginta auri libras, denuo annumerabo. Placet hoc consiliū auaro: ad templū venitur, verba cōcepta pronuntiantur, aurum ab amico, infelici illi in manus traditur: recepta pecunia, dū pedem ex templo effert, subito mortuus concidit, omnibus qui præsentes aderant, ingēti horrore & pauore correptis, qui iustū iudicē laudabant & celebrabant. Cū autē qui aderant clerici monerent amicū, vt suā sibi ipse pecuniā sumeret. Absit, inquit, hoc factū à me, imò cogitatio impia, vt ego Deo deuotū aurum, & cœlo iā in scriptū recipiā. Dñi est, nullū mihi in id amplius ius aut potestas, qd Ananias & Sapphira immemores de suo iam Deo dedicato suffurati pœnās subita morte, quemadmodum & iste, persoluerunt: Deus.n. non irridetur. His illius dictis ab omnib. mirificè cōprobatis, aurū pauperib. est diuisū.

Bar. tom. Annal. an. 553. ex Ce.

Auaritia cuius dā terribili morte punita

IX. *Terribile exemplum execrādæ auaritiæ, quomodo mulier auro vritur.*

Greg. Turon. lib. de Glo. Mart. c. 106.

HVic nō absimile refert Gregorius Turonensis accidisse in Gallijs: Mulier quædam, inquit, sub specie religionis vacabat ieiunijs, orationibus insistebat, vigilabat pertinaciter, ac loca sancta deuotione simulata circuibat assiduè. Cumque in hoc colore

iustæ

iustæ vitæ duraret, immensas opes à multis suscipiebat, congregabat aurū quotidie, & quod deuotio Christiana pro redimendis porrigebat captiuis, loculis addebatur occultis, & quæ dabantur inopum necessitatibus profutura, iniquis marsupijs condebantur: nam effossa mulier humo in medio cellulæ ollam immensam imposuit: ibiq; cum aliquid datum fuisset, recondebat diligenter, & lapide superposito claudens, vt nulli pateret occultum. O terque, quaterq; & obiter execranda cupiditas, quę luce fraudans, homines demergis in tenebras? Quid plura? Cū olla impleta fuisset nummis, huic mulieri tēpus resolutionis aduenit. Mortua vero Deo, migrans, in inferno sepulta est, post cuius exequias sacerdotes, qui aderant, puellam eius familiarem interrogant, quid de tanta fecisset pecunia, aut si ea eroganda temporis sui permisit spatium. At illa respōdit, nunquam se vidisse, quod vlli inopum manus misericordiæ porrexisset: aut quid pecunia data deuenisset, ignorare se confitetur: Vnum tantum scio, ait: quod in cellula deportatū, regressum fores vltra non vidi. Hæc audientes clerici stupent, & quid ex hoc factū fuisset, diligenter inquirunt, totumq; crebris ictibus pauimentū tundentibus, locus, in quo occulta iacebat pecunia, tinnitū dedit impulsus, cauoque resonans prodit quæ latebant: & statim remoto lapide inuenitur auri cōgeries: & clerici stupentes tātæ subtilitatis peruersitatem, Episcopo quid actum fuerat, indicant. Ille vero commotus, iussit reserato sepulcro pecuniā super corpus exanime proijci, dicens, Sint tua tibi quæ cōgregasti: pauperibus vero Christi non deerit, vnde sustententur. Nec mora, cum prima quies nocturno tēpore data fuisset, audiuntur voces à tumulo, fletus & vlulatus immensus: inter quas voces hoc maximè resonabat, se miserā, se infelicem, quæ auri consumebatur incendio. Denique cum per triduum hæ voces adueniente nocte resonarent, populis non durantibus, ad sacerdotē venitur. At ille accedens iubet tumuli opertorium amoueri: submotoq; videt aurū quasi in fornace resolutū, in os mulieris ingredi cum flamma sulphurea. Tūc sacerdos orauit ad Dn̄m, vt quia malitia eius populis fuerat declarata, tandē Dn̄s pœnā iuberet cessare a corpore, & operto tumulo discessit, vocesq; mulieris ampliùs nō sunt auditę.

Simulata fœmi næ pietas, ac tecta auaritia.

Detegitur dicta mulieris auaritia.

Aurū ab ea iniquè collectum in sepulcrū eius tor. itetur.

Horrendum Dei iudiciū.

x. *Quomodo multiplicatio trientis ad centum solidos ex iniquo lucro redierit ad trientem.*

HIc minimè silendū, quod cuidam contigit, qui per adulterina lucra studuit multiplicare terrena, de quo sic Gregorius: Quidam apud Lugdunensem vrbē vix ita laborans, vt vnum trientem posset habere; accensus auri execrabilis sacra fame voluit per eum sacculi ora replere, iuxta illum Prudentij nostri versiculum:

Greg. Turon. de glor. cōf. c. 109.

Auri namque fames parto conquiritur auro.

Igitur de hoc triente vinum cōparat, admixtisq; aquis, iterum per argēteos venundans duplat pecuniam. Hoc iterum atq; iterum agit, & tam diu turpis lucri secutor est factus: vsque quo centū solidos de hoc triēte lucraretur: sed iudiciū Dei cōfutauit lucra diaboli. Cōgerens.n. auarus negotiator aurū in sacculum, possessurus pecuniā vnius horæ momento, alterius negotiatoris nūdinas adit. Extractoq; triente, quasi aliquid negotiaturus, conloqui cum socio cœpit. Erat autem sacculus ex pelle phœnicia, sicut his manu gestare mos est: Et ecce subito adueniens Miluus rapit eum pedibus, atq; decerpere tentat, putans à colore partem aliquam carnis esse. Sed cum nihil pinguedinis sentiret in eo, euolans super alueum Araris, de quo hic aquas hauriens vino miscuerat, laxatum sacculum deijcit in flumen. At ille apprehensis capillis elidens se ad terram,

Iudiciū Dei confutat lucra diaboli.

Lepidus res euentus.

spar-

spargensq; puluerem super caput aiebat: Væ mihi, qui iudicio Dei oppressus, perdidi pecuniam, quę iniquè fuerat aggregata. Nā ex vno triente centum erexi solidos. Nunc perditis centum solidis, vnus tantū mihi remansit triens. Væ mihi, sicut feci, sic recepi: & qui nihilo eos habui, ad nihilū redijsse conspicio. Talis pecunia diabole tua est, per tale lucrum deduxisti Deo inobedientes in tartarum. Tale enim commercium & in præsenti damni notam ingerit, & in futuro diuersarum pœnarum genera parit.

XI. *Cor auaritiæ dicatum fit præda diabolo.*

Gabriel Inchino Canoni. Later. Eccl. ser. 1. de Puritate cor du ex Prosp. li. de dono timoris.

AVarus quispiam pecuniæ amantissimus postquam plurimas diuitias cōgregasset, & de ijs nihil pauperibus vnquā dispersisset, aut alijs pietatis officijs impendisset, subita morte raptus est. Cadauere autem eius à parentibus, & amicis præsentibus aperto, vt ab ijs dispiceretur, quænam tam repentinæ mortis causa fuisset, cor in eo non fuit inuentum. Vnde admiratione rapti singuli adierunt ad mortui cubiculum, vbi thesaurus eius erat: atque cista aperta cor hominis inueniūt inter manus dæmonis, qui instar draconis super hoc sedebat, ac in varias partes discerpebat: dixitque astantibus: Hoc aurum & argentum pretium est cordis, quod mihi vendidit amicus vester, ideoque iure meum est, eoque pro arbitrio vti possum.

XII. *Prædiues & in prosperitatibus humo absumitur.*

D. Anton. 2. p. Chron. tit. 10. c. 7. parag. 2. Marc. Marul. li. 5. c. 3. Br. sig. Caccia. guerra. de Trib. lau. c. 4.

CVm aliquando B. Ambrosius Romam proficisceretur, atq; in Hetruria à prædiuite fuisset hospitio exceptus, iactabat ille diuitias, familiā, filios, ac prospera omnia, nihilq; sibi accidisse infeliciter. Id animaduertens Ambrosius, discessum accelerandum instituit, quod tanta prosperarum rerum affluentia exitum longè infelicissimum habitura foret. Hortatus igitur suos est, vt inde mox omnes secum abscederent, ne iræ Dei furorem experirentur. Abeuntibus omnibus, mox hospes cum reliqua familia, domoque omni hiatu patente absorpti sunt.

TIT. XIII. De Prodigalitate.

EXEMP. I. *Fridericus II. Imperator ex nimia magnificentia redigitur ad pecuniæ penuriam.*

Pau. Æmil. li. 7. hist. Frā.

FRidericus II. Imperator, dum Parmæ vrbis, quam oppugnabat, æmulam victoriam condit, editis magnificis spectaculis Cæsarum veterum magnificentiam, & rerum splendorem æquare conatus, ad penuriam pecunię recidit. Victoriatos, qui antea aurei cudebantur, iam scorteos facere cœpit, cum perparua eius argentea effigie: proposito edicto, vt hi nummo aureo, censerentur, fiscum suum tātidem illos ęstimaturum, accepturumq.

II. *Prodigalitas Regis Polonorum à Pontifice inhibetur.*

Cromer. l. b. 20.

Martin. V. iubet rescindi prodigalitates donationes re. gu Polon.

VLadislaus Iagello Polonorū Rex tanta fuit prodigalitate, vt non modo fiscum exhauriret, verum etiā magnā partē regiarum possessionum immerentibus, & maximè venationū ac cæterarū voluptatum, quanquam nō inhonestarum, asseclis & ministris dilargiretur, ac tota interdum singulis hominibus donaret territoria: sic vt quodam tempore Martinus V. Pōtifex Maximus prodigalitatem eius inhibendam sibi esse duceret, dato ad Archiepiscopum Leopoliensem mandato, vt donationes eius rescinderet. In peregrinos hospitalis & munificus. Nullum quamuis exiguum munus aspernabatur, nec eos qui donarant, irremuneratos dimittebat. Aliquid petentibus à se, fere dimidium eius quod petijssent largiebatur. Itaque duplum petebant, qui simplum auferre cupiebant.

III. Quo-

III. *Quomodo profusio nimia Caroli VI. Francorum regis repressa.*

Æmil. lib. 9. CArolus VI. Francorum Rex, quod profusissimus, prodigentissimusq; esset, modica vi auri contentus esse non poterat. Nullus in eo largitionum modus. Auctores summarum, cum rationes in fiscum referrentur, eas magna ex parte inducebant, tabellisque, quibus nomina muneraque data continebantur, hæc verba subscribebant; Immodice datum: & repetatur.

IV. *Rex Neapolitanus Alphonsus ex nimijs effusionibus decoxit.*

Pontan. de Liberal. c. 9. ALphonsus Neapolitanorum Rex, licet plurimis & populis & nationibus imperaret, ac pace otioq; permulto frueretur, faciendis tamen ingentissimis sumptibus, edẽdis magnificentissimis ludis, spectaculisque, & omnis generis rerum effusionibus eò processit, vt conflato ingenti ære alieno, cum satisfacere creditoribus nequiret, tandem decoxerit: at dolore itaq; permotus, regij census ministros plerosq; mulctæ nomine pene bonis omnibus spoliauerit, quod in exigendo per fas & nefas cõtinentiores fuissent, quam ipse in prodigendo.

V. *Alphonsus Rex decoctorem bonorum indulgentem corpori in corpore puniendum censet.*

Antoni. Panorm. lib. 1 de rebus ab Alphons. rege gestu. ALphonsus Aragonum Rex, cum equitem decoctorem punire vellet, quibusdam à rege magnopere petentibus, ne in corpus lueret debita, quæ ille per luxũ plurima, libidinemque contraxerat, respondit: Equitem hunc neq; sui regis gratia, neque patriæ commodo, neque propinquorum & amicorum ære alieno suscepto, tam grande patrimonium profudisse, sed omnem suam substantiam corpori indulsisse. In corpus igitur luere æquius esse, vt pœna malefactis ex æquo respondeat.

TIT. XIV. De exactionibus in tributis, & vectigalibus.

Saulis beneficio Dauid, eiusque familia à tributo exempta fuit, quod gigantem Goliam de medio sustulisset. 1. Reg. 18

Roboam Deo non placuit, cum populum suum vectigalibus nimijs grauare vellet. 3. Reg. 12.

Christus Dominus vltro sese Romani Imperatoris quamuis, edicto subijciens, ostendit tributa, quibus debentur, esse persoluenda, & ciuiles politias Euangelij doctrina minimè aboleri. Matt. 17. 25. 26. 27.

EXEMPL. I. *Populum tributis, aut vectigalibus non esse onerandum, nisi grauis subsit causa.*

S. Ludouicus Galliæ Rex grauissime cuidam ex suis succensuit, quod illi auctor esset, vt à regno noua tributa exigeret, præscripta etiam exigendorum ratione. Nec iniuria præstantissimus Rex iniusto exactori indignabatur: sciebat.n. seueram numinis vltionem solere subsequi hanc iniustitiam, quã per Prophetam Michæam testatur Deus, his verbis: Audite Principes Iacob, &c. qui violenter tollitis pelles eorum, &c. ob quod scelus pœnã subiungit: Sion quasi ager arabitur, & Ierusalem quasi aceruus lapidum erit, &c. Atq; ideo dictus Rex in testamento suo Philippum heredem, ac filium suum rectè monet in hæc verba. Fili mi, ante omnia in eã curam incumbe, vt Deum cultu & amore prosequaris; animo sis pio & humano erga mendicos & ærumnosos homines, illisq; pro viribus opem feras: iustus regni tui leges obserues; ne subditis tuis tributa imperes, aut imponas onera, nisi necessitas vrgeat, teq; manifesta vtilitas regni compellat; idque non vltro, sed graui de causa facias: si secus faxis, non Rex, sed tyrannus habeberis.

P. Ribadeneira lib. 2. de Principe Christ. c. 10. — Michæa cap. 3. — S. Lud. testam. q i thesauro Frãc. seruatur. — Tributa quando imponenda.

II. *Sacco pecuniæ ex tributis collectæ visi dæmones insidere.*

Polyder. li 8 hist. Angl. & Ribadeneira v. bi supra.

EDuardus III. Anglorum Rex, cum exactores tributi populo impositi aliquando ingentem aceruum pecuniæ ex eo tributo collectæ, delectandi ipsius gratia, coram adduxissent, ille subito dæmoné circa ipsum aceruum ludentem videre visus est, & ob id huiusmodi pecuniam vt rem funestam abhorres, illico auferri ab oculis, restituique populo iussit.

III. *Hilperici familia ob tributorum nouorum exactionem affligitur.*

Ex Annal. Reginonis monachi Prumensis lib. 1. an. 510.

HIlpericus Francorum Rex descriptiones nouas per consilium Fregundis in omni regno suo facit, vt vnusquisque possessor de propria terra de vno arpenne vnũ amphorã vini ad partem daret; & de iugere modium vnum. Vnde populus valde oppressus vociferabatur ad Dominum. Misit autem Dominus plagam in domum Regis, & ipse ægrotare cœpit, & duo filij eius mortui sunt. Rex perterritus descriptiones combussit, & tributum indulsit, anno Dominicæ incarnat. 510.

IV. *Tributum nouum non est facile imponendum miraculo demonstratur.*

Iacobus Meyer. Annal. Flandricarũ lib. 16. an. 1441. Miraculum.

ANno Domini 1441. conchæ (vulgo mussel en) apud Slusam, postquam earum collectioni impositũ esset quoddam genus vectigalis, nõ comparuerunt, sed cessarunt affluere. Quæ res loco certi miraculi habita: nam postquam sublatum est tributum, rursus aduenerunt.

V. *Guilelmus Anglorum Rex vectigalia Ecclesiasticis imponit auaritia motus.*

Raphael Volaterr. li. 3 Geogra. pag. 86.

GVilelmus iunior Anglorum Rex transacta tributi pactione cũ fratre Roberto natu maiore, cui Normãdiæ principatus obtigerat, quiq; contra eum iam exercitum ducebat, patri in regno successit. Auaritiæ maxima laborauit infamia, vt qui vectigalia Præsulum, templorumq; plurimorum vsurparet. Ex quo decedentis spiritus ab Eucelino viro sanctissimo dicitur visus corã sancto Albano Angliæ protomartyre pœnas scelerum dare.

Auaritiæ exemplũ

VI. *De vindicta diuinitus irrogata impijs quibusdam tributorum exactoribus.*

Ex gestis S. Niconis Bar. to 10. an. 967.

OPportunè admodum hic mihi describenda occurrit insignis vindicta diuina in iniquos tributorum exactores, de quibus sic res se habet in gestis S. Niconis Armeni: Venit cubicularius quidam ab Imperatore Nicephoro Phoca, aurei tributi causa missus; qui vt pecuniæ, turpisq; lucri percupidus erat, magnas cum cæteris ciuibus, tum sancto in primis cœnobio molestias exhibebat. Solent. n. ciuitatum imperia, & exactiones non æquis, & benignis, sed durioribus, vt plurimũ, & inhumanioribus delegari. Frustra autem monachi, quibus auri nihil erat, immitem ferumq; linire precibus studebant, qui aurum sitiens, velut aspis ad incantantium voces obsurdescebat, & tanquam spinarum sonum sub lebete (quod scriptum est) omnia illorum verba contemnebat. Quin & ferociùs insolescens, post atroces minas in carcerem eos detrusit, ac monasterium ipsum expilare, deprædarique vecors meditabatur. Quod cæteri audientes, qui in eo exercebantur, ad sanctum Niconem precibus exorandum se conuertunt, præsentemq; eius opem sine mera experti sunt. Etenim proxima nocte, minaci atq; indignabundo vultu ad cubicularium veniens S. Nicon, multis eum verberibus excepit: eo quod, inquiens, (eius. n. verbis vtendũ est) monasterij curatores, cum ipsi nihil deliquissent, vinculis mancipasti; quod nisi eos statim exemeris, acerbus præterea te vitæ exitus manet. Profuit palatino ad saniorem mentem hæc afflictio. Mane igitur & vinctos eduxit,

Vltio diuina in tributorũ impios exactores.

& ad templum properans, sacræ thecæ aduolutus cum lachrymis audaciæ suę veniam à Sancto petijt, discessurum extemplo Lacedęmone promittens, & ciuibus aurum, quod exegerat, relicturum. Quod re ipsa præstitit. Nam aureis * septuaginta duobus ad beati locum abiectis, conscenso equo, protinus abscessit.

* septingentis.

VII. *Iniuriosus Turon. Ep. Clotharium reprehendit præter modum bona Ecclesiæ taxantem.*

Greg. Turon. de gest. Frãc. li. 4. cap. 2. Turon. 7. 40. Iniuriosi p libere dictũ ad Regẽ ecclesia ita asserit.

Clotharius Rex indixerat, vt omnes Ecclesiæ regni sui tertiam partem fructuum fisco soluerent. Quod licet inuiti sancti Episcopi cõsensissent atque conscripsissent, viriliter hoc Beatus Iniuriosus respuẽs, subscribere dedignatus est, dicens: Si volueris res Dei tollere, Dominus regnum tuum velociter auferet; quia iniquum est, vt pauperes, quos tuo debes alere horreo, ab eorum stipe tua horrea repleantur. Et iratus contra Regem, nec valedicens, abscessit. Tunc commotus Rex, timẽs etiam virtutem Beati Martini, misit post eum cum mulieribus, veniam petens, & hoc quod fecerat, damnans, simulque rogans, vt per virtutem Beati Martini Antistitis exoraret.

VIII. *De seditione, & insolentia apud Antiochenos ob nouam vectigalium constitutionem orta.*

Theodoret. hist. l. 5. c. 19. ...c. 43.

Theodosius Imperator, fisco suo propter frequentes bellorum sumptus exhausto, tributum nouum, præter solitum ciuitatibus imposuit. Et alij quidem vbiq; locorum tributarij populi pẽsionem eam, quamuis extraordinariam, cõferebant. Antiochenus autem populus non tulit vectigal nouum. Et cum exactores cerneret cum pleraque alia facere, tum ex ciuibus quosdam suspendere, nonnullos crudeliter trahere, alios in vincula conijcere, seditionem mouit, multaque & fecit, & dixit pertumultum, quæ vulgus solet, vbi occasionem ad ordinem tollendum, & rerum omnium confusionem inducendam arripuit. Postremo vero Imperatricis quoque Placillæ (hoc.n. illius nomen erat) statuã ęream suo loco imprudẽter deiectam, & funi pedibus adaptatam, per multas vrbis partes traxit, & pro ea atq; plebs furẽs atque indignans assueuit, contumelijs magnis, quas dicere opus non est, affecit. Qd flagitium postquam Imperator patratum audiuit, grauiter in eum populũ excanduit; & sicuti par erat, quæ antiquitus obtinebant priuilegia, illis ademit, atque ea vicinæ vrbi concessit. Eo.n. malo ægrè se admodum Antiochenis facturum se putabat. Iamdudum namq; Laodica inuida ęmulatione aduersus Antiochiam tenebatur. Comminatus præterea illis est, se vrbem eam incensurum, ornamẽta omnia vetustatis ei adempturũ, in vicum eam mutaturum, & aratro proscissurum. In animo etiam habuit, multos ex Antiochenis neci dare, & castigare, ne postea tale quid admittere in animum inducerent. Qui vero ibi cum potestate magistratus rem administrabant, nonnullos, qui facinus tantũ ausi fuerunt, comprehensos prius necarũt, quam Imperator factũ id resciret. Et Imperator mandauerat quidẽ, & tam graues pœnas minatus fuerat; sed eas ad rem non contulit. Obstabat enim ei Ambrosij lex. Porro vrbis multitudo sola grauium rerum fama cõsternata, furore relicto in pœnitentiam incidit, & perinde atq; ob oculos versari videret, quæ in expectatione erant mala, altiùs suspirans, & lachrymarum vim profundens, Deo supplicauit, vt ferocientem Imperatoris animum compesceret, & tãopere excitatam iram mitigaret. Et publicas peragens supplicationes, carmina quædam luctuosa, & ad commiserationem mouendam composita, numeroso concentu cantauit. Episcopum autem suum diuum Flauianum, qui pro eis deprecaretur, ad Imperatorem oratorem misit, cuius arte Imp. ira fuit planè mitigata.

Antio... seditio... alio.

In statuam Placillæ Augustæ sæuiũt Antiocheni. Theodosius in Antiochenos ira.

Profuit ipsis lex Theodosij, quam ex præscripto D. Amb. tulerat. Antiochenorũ pœnitentia.

TIT. XV. De Luxuria.

Gen. c. 6. *Propter Luxuriæ peccatum diluuiū orbi vniuerso inductum est.*

Gen. c. 34. *Propter idem peccatum Sodoma, & Gomorra igne & sulphure consumptæ sunt.*

Iudic. c. 19. et 20. *Tota tribus Beniamin ad internecionem deleta.*

Occasione vxoris Leuitæ à viris Belial incredibili libidinis furore vexatæ occisa sunt plusquam sexaginta quinq; millia hominum.

2. Re. 13. *Amon ex amore turpi & luxurioso infamatus est.*

EXEMPL. I. *Abstinentes à mulieribus loquuntur abscissis linguis; dediti mulieribus priuantur eo dono.*

Euagr. l. 4. hist. Eccl. c. 14. NArrat Euagrius libro quarto Ecclesiasticæ historiæ, Libycos Episcopos ab Arrianis linguæ abscissionē passos fuisse, eosq; Constantinopolim profugisse, ibique perinde locutos exscissis radicitus linguis, articulata voce, ac si nihil tale perpessi fuissent, Procopio eos audiente: Miraculi autem veritatem inde patere, quod dum à mulieribus abstinerent huiusmodi Episcopi, gratiā locutionis seruarunt semper; at vbi eorū aliqui sunt mulieribus cōmisti, tanto dono priuati sunt.

II. *Lenones puniuntur, castitas seruatur.*

In vita eius apud Sur. CVm Dux quidam Barbarus iussisset sanctam Flauiam tradi quibusdam lenonib. de exercitu suo corrumpendam, sancta virgo in proposito firma, suspiciens in cœlum, ait: Deus, qui sedes super Thronos, & iudicas æquitatē, esto mihi in Deum protectorem, & in locum refugij, vt saluum me facias. Surrexit in me iudex iniquus, mordens carnes meas canina rabie, misit truces manus ad verbera, pedibus appensa sum, fustibus acerrime verberata sum, omnibus membris crudelissimè torta sum, fumus horridus sub me administratus est, impinguatur Dux sæuus sanguine meo, tuus est amor, tua est fidelitas, pro te hæc patior omnia: respice in me sancte Deus Sabaoth, ne polluant inimici famulam tuā, ne dicant, Præualuimus aduersus eā. Orauit, & ecce subito diuina virtus super virginē sanctam respiciens, suo illam munimine sensit. Nā cum à Ducis imperium lenones sanctam virginē Flauiam vellent stuprare, vim ei inferre volentes, quicunq; manus ad eā contingendam misissent, stupebant nerui eorum, & arefiebāt manus & brachia illorum, & præ dolore ex intimo corde mugitum reddebant. Ipsa autem beatissima virgo Flauia cum fuisset cum fratribus suis multoties cæsa, & pro Christi nomine torta, & diuersis supplicijs affecta immobilis in Christi fide permansit.

[Margin: Oratio S. Flauiæ virginis. — Exauditur oratio, & S. Flauia à periculo liberatur. Pœnale nonū volentium stuprare s. Flauiā.]

III. *Diabolus potestatem exercet in impurum & obscœnum iuuenem: Angelus seruat castam Agnetem, & suscitat ad eius orationem improbum.*

D. Amb. li. 4 epist. CVm Symphorianus tyrannus beatam Agnetem à fidei & castitatis constantia auertere non potuisset, tandem lupanar ei parari iubet, quo ingressus est eius filius, qui puellam perditè amabat, cum sodalibus suis, iuuenculis, vt ibi libidinis suæ ludibriū exerceret. Videns autem lumen circa puellam ibi orantem, non dedit honorem Deo, sed irruēs in ipsum lumen, priusquam vel manu eam cōtingerer, cecidit in faciā suam, & præfocatus à diabolo expirauit. Videntes autem socij eius, quod moras intus faceret, putabāt eum obscœnis operibus occupati. Et ingressus est vnus ex iuuenibus, qui ei familiarior erat, vt congratularetur insultationi eius, & mortuum eum inueniens exclamauit voce magna, dicens. Pijssimi Romani succurrite, ma-

[Margin: B. Agnes à Symphoriano ad Lupanar ducitur. Symphoriani filius à diabolo strangulatur, qd B. Agnetē cōstuprare vellet.]

gicis artibus ista meretrix præfecti filium interfecit. Fit repente concursus populorum ad theatrum, & varia furentis populi acclamatio. Alij dicebāt magam, alij innocentem, alij sacrilegam conclamabant. Præfectus autem audiens filium suum interijsse, cū ingenti tumultu venit ad theatrum. Et ingressus locū, in quo corpus filij eius iacebat exanime, cum ingenti clamore dicebat: Crudelissima omnium fœminarū ad filium meū voluisti apodixen magicen tuæ artis demonstrare? Et cū talia atq; alia huiusmodi verba repeteret, & causam mortis eius ab ea inquireret, ait ad eū beatissima Agnes: Ille, cuius voluntatē volebat perficere, ipse in eū potestatem accepit. Quare autem omnes qui ad me ingressi sunt, sani sunt? Quia vniuersi dederūt honorem Deo, sicut misit Angelum suum, & induit me hoc misericordiæ indumento, & custodiuit corpus meū, quod ab ipsis cunabulis Christo cōsecratum est & oblatum. Videntes ergo splendorē angelicum adorabant omnes, & abscedebant illæsi. Hic autem impudens statim vt ingressus est, sæuire cœpit & fremere: cumque manum suam ad me contingendū aptaret, dedit eum angelus Dñi in reprobam quam conspicis mortem. Dicit ei Præfectus: In hoc apparebit, quia nō magicis artibus ista gessisti, si deprecata fueris istum angelum vt restituat mihi filiū meum sanū. Cui beata Agnes dixit: Licet fides vestra hoc nō mereatur impetrare à Domino, tamen quia tempus est, vt virtus Domini mei Iesu Christi manifestetur, egredimini omnes, vt solitam ei orationem offeram. Cumq; vniuersi fuissent egressi, prosternens se in faciem planam rogare cœpit Dñm vt iuuenē resuscitaret. Orante autē illa, apparuit angelus Dñi, qui eleuauit eā flentem, & confortans aīum eius iuuenē suscitauit. Qui egressus foras cœpit voce publica clamare & dicere: Vnus Deus in cœlo & in terra & in mari, qui est Deus Christianorum.

S. Agnes causam dat cur soli præfecti filius fuerit occisus.

Præfecti filius ad orationē B. Agnetis à morte resuscitatur.

IV. *Luxuriosus blasphemans, & impœnitens emittit spiritum.*

Refert Vincentius in speculo morali de quodam magno Comite, quod cum inter alia flagitia fuisset enormiter luxuriosus, arripuit eū grauis infirmitas, ex qua intumuerunt eius genitalia ad modum ollæ grandis, in quibus grauissimē afflictus Deum præ doloribus blasphemabat, & aliquando dicebat, se ideo talia in ijs locis pati, quia de membris illis enormia egerat; nec tamen de hoc pœnitens veniam petebat, sed blasphemans fortius immundum spiritum emit, absque aliquo ecclesiæ remedio.

Lib. 3. spec moral dist. 3. par. 9.

V. *Terribile Dei iudicium in alium luxuriosum.*

De alio item maximo Principe, qui prædicto fuit contemporaneus; refert idē Auctor, quod is in vita sua sese effuderat in omne genus luxurię, vnde graui languore correptus, in tabefactionem, & desperationē & fętorē intolerabilem cecidit: cuius fœtoris magnitudinē domestici eius ferre nō valentes, præ cōfusione in cameris suis eum claudebant, & occultabant, nullum ad eū ingredi permittentes. Quędam autem persona multa familiaritate & affinitate ei coniuncta, cui non ausi fuerūt custodes resistere, trāsiens ostia, & custodias, ait: Ego volo scire, quomodo sit Dño vestro, & intrans cameram inuenit eum solū super cubile suum, quasi super quatuor pedes procumbentem, & oīa interiora cum intestinis, & fæcibus & fœtore maximo emittentem, & sine aliquibus pęnitētiæ signis aīam exhalantem. Quod sui occultantes, alia finxerunt. Hoc aūt terribile genus mortis vidit & sciuit ille, qui sic eum inuenit, vir Deum timens, & iudicio diuino perterritus, aliquib. Deum timentibus reuelauit. Sicut autem illi duo Principes contemporanei fuerunt in vita & in morib. cōformes, ita in morte, & creditur, qd in pœna.

Idē ibid.

Miserrimus luxuriosi Principis exitus.

TIT. XVI. De inuidia.

Gen. 4. *Inuidia motus Cain fratrem suum Abel occidit quādo vidit munera eius acceptari à Deo, & non sua.*

Gen. 26. *Palæstini inuidentes Isaac, quod ita benediceretur à Domino, puteos eius obstruxerunt.*

Gen. 30. *Filij Iacob inuidebant fratri suo Ioseph, nec poterant ei quicquam pacifice loqui, quod à patre plus alijs diligeretur.*

1 Reg. 26 *Inuidia Saulem adegit, vt sanctissimum Dauidem hostili odio persequeretur, nec vllum ei respirandi vel tempus, vel locum daret; quod cantatrices mulieres mille tantum hostium victoriam illi, Dauidi autem decem millium præberent.*

Num. 16. *Inuidia quoque fecit, vt Dathan & Abiron populum in deserto aduersum Moysen concitarent, quos nouo & inaudito supplicij genere terræ hiatus absorbuit, corpusque simul cum anima in tartara præcipitauit.*

Hester. 7 *Aman Agagites inuidens gloriæ Mardochæi, quæsiuit ab Assuero rege, deleri totum genus Iudæorum, et ipsum Mardochæum in ligno præparato suspendi; sed mediante regina Hester versa est sententia contra eum, vt illo die suspenderetur in ligno ab eo præparato, et omne genus suum inimici Iudæorum occisi sunt illo die.*

Denique inuidia, omnium, quæ vnquam in mundo contigerunt, teterrimum facinus commisit, cum ipsum Dei Filium, mundique Saluatorem atrocissima et indignissima nece in Crucem sustulit.

EXEMPL. I. *Belisarius ad summos honores euectus per æmulos ad summam redigitur miseriam.*

Procop. l. 2. bello BElisarius summus Iustiniani Imp. præfectus, vir manu strenuus, atque animi magnitudine, alijsq; virtutibus nemini sua ætate comparandus, Gothos aliquoties Vrbe, Italiaq; pepulit, & profligauit, Persas, Alanos, & Vādalos insigni robore repressit; quorum Regem Gelimerū in triumphum Constantinopolim duxit: itaque Africam rursum adiecit Imperio Romano. Quibus rebus sic præclarè gestis, vt Iustinianus Imperator ei meritū virtutis præmium repræsentaret, præter infinitos honores illi delatos, monetam cudi curauit argenteam, in cuius altero latere imago impressa fuit Iustiniani, in altero Belisarij, cum hoc elogio: Belisarius decus Romanorum. Hunc tamē tot & tantis honoribus ornatum, propter leuem & friuolā affectati regni suspicionem, ab æmulis gloriæ suæ suscitatam, non tantum omnibus honoribus, opibusq; priuauit; sed etiam erutis oculis eò calamitatis induxit, vt è vili tuguriolo stipem sibi mendicare coactus sit, inquiens; Date obulum Belisario, quem virtus extulit, inuidia obcæcauit. Quam historiam Ioannes Græcus iambicis versibus his complectitur:

Pers. Cedrenus.

Belisarij facta bellicosa vi gloriaque notabilia.

Eiusdem sors fortissimica sua miserrimus.

Iste Belisarius Imperator magnus,
Iustinianeis existens temporibus
Imperator,
Ad omnem quadrantem terræ cum
explicuisset victorias.
Postea inuidia excæcatus (ò fortunam miserabilem?)
Poculum ligneum detinens, clamabat plebi in stadio.
Quem fortuna quidem clarum fecit, excæcauit inuidia.

II. *Narses per inuidiam accusatur.*

NArses cartularius quondam Iustiniani Imperatoris, pro bono seruitio factus Patritius, Torilam Regem Gothorum occidit. Gentemq; Gothorum de Italia exterminauit. Cum iam securus Italiam teneret, Romani per

Vrsperg. Abbas in chron. an. Do. incarn. 565.

per inuidiam accusationem aduersus eum dixerunt Iustiniano Augusto, & Sophiæ vxori eius, dicentes: Melius esset nobis seruire Gothis, quam Græcis, vbi Narses castratus imperat, & nos seruitio premit, & noster sanctissimus princeps hoc nescit. Aut libera nos de manu eius, aut certe ciuitatem Romanã, & nosmetipsos gentibus trademus. Audiens hoc Narses scripsit ad Augustum dicens: Si malè feci cum Romanis, malè inueniam. Sed Augustus ira commotus aduersus Narsetem, Longinum statim Præfectũ misit in Italiã qui locum Narsetis teneret. Sophia quoque Augusta inter alia verba Romanis sic scripsit de eo: Ponam illum castratum in gynæo, vt pensam filet lanam cum puellis. Ad hæc Narses respondit: Talem eidem ordiar telam, vt quamdiu vixerit ipsa Sophia, non possit deponere eam.

Narses apud Iustinianũ Imp. accusatur.

Narsetis ad Sophiã Augustã responsio.

III. *Inuidus calumniam in fratrem inijciens à dæmone corripitur.*

QVa pœna interdum mulctetur inuidus, hoc exemplo ex Ioanne Cassiano declarabo. Paphnutij iuuenis sanctissimi vrtuti inuidens quidã è numero fratrum, eiusmodi dolũ commentus est. Isidoro monasterij superiori questus est codicem sibi ereptum, rogatque, vt in singulorum fratrũ cellis quæratur. Tres seniores designantur, qui quærant. Reperitur tandem in cella Paphnutij sub palmarum plexis (ibi enim inuidus ille eum abdiderat.) Palam proditur in ecclesia, vbi omnes conuenerant: Paphnutius, licet innocens, non se purgat, sed satisfactioni totum tradit, & ad limina ecclesiæ per duas hebdomades supplex se abijcit, noxam deprecatus. Quibus elapsis à sæuo dæmone inuidus ille frater arripitur, immaniterque dirnexatur: sed nec ab vllo seniorum eijci potuit, quia Christus gloriam illam soli reseruarat Paphnutio cui, calumnia struđa erat, qui facile eum exturbauit.

Io Cassi. Collat. 18. c. 15.

IV. *Inuidi occidunt vrsum sancti, & ipsi morbo intereunt.*

IN Nursinæ partibus prouinciæ duo viri in vita atq; habitu sanctæ conuersationis habitabant, quorum vnus Eutychius, alter vero Florẽtinus dicebatur: sed idem Eutychius in spirituali zelo atq; in feruore virtutis sese exercuerat, multorumq; animas ad Deum perducere exhortando satagebat: Florentius vero simplicitati, atq; orationi deditam ducebat vitam. Non lõge autem erat monasterium, quod rectoris sui morte erat destitutum, ex quo sibi monachi eundem Eutychium præesse voluerunt. Qui eorũ precibus acquiescens multis annis monasterium rexit, discipulorumq; animas in studio sanctæ cõuersationis exercuit. Ac ne oratorium, in quo prius habitauerat, solum remanere potuisset, illic venerabilem virum Florentium reliquit: in quo dũ solus habitaret, die quadam in sese orationem dedit, atq; ab omnipotenti domino petijt, vt ei illic ad habitãdũ aliquod solatium donare dignaretur. Qui mox vt impleuit orationẽ, oratoriũ egressus ante fores vrsum reperit stantem. Qui dum ad terrã caput deprimeret, nihilque feritatis in suis moribus demonstraret, apertè dabat, intelligi, quod ad viri Dei obsequium venisset, quod vir quoq; Domini protinus agnouit. Et quia in eadem cella quatuor vel quinq; pecudes remanserant, quibus omnino deerat qui pasceret & custodiret, eidem vrso præcepit, dicens: Vade, atq; oues has ad pastum eijce; ad horam vero sextam reuertere. Cœpit itaq; hoc indesinenter agere. Incumbebat vrso cura pastoralis, & quas manducare consueuerat, pascebat oues bestia ieiuna. Cum vir Domini ieiunare volebat, ad nonam præcipiebat vrso eadem hora cum ouibus reuerti; cum vero noluisset, ad sextam. In omnibus itaque mandatis viri Dei obtẽperabat vrsus, vt neq; ad sextam iussus redire veniret ad nonã, neq; ad no-

Greg. li. 3 dialo. cap. 15.

Florentio à Deo postulanti mox vrsum obtinet.

Florẽtius Vrsũ pascedu oues pr. ficit.

Vrsi obedientia.

nonam iussus redire, veniret ad sextã. Cumq; diu hoc ageretur, cœpit in loco eodem tantæ virtutis fama longe lateq; crebrescere. Sed quia antiquius hostis, vnde bonos enitescere cernit ad gloriã, inde peruersos per inuidiam rapit ad pęnã; quatuor viri ex discipulis venerabilis Eutychij vehementer inuidentes, quod eorũ magister signa non faceret, & is qui solus ab eo relictus fuerat, tanto hoc miraculo clarus appareret, eundem vrsum insidiantes occiderunt: cũq; hora, qua iussus fuerit, non rediret, vir Dei Florentius suspectus est redditus, & vsq; ad horam vesperã expectans, affligi cœpit, quod is quẽ ex simplicitate multa fratrem vocare consueuerat, vrsus minimè reuerteretur. Die vero altera perrexit ad agrum, vrsum pariter, ouesq; quęsiturus, qua occisum reperit. Sed sollicitè inquirens, citius a quibus fuerat occisus inuenit. Tunc sese in lamentum dedit, fratrum malitiam magis quam vrsi mortem deplorans. Quem venerandus vir Eutychius ad se ductum consolari studuit; sed idem vir Domini coram eo doloris magni stimulis accensus, imprecatus est, dicens. Spero in omnipotenti Deo, quia in hac vita ante oculos omnium ex sua malitia vindictam recipient, qui nihil se lædentem vrsum meum occiderunt. Cuius vocem protinus vltio diuina secuta est. Nam quatuor monachi, qui eũdem vrsum occiderant, statim elephãtino morbo percussi sunt, vt membris putrescentibus interirent. Quod factum vir Dei Florentius vehemẽter expauit, seque ita fratrib. maledixisse pertimuit. Omni.n. vitæ suæ tpe flebat quia exauditus fuerat: se crudelem, se in eorum morte clamauit homicidã.

Vrsus ex inuidia insidiosè occiditur

Florentius inuidia vrsi occisoribus vltionem diuinã imprecatur.

Vrsi occisores elephantino morbo diuinitus percussi.

V. *Inuidia etiam virtutes & virtute præditos persequitur; sed charitas omnia vincit, & Deus pro suis pugnat, & illi vindicta linquenda.*

Idẽ li. 2. cap. 8.

CVm iam monasteria S. Benedicti in amorem Domini Dei nostri Iesu Christi longè, lateque feruescerent, & secularem vitam multi relinquerent, & sub leni redemptoris iugo ceruicem cordis edomarent: sicut mos prauorũ est inuidere alijs virtutis bonũ, quod ipsi non habere appetunt: vicinę ecclesię Florentius nomine huius nostri subdiaconi Florentij auus, antiqui hostis malitia percussus, sancti viri studijs cœpit æmulari: eiusq; cõuersationi derogare, quousq; etiam posset ab illius visitatione compescere. Cum iam se conspiceret eius profectibus obuiare nõ posse, & conuersationis illius opinionem crescere, atq; multos ad statum vitæ melioris ipso quoq; opinionis eius præconio indesinenter vacare: inuidiæ facibus magis magisque succensus deterior fiebat: quia cõuersationis illius appetebat habere laudem, sed habere laudabile vitam nolebat. Qui eiusdem inuidiæ tenebris cęcatus ad hoc vsq; perductus est, vt seruo omnipotentis Dei infectum veneno panem quasi pro benedictione transmitteret. Quem vir Dei cum gratiarum actione suscepit sed eum, quæ pestis lateret in pane, non latuit. Ad horam vero refectionis illius ex vicina silua coruus venire cõsueuerat, & panẽ de manu eius accipere. Qui cum more solito venisset; panem quẽ presbyter transmiserat, vir Dei ante coruũ proiecit, eiq; pręcepit dicens: In nomine Iesu Christi Domini nostri tolle hunc panem, & tali eum in loco proijce, vbi à nullo hominum possit inueniri. Tunc coruus aperto ore, expansis alis circa eundem panem cępit discurrere, crocitare, ac si aperte diceret & obedire se velle, & tamen iussa implere non posse. Cui vir Domini præcipiebat iterum atq; iterum dicens: Leua, leua securus, atq; ibi proijce, vbi inueniri non possit. Quem diu demoratus, quandoq; coruus momordit, leuauit, & recessit. Post trium vero horarũ spatium abiecto pane redijt, & de manu hominis Dei annonam quã consueuerat accepit. Venerabilis autem Pater

Inuidia fine suo frustrata meque accensa.

Liuidi Florentij facinus.

Corui obed ètia & gestus miraculosi.

contra vitam suam inardescere sacerdotis animũ videns, illi magis quam sibi doluit: sed prædictus Florentius, quia magistri corpus necare non potuit, se ad extinguendas discipulorum animas accendit: ita vt in horto cellæ, cui Benedictus inerat, ante eorum oculos nudas septem puellas mitteret: quæ corã eis sibi inuicem manus tendentes, & diutius ludentes, illorum mentes ad peruersitatem libidinis inflammarent. Quod vir sanctus de cella conspiciens, lapsumq; adhuc tenerioribus discipulis pertimescens, idq; pro sua solius persecutione fieri pertractans, inuidiæ locũ dedit, atq; oratoria, & cuncta quę construxerat, substitutis præpositis adiunctis fratribus ordinauit, & paucis secum monachis ablatis habitationẽ mutauit loci. Sicque vir Dei eius odia humiliter declinauit, quem omnipotens Deus terribiliter percussit. Nã cum prædictus presbyter stans in solario Benedictũ discessisse cognosceret & exultaret perdurante immobiliter tota domus fabrica, hoc ipsum tantũ in quo stabat solarium cecidit, & Benedicti hostẽ conterens extinxit. Quod vir Dei discipulus Mauros nomine, statim venerabili Patri Benedicto, qui adhuc à loco eodem vix decem millibus aberat, æstimauit esse nunciandũ, dicens: Reuertere: quia presbyter, qui te persequebatur, extinctus est. Quod vir Dei Benedictus audiens, sese in grauibus lamẽtationibus dedit, vel quia inimicus occubuit, vel quia de inimici morte discipulus exultauit. Qua de re factum est, vt eidem quoq; discipulo pęnitentiã indiceret, quod mãdans talia gaudere de inimici interitu pręsumpsisset.

Florentij fascinum obscanũ.

Malorũ vindex Dominus inuidiã hominis extinguit.

VI. *Inuidia discordiæ causa est, & actiones Reipublicæ vtiles impedit.*

ANno Domini 1118. Philippus Frãcorum Rex peruenit ad obsidionem Acon: post cuius aduentum aliquantis diebus transactis, Richardus Rex Angliæ, deuicta insula Cypri, & bonis omnibus spoliata, ad eandem obsidionem peruenit. Venit autẽ cum eisdem regibus, omniũ incentiua malorũ, filia diaboli, potentissima regina inferni, Discordia: & sedit in medio eorum cum sorore sua primogenita macilenta & liuida, Inuidia scilicet: & tã ipsos Reges, quam totum Christianorum exercitum, in diuersas voluntates & actiones distraxit. Cum enim Francorum Regi pugna contra ciuitatem placeret, Anglico displicebat, & quod placebat Anglico, displicebat Franco: & in tantum huiusmodi aucta est discordia, quod fere inter se intestinum mouerent bellum; & inter omnes alios principes & Barones, duorum Regum effusa est discordia.

Abbas Vrsperg. ; Chron sub an. 1118.

Discordia filia diaboli.

Inuidia primogenita soror discordia.

VII. *Inuidia curatur infirmitate.*

QVidã ex antiquioribus fratribus, qui veteri odio plurimum infestus erat Anselmo Cãtuariensi Episcopo, nec poterat vllatenus super eũ respicere simplici oculo, infirmitate pressus ad extrema est perductus. Cũque fratres meridie in lectis ex more quiescerent, ipse in domo infirmorum iacens, cępit miserandas voces emittere, & quasi quorumdã horrendorum aspectus subterfugere gestiret, & pallens & tremens vultum suũ delitescẽdo hinc inde commutare. Territi fratres qui aderant, quid haberet quærebant. At ille: Geminos immanes lupos inter brachia sua me tenere compressum, & guttur meum impressis dentibus iam iam suffocare videtis, & quid mihi sit quæritis? Quo audito vnus ex eis ad Anselmũ, qui in claustro emendandis libris intẽdebat, cõcitus perrexit, & ei extra claustrum educto, quid circa infirmum fratrem ageretur, patefecit. Tunc ille in secretiorem locũ solus secedens, post modicum domũ, in qua iacebat infirmus, ingrediens, leuata manu signum Crucis edidit dicens: In nomine Patris & Filij, & Spiritus sancti. Ad quod factũ statim ęger conquieuit, & exhilarato vultu intimo cor-

Specul. historia. Vincent. lib. 25. c. 69.

Infirmitas signo crucis curata.

cordis affectu Deo gratias agere cœpit dicens, Quod Anselmo ostium ingrediente, & extensa manu signum sanctæ Crucis edente, vidit ex ore eius flammam ignis ad modũ lanceæ procedentem, quæ in lupos iaculata eos deterruit, & celeri fuga dilapsos procul abegit. Tunc Anselmus fratrem de salute animæ secretius alloquens, ad pœnitentiam & confessionem cor eius inclinauit. Paterna dehinc auctoritate absolutum, dixit, hora qua fratres ad nonam surgerent, præsenti vita decessurum: quod & factum est.

VIII. *Odium deponendum, ne Deus vlciscatur.*

Th. Cantipr l. 2. apum c. 18. p. 2. Venerabilis Iacobus de Vitriaco crucem Hierosolymitanam ob salutem multorum in Brabantia prædicauit. Contigit autem, vt pacificaturus quadam die mortales inimicitias; iniuriam passum, primo suppliciter, deinde prostratus pedibus eius, semel, iterum, & tertio cum multitudine populi præsente rogaret, ne proficeret in rebellem. Conuersus igitur ad populum dixit: Palam omnibus contestor vos: quia qui spernit nos, spernit & eum qui misit nos. Rogate ergo Dominum, vt tale signum ostendat in hominem obstinatum, quo cunctis præsentibus pateat eum hostiliter contra se, in retentione odij contra proximum, hoc egisse. Nec mora, vbi vir *Obstinatũ odiũ Deo vindice punitum.* sanctus orationem expleuit, miser ille euersis oculis, semel, iterum, & tertio in terram corruit: oreque crurorem spumans & saniem, horroris maximum spectaculum & piaculum omnibus præbuit. Tunc flente populo, vir reuerendus fusa prece prostratum erexit. Qui mox integerrime sospitatus, vbi ante se inimicum vidit, quasi aliquid amicissimum rogaturus, cum lacrymis veniam petiuit, ruensque in oscula eius, ad lacrymas & laudem Christi omnium corda commouit.

IX. *Quam egrè curetur odium hoc exemplo demonstratur.*

Noui aliquando militem multum in armis strenuum de Episcopatu Cõstantiensi. Hic misericors in pauperes, pius in ecclesias, & sacramentis ecclesiasticis satis affectus extitit. Acci- *Io. Nyder. S. Theol. Doctor. l. 4 Formicarij c. 3* dit autem, vt quidã alius sibi iniuriam faceret potentia forte equali vallatus. Iratus est igitur læsus, & ira creuit in odium, factaque est trabs de festuca. Quod miles intuens, sauciatã videlicet esse propriam animam liuore vindictæ, confessorem prudentẽ adijt, videlicet Fratrem Conradum de Prussia *Liuor vindictæ animã sauciat.* nostri ordinis primum reformatorem in Theutonia, virum omni laude dignum. Qui postquã intellexit animam pœnitentis esse vulneratã ad mortem, ait: Domine nisi dimiseritis proximo delicta, rancorem scilicet, salua vestra iustitia, quã corã legitimo iudice prosequi iuste poteritis, nec vobis dimittere possum vestra peccata. Suasit itaque Pater amico quæ potuit, sed nihil vel modicum profecit, nisi quod reus se patienter sustinuit. Nam confessor eũ nõ absoluit, sed stigmatibus Christi quinque & insignis passionis eius, *Odij curatio & difficilis.* pro gratia impetranda, quæ cor durũ emollirent, quinq; orationes dominicas quotidie dicere iniunxit. Recessit igitur miles satis tristis & impęnitens, licet iniuncta deuote perficeret. Et vix sex menses elapsi sunt (vt mihi sponte fassus est) quãdo redijt compunctus, & contritus beneficium pœnitentiæ integrè habere meruit à patre præfato.

TIT. XVII. De Gula & Ebrietate.

Noe immodice bibens vinum de vite, quam plantauerat, inebrietatus, & turpiter nudatus, à filio Cham derisus est in tabernaculo suo. Gen. 9.

Loth, quem Sodomorum & Gomorrhæorum impietas vincere non potuit, à vino victus geminum commisit incestum. Gen. 19.

Iudic. 16 *Sampson repletus vino per meretricem hostibus traditus est.*

Iudic. 16 *Epulantibus Philistæis & lætantibus domus recidit super eos.*

3. Reg. 20. *Benadab Rex Syriæ temulentus in tabernaculo suo habebat maximam multitudinem bellatorum, & tamen victus fuit, & fugatus per pueros principum prouinciarum.*

Iudic. 11. *Holophernes iacens in lecto nimia ebrietate sopitus, à Iudith capite truncatur.*

Luc. 16. *Diues epulo ob excessum in potu ne guttulam aquæ post hanc vitam habere meruit, inquit Chrysostomus.*

EXEMP. I. *Abundantia vini vitæ nocumentum.*

Gre. Tur. hist. Fräc. li. 5. c. 40. EOnius Episcopus Andegauensis à Clodoueo Rege ad Britannos legationis causa missus, ad ciuitatem suam regredi non permissus, vt Andegauis pasceretur de publico, à rege præceptum est, Qui Parisios adueniens, dum die Dominica sacrosancta solemnia celebraret, emissa cum hinnitu voce terræ corruit. Erumpente vero ab ore eius & naribus sanguine, inter manus deportatus est: sed conualuit: nimium enim vino deditus erat, & plerumque ita deformiter inebriabatur, vt gressum facere non valeret.

II. *De duobus gulæ valde deditis horrenda morte castigatis.*

Thomas Brabantinus in Apiario li. 2. c. 12 nu. 5. THomas Cantipratensis loquens de Prælatis, qui lautius viuunt, quam par sit, hoc affert exemplum, quod suo tempore in Francia cõtigit. Erant, inquit, duo senes monachi, ab ipsis puerilibus annis pares in scelere, dissoluti valde, in monastica obseruantia enutriti. Hi sibi plures ex iuuenibus, in immunditia assidui, quotidie copulabãt, seorsum vacabãt epulis, risibus & cantibus: exultabant, innocentibusq; ac simplicibus detrahebant. Cum de eorum insolentijs conuentus quotidie non mediocriter turbaretur, nec esset qui corrigeret delinquentes, vidit Dominus & ad iracundiam cõcitatus est. Vix. n. finit turbationem piorum claustralium inultam. Accidit igitur quodã vespere, vt secundum consuetudinẽ suam esculento ore ad voraginem inhiarẽt. Vix ori cibis appositis quartum aut quintum morsellum manus obtulerat, cũ ecce vnus prædictorum senum subita ingluuie strangulatus, euersis statim oculis expirauit. Territi igitur omnes qui consederant surrexerũt. Nec diu post superstes vetulus, socij animaduersione nõ fractus, licet ad momentum horruisset, sicut porcus occiso à carnifice porco, resumpta audacia resedit ad mensam. Et cum enormi crapula sic est repletus, vt amẽs penitus portaretur ad lectum, & quasi brutum animal, expirauit. Horrore ergo omnes exemplorum talium perturbati, vitam suam & mores in melius mutauerunt, communemque vitam & cibum strictissime seruauerũt. Gulæ deditis horrende puniuntur.

III. *De terribili vltione trium Baccho Libidinique indulgentium.*

P. Martin. Delrio lo. 2. disq. Magic. li. 3. p. 1. q. 7. ALiud huic per omnia simile referam, quod etsi recenti fere memoria multis notissimum, sine horrore tamen nequit memorari. Loci nomen taceo. In Flandriæ Comitatu Prioratus est: tres ibi nomine tenus monachi degebant, re ganeones, & cõcubinarij: sua cuiq; erat, nec pudor vllus aderat, simul helluari & libidinari: quadam die in serã noctem compotatione protracta, vnus, qui minus scelerosus; Sat, ait, Baccho Libidiniq; datum: Deo gratias saltem. Ego vero, subinfert alius procacior, cacodæmoni gratias ago, & agendas censeo, cui operamur: & cum risu mensa relicta ruit in cubicula. Singuli, cum scorto vix decubuerant, ecce tibi, in tricliniũ, vi ianua reserata, dæmon magni, atri, & trucis viri specie, habitu venatorio, & cum eo cociduo paruuli, obambulat, & lectos circumspicit toruo Impijssimũ Monachi cuiusdã dictum.

vul-

vultu, deinde horrenda voce, Vbi qui mihi gratias egit? adsum, referam. Lecto abstrahit pauitantẽ, & ferme præ metu animam efflantem. Traditum cocis iubet infigi veru, & luculento igne probe assari. Parent promptè: assatur infelix, emoritur planissimè, cæteri vero præ formidine assi corporis nidore cubiculum impletur. Demum venator ad superstites sub stragulis trepidãtes vix viuos; Digni vos etiam, ait, pari supplicio, nec deest voluntas mihi. Vetor vi maiore. Inuitus abeo, & moneo, resipiscite, aut manent terribiliora. Disparent laruæ, nec tamẽ his alij animus rediit vel vox, nisi clara iã luce. Vbi surrexere, collegã inueniunt mortuum, & (ne visum inane putes) plenè assum. Haud scio an ab aliquot sæculis quidquam ad exemplum vtilius acciderit: scio locum & Ordinem, sed vtrumque silentio inuoluo.

Horrẽda in monachos dissolutos vindicta

IV. *Presbyter primum abstemius dein sensim potui assuescẽs, tandem ob temulentiam à dæmone corripitur.*

Gre. Tur. hist. Frãc. l. 8. c. 34.

CVm Princeps tenebrarũ mille habeat artes nocendi, quid nuper gestum fuerit, pãdam. Vennocus Britto presbyteri honore præditus, tantæ se abstinentiæ dedicauit, vt indumento de pellibus tãtum vteretur, cibum de herbis agrestibus incoctu sumeret: vini vero tantum vas ad os poneret, quod magis putaretur libare osculo, quã haurire. Sed cum eidem deuotorũ largitas frequenter exhiberet vasa hoc plena liquore didicit, quod peius est, extra modũ haurire, & in tantum dissolui potione, vt plerũq; ebrius cerneretur: vnde factum est, vt inualescente temulentia, tempore procedente à dæmone correptus per energiam vexaretur in tantum, vt accepto cultro, vel quodcumque teli genus, vel lapidem aut fustem potuisset arripere, post homines insano furore discurreret: vnde necessitas exegit, vt catenis vinctus custodiretur in cellula. In hac quoque damnatione per duorum annorum spatia debacchans spiritum exhalauit.

Ebriosus à dæmone corripitur.

V. *Michael Imp. ex ebrietate multa indigna committens à Basilio fuit interfectus.*

CVm Michael Imperator III. se vino ingurgitare consueuisset, quo tẽpore ebrius erat, absurda multa fieri imperabat: alij enim aures amputari, alij nares, alij caput, quæ fieri Basilius vetabat, non tam alijs, quam sibi ipsi metuens. Vt igitur sibi ipsum obstare Michael nouit, cõtra ipsum tales molitur insidias. Cuidam præcepit, vt hastam iaceret verbo contra ferã, sed re contra Basilium, idque planè factum est. Nã moritur is qui iussus fuerat id facere, rem confessus fuit. Iecit igitur hic hastã, sed aberrauit, atq; Basilius seruatus est. Seruatus autem studuit potius aliquid committere, quam ipse pati: & ita Michael occiditur ad palatia diti Mamantis anno 1073. hora noctis tertia. Sed quomodo necatus sit, Zonaras ita rem narrat. Basilius de inferenda nece Michaeli consilio cum alijs cõmunicato: cum denuo Michael vino in cœna obrutus torperet, manuque ductus in cubiculum Regiæ, quæ est ad Diui Mamantis, somno profundissimo oppressus iaceret: egressus primũ claustra cubiculi Imperatorij confregit, ne fores à cubicularijs claudi possent, deinde cum coniuratis aduenit. Ijs autem, qui ante cubiculum excubabant, pauci adeo, percussores aditu prohibere conantibus, orto tumultu Imperator experrectus, quidã cum stricto gladio manus sustulit, quibus illi ambabus resectis, ad cæteros rediit. At Michael cum ex vino titubans, ebrietate, impediente, fugere non posset, miserabiliter eiulans iacebat. In quem alius quidem ex Basilianis, adhuc viuere conspicatus, insiliit, ensemque ita in eius pectus adegit, vt ventre etiam traiecto, intestina elaberentur.

Ex Curopal. & Zonar. Baro. to. 10. ann. 867 90. Michaelis Imperatoris ebriosi insolentia.

Michael Imper. à Basilio quomodo occisus.

VI. Zeno Imp. ex vino mente captus ab vxore in monumentum conijcitur & ibi moritur.

Io. Zonar. to. 3 Ann.

ZEno Imperator Orientis gulę & ebrietati deditus, errore mentis sic affici solebat, vt prolapsus à mortuo nihil differret. Cum vero ipsi etiam coniugi Ariadnæ inuisus esset, sic inebriatus pro mortuo in monumentum imperatorium ab illa cöiectus est, lapide maximo, qui pro operculo esset impositio, factusq; sobrius inter lamentationes & eiulatus misera & horrenda morte extinctus est, cum Ariadna prohiberet, ne quis monumentum aperiret, aut illum curaret.

VII. Horridum duorum potitantium exemplum, quibus dæmon collum effregit.

Pet. Thyræus de locu infest. p. 1. c. 39. ex Michaelu Isselt ann. Do. 1584.

POtest hic interseri exemplum horrẽdum, quod Michael Isselt refert contigisse anno 84. in Apeldorn Veluę pago. Duo nobiles Germani, inquit, pag. 1191. ordinibus militantes, inter se conuenerant, vt vino adusto sese tãdiu ingurgitarẽt, donec alter illorum expiraret. Si quis prior surgeret, in eũ diabolus potestatem haberet. Accidit dum strenuissimè hac lege potarent, mercatorem illac forte trãsire, quem, vt se tertium adiungeret, coegerunt. Inuitus ille huc inductus est, mortisq; metu. Paulo post malignus spiritus ingressus locum, vbi sedebant, vtrique ceruicem fregit.

VIII. De potatore, qui animam suam dæmoni vendidit, et ab eo vna cum corpore mox rapitur.

Th. Cantipr. li. 2 Ap. c. 56 p. 2.

MAgis horrendũ, quod refert Tho. Brabantinus: Sedebant, inquit, viri quidam in taberna, honesti quantum ad sæculum, & bibebant: Et cum incaluissent mero, cœperunt conferre de diuersis ad inuicem, & inuectus est sermo, quid futurum sit post-hanc vitam. Tunc vnus: Vanissime, inquit, à Clericis istis decipimur, qui dicũt animas sine corporibus viuere post ruinã. Hoc dicto, omnibus in risum concitatis, aduenit homo statura fortis & magnus; & residens cum illis, vinum postulat, bibit, quæritque, quis sermo sit inter eos. De animabus, inquit ille qui supra. Si quis esset qui meam vellet emere foro optimo darem eam, & de pretio eius in communi omnibus ad bibendum. Tunc cachinnantibus omnibus, ille qui superuenerat: Talem, inquit, mercatorem quæro, paratus sum eam emere, dicito, quanti dabis. Et ille elato vultu: Tanti, inquit. Mox conuenientibus eis in pretio, soluit emptor statim pecuniam, & lætantibus omnibus, biberunt pleno calice, non curãte ad primum illo, quod animam suam vendidisset. Vespere autem facto: Tẽpus est, inquit, emptor, vt quisque nostrum ad propria reuertatur. Vos tamen, antequam separemur, date iudicium. Si quis equum emerit capistri vinculo alligatum, nũquid cum equo in ius ementis cederet & capistrum? Cui omnes pariter responderunt, Vtique cederet. Nec mora, venditorẽ, quæstionis & responsionis horrore trementem, emptor cum anima & corpore vidẽtibus omnibus sursum leuauit in aera, & secum, vt certum est, ad inferna pertraxit: diabolus.n. erat in hominis specie. Quis enim alius se animarum diceret mercatorem, nisi ille, in cuius figura olim ad Abraham dictum est: Da mihi animas, cætera tolle tibi.

Alia immortalitatem et inferni pœnas pro nugis habet ebriosus. (margin: Alia imortalitatem et inferni pœnas pro nugis habet cyphariim.)

Ebriosus propriam animam dæmoni vendit.

IX. Horrendus exitus Phocæ Imperat. ex gula & ebrietate.

Michael Glycas 4 p. Ann. Byzant.

PHocas Imp. quum eo die, quo ludi equestres peragebantur, in edendo & bibendo modum excessisset, à plebe per ignominiam verbis huiusmodi notatus est: Rursus è * cauco bibisti, rursus mẽtem amisisti? Ob id conuicium complures morte multauit. Itaque quum viderent proceres, ac magistratus Reipublicæ, magnam hominum multitudinem multis affici malis, bona

* Poculi genus est a sono quẽ edit, effluente vino simul & aere.

Phocas temulentus irretitur. ...ita per publicationẽ adimi, capita præcidi, ad Aphricæ prętorem Heraclium litteras mittunt, qui precibus eorum motus, continuo classem parat, & cõtra Phocam proficiscitur, adferens secum illam imaginem Christi, quę manibus facta non erat. Hoc modo Phoca superato, Photinus quidam, vnus ex magnarum numero, cuius vxoris pudicitiæ Phocas antea struxerat insidias, subito in palatium irrrupit, & Phocam Imperatorem pulla veste indutum mox ad Heraclium deducit. *Phoca Imp. tristis exit.* Qui quum Phocam verbis hisce compellaret. Ita ne, miser, Rempublicam administrasti? Respondit Phocas: Tibi vero per me licet, vt rectius eam geras. Hinc ei recta manus & pedes amputati, cutis dorso detracta, ex secta verenda & hastæ adfixa, caput deniq; gladio recisum: reliquus corporis truncus in foro, quod boarium nuncupãt, per contumeliam hinc inde tractus, tandem igni traditur.

x. *Similis mors Alexand. Imperat. ex eodem vitio.*

Ex Ioa. Curopal Baro. to. 10 912. ANno Domini 912. Alexander Imperator sexta die mẽsis Iunij moritur infami exitu: De eo.n.ita Io. Curopalates: Alexander autem sexta mẽsis, lotus & pransus, vinoq; ebrius post meridiem pila lusurus descendit, exortoq; labore quodam in ipsius intestinis, præ cibis, quibus se ingurgitauerat, atque ebrietate reuersus in palatium, multo è naribus ac pudendis effuso sanguine, postridie mortuus est.

XI. *Theonæ Abbatis exhortatione mouetur Serapion, vt occultum gastrimargiæ peccatum detegeret.*

Io Cassi. Coll. 11. c. 11. CVm adhuc paruulus essem, inquit Serapion Abbas, & cum Abbate Theona commanerem, hæc mihi fuerat inimici impugnatione consuetudo feralis ingesta, vt postquam refecissem hora nona cum Sene, vnum paxamacium quotidie in sinu meo latẽter absconderem, quod sero illo ignorante occulte comederem. Qđ furtum licet conniuentia * cogitationis, & inoliti semel desiderij incontinentia sine cessatione committerem, expleta tñ concupiscentia fraudulenta ad me ipsum reuertens super admisso furti crimine grauius cruciabat, quam super esu eius fueram iucundatus. Cumq; illud molestissimum opus velut ab exactoribus Pharaonis indictum mihi vice laterũ, singulis diebus explere nõ sine cordis mei dolore compelleret, nec tñ eruere me possem ab hac eorum sæuissima tyrannide, & clãdestinum furtum Seni manifestare confunderer, contigit Dei nutu de hoc me captiuitatis iugo volẽtis eripere, vt quidam fratres cellam Senis obtentu ædificationis expeterent. Cunique refectione transacta, collatio spiritalis agitari cœpisset, respondensq; senex propositis interrogationibus eorum, de gastrimargiæ vitio & occultarum cogitationum dominatione dissereret, earumq; naturam & atrocissimam vim, quam haberẽt donec celarentur, exponeret, ego collationis huius virtute compunctus, & conscientia redarguẽte perterritus, velut qui crederem ob hoc ea fuisse prolata, quod Seni Dñs secreta mei pectoris reuelasset, in occultos primum gemitus excitatus, deinde cordis mei compunctione crescẽte in apertos singultus lacrymasq; prorumpens, paxamacium, quod consuetudine vitiosa subtraxeram clanculum comedendum, de sinu furri mei conscio & susceptore produxi; eumq; in medium proferẽs, quemadmodum quotidie latenter ederem, prostratus in terram cum veniæ postulatione confessus sum, & vbertim profusis lacrymis, vt absolutionem diri mæ captiuitatis à Dño poscerent, imploraui. Tunc senex; Confide, ait, ò puer, absoluit te ab hac captiuitate, etiam me tacente, confessio tua. Victorem namq; aduersarium tuum hodie triumphasti, validius eum tua confessione prosternens, quam ipse fueras ab eo tua taciturnitate deiectus, &c.

*alias voluptatis.

Exod. 5.

Serapion Theonæ Abbatis exhortatione pte catũ occultũ detegit.

Nec-

at nihil effectum: nullo.n. modo inde amoueri poterat. Quocirca Magistratus id iudicio Dei fieri agnoscit: qui rem impossibilem reddit possibilem, & admirandam: ita facere potest, vt hominum mentes facilè superet. Re serio examinata, ac veritati prorsus consona, allatus est ignis ad incendendum hospitium vna cum potatore illo Dei Opt. Max. contemptore: sed frustra: non.n. accendi potuit. Atque ita mansit ille aliquanto tempore immobilis non loquens, neque bibens, aut manducans. Vbi à plurimis sat facilè videri potuit, & visus est.

XIV. *Ebrietas causa incestus & conceptus præter naturam.*

D. Hier. Epist ad Vital. tc. 3.

AVdiui, Domino teste non mentior (inquit D. Hieronymus) quædam muliercula cum expositum nutriret infantem, & instillaret cibos, ac nutricis officio fungeretur, cubaretq; cum ea paruulus, qui vsq; ad decimum iam peruenerat annum: accidit, vt plusquā pudicitia patitur, se mero ingurgitaret, accensaq; libidine, obscœnis motibus ad coitum duceret infantem. Prima ebrietas alterius noctis, & cæterarum deinceps fecit consuetudinem. Necdum menses duo fuerant euoluti, & ecce feminæ vterus intumuit. Quid plura? dispensatione Dei factum est, vt quæ contra naturam simplicitate paruuli in contemptum Dei abutebatur, à naturę Domino proderetur: Impleto sermone, quo dicitur: Nihil occultum quod non reueletur.

Ebrietas amoris incestuosi causa.

XV. *Potitationibus indulgentes quales efficiantur, recenti exemplo ostenditur.*

Ex litteris an. Societ. 1585. pag. 195.

INdus vino deditus cum pęnitentiæ beneficio naturam tandem vicisset, & ad sobrietatem se reuocasset, candidum dicitur adolescentē per quietem vidisse, qui eum prehensa manu ad computatorum cætum, conuiuiumq; deduceret: ibi animaduertisse eorum, qui accumbebāt, vultus, primo quoq; poculo hausto, mutari, deformesq; fieri: qui vero pergerēt perpotare, & crebris poculis indulgerent; eos fœdissimo ore, simillimosq; dæmonum euadere: dixisseq; adolescentem, tales effici eos qui se vino & ebrietatibus dedissent: Indus autem sobrius esse cœpisse, & incredibilem quendam temperantiæ amorem dicitur animo concepisse.

Ebrietati indulgētes qua les fiant.

XVI. *Terribile exemplum & iudicium ebrietatis.*

Michael ab Isselt lib. 12. Mercurij Gallo. Belgici. an 1595

REcentissimum istud est, quod Michael ab Isselt scribit accidisse an. Dom. 1595. Baccharach, inquit, oppidum est in ipsa Rheni ripa inter Confluentiam & Moguntiam situm, quod quidā Bacchiaras vocant, ex vini præstantissimi nobilitate lōge lateq; celebre. Hic 14. Martij natū est monstrum horrendum & maximè prodigiosum, anteriore superioreque parte homini, posteriore inferioreq; serpenti simile, caudam habens tribus vlnis longam, nec diutius vixit quam quoad munere suo, propter quod missum erat, perfunctum esset. Cum enim pater, homo impius, contemptor Dei & hominum, ebriosusq; Dominica Quinquagesimæ in cauponam abijsset, vt secundum consuetudinem suam ad vomitū potaret, luderetq; aleis, & omnem improbitatem exerceret; vxor vero illius partui vicina eum secuta admoneret, vt ab ista impietate abstineret, homo impius non tantum monitricis verba cōtempsit, sed eam miserè percutiens, præcepit cum viuo suo dæmone, quem vtero gereret, & qui illi in partu opitularetur, domum concederet, si non pareat, se gladium suum capulo tenus in ventrem illius impacturum. Illa vero, Eia, mi vir, egone viuum gero dæmonem? Esto igitur nec plura locuta, domum reuersa est: maritum inter cōbibones, aleatoresq; relinquens, Cum domum venisset mulier, dolores partus sensit, & terribile hoc monstrum, omnibus qui aderant horrorem incutiens peperit. Pharax autem ille cum libidi-

Monstrū prodigiosum.

libidinem suam potando, ludendoq; satis expleslet, & ipse domum rediit, ingressusq; est vbi & puerpera & partus iacebat. Monstrum instar falconis in eum illatum sibilans, caudę suæ implicatum hominem venenosis ictibus eum in modum pupugit, vt toto corpore tuberibus contusionibusq; pleno paulo post infelicem animam exhalauerit. Marito mortuo puerpera quoque extincta est, & tandem monstrum viuere desijt.

Ebrietatis iudicium tremidum.

TIT. XVIII. De Conuiuijs.

Iudic. 16 *Tribus Philistinorum millibus, dum hilariter conuiuarentur, Samsone columnas concutiente, illum ipsum peccati locum, supplicij sepulchrum esse voluit Deus.*

2. Reg. 13 *Amnon filius David in conuiuio Absalon temulentus fuit occisus.*

Iob 1. *Sciebat S. ille Iob, quid periculi conuiuijs inesset, cum pro filijs quotidie mane holocausta offerret, qui tamen vinum bibentes ruina domus oppressi sunt.*

Matth. 13. *Herodes inter pocula S. Ioannem Baptistam capite multari iussit.*

EXEMP. I. *Diuus Ambrosius & pauperes & nobiles ad conuiuium excipere solebat.*

D. Ambrosius Episcopus Mediolanensis non solum pauperes ad mēsam suam vocabat, sed & viros clarissimos interdum excipiebat: hisce.n. charitatis obsequijs etiam duces exercitus demerere consueuit, vt de Arbogaste Comite ac strenuissimo duce cōstat, qui magna gloria prædicare solebat, se ab Ambrosio sępe acceptum esse cōuiuio: idipsum quoq; Vincentius Galliarum præfectus, sibi concessum pro magno munere ostentabat. At licet sic ipse omnes exciperet, nunquam tamen ad conuiuium inuitatus accessit: tradit.n. Possidius in Augustino, quod etsi Ambrosius factus omnia omnibus, vt omnes lucrifaceret, ab tribus tamen perpetuo se continuit, nimirum nemini vxorem quæreret, nullique militiam suaderet, neq; ad conuiuium inuitatus accederet.

D. Ambrosius quā accessit ad cōuiuiū quanuis inuitatus.

II. *Conuiuia aut ea quæ ventri quoquo modo grata erant, vitabat S. Io. Chrysostomus.*

S. Quoq; Ioannes Chrysostomus ita ab ineunte ætate à vino & quouis alio quod est ventri gratum, abstinere cōstituit, vt ægrè postea aliquid ex ijs admittere posset, quæ alijs sunt grata & solida. Et ideo non lubenter adspiciebat, aliquid, quod esset gratū gutturi, & cum voluptate sumeretur. Atque hæc quidē est vna causa, cur fugeret mensas, & cū alijs non iniret conuiuia. Deinde etiam quod cum apud se iudicasset, quod se induxisset in animum, vt communiter vesceretur cum ijs, qui vel amicitia antecellunt vel dignitate, necesse habebit id etiā facere cum alijs. Nam quomodo conseruari potuerit, vt nulli sit offensioni, neque cuiquam adferat molestiam? Sicq; res ad multos trāsiens, non solum illi futura esset laboriosa & molesta, vt qui nō esset versatus in rebus huiuscemodi: sed etiam interruptura esset necessario, & ea, quibus ipse vacare consueuerat orationem inquam & meditationem & rerum honestarum doctrinam, quibus adeo erat deditus, vt hoc sæpe paruū negligeret nutrimentum: tantum aberat vt posset vacare mensis, & alijs inutilibus & superuacaneis. Quamobrem satis apte poterat dicere illud Apostolicum: Non licet nobis, relicto verbo Dei, ministrare mensis.

Sim. Metaph. in vita eius apud Sur. to. 27. Ian.

Causa absti. ua S. Chrysost.

III. *Clementis VIII. mensa opipara pauperibus parata.*

S. D. N. Clemens Papa octauus sui Pontificatus exordio ad disciplinam ecclesiasticā salubriter instituendam, quo cæteris exemplo præluceret, quotidianæ illi mensæ tredecim ex ipsis veteri instituto parari solitæ adie-

Baro. to. 4. Annal. an. 367.

cit

ete alteram prope cœnaculum suum pauperibus peregrinis, potissimum ex remotioribus regionibus in Vrbé confluentibus, in singulos dies parandam: è sua mopipare referta dapibus, ijsdē sacro ritu ex more sanctificatis, sedens ipse arbiter continentiæ, delectumque adhibens, pretiosiora ac lautiora quæque iubet afferri pauperum mensæ, vilioribus sibi retentis ac modicis: tanto solum iudicans, dignos honore Dei ser uos, ipsos pauperes, Christi vicem agentes; Vicarius ipse Christi, & seruus seruorum Dei.

Clemen. VIII. in paupe res pere grinos be nignitas

IV. *Voluptati indulgens in conuiuio à muribus deuoratur.*

QVidam ex aduersarijs Henrici Imperatoris, homo potens, & factiosus, dum resupinata ceruice in cōuiuio resideret, repente à muribus circumuallatus est, vt nusquā posset effugere, tātus erat numerus bestiolarum, vt in qualibet ampla prouincia tot esse non putarētur: fustibus & subsellijs diu expulsi non potuerunt fugari. Nullū vero nocere tentabant nisi illum solum, quem dentibus, & terribili quodā accentu persequebantur. Iste autem à famulis vltra iactum sagittæ in pelagus prouectus est, sed frustra: nā continuo tanta vis murium inundauit, vt mare paleis constratum iurates. Et cum tabulata nauis corroderēt, & naufragiū tritum aqua per rimulas ingrediēs minaretur, famuli puppim ad littus retorquent. Miser ergo ille in terram expositus, mox totus dilaceratus, horrendam murium famem expleuit.

Vincent. li. 25. Spe cul. hist. c. 117.

Murium notanda multitudo.

V. *Tabernas adire comessandi gratia quam periculosum.*

SEnex quidam morabatur in Sciti. Hic die quadam venit Alexandriā, vt opus manuum suarum venderet; viditque ibi iuniorem monachum ingressum esse cauponam. Qua ex re senex vehementer afflictus manebat foris expectans, donec egredienti iuueni colloqueretur; quod & factū est. Mox enim vt egressus est iuuenis, tenuit illum senior per manus, & seorsum illum ducens dixit ei: An nescis, Domine frater, quia habitum Angelicum fers? Ignoras, quia iuuenis es? Non nosti, quia multi sunt inimici laquei? Nescis quia & per oculos, & per aures, & per figuras varias & habitus, monachi in ciuitatibus læduntur? Tu autem in cauponas ingrederis; & quæ nō vis, audis, & quæ sunt noxia vides; inhonestisq; & viris & mulieribus cōiungeris: noli itaq; fili, noli (obsecro) sic agere; sed fuge in eremum, vbi cū Dei adiutorio saluari potes. Respondit ei iunior: Perge senior, Deus non quærit nisi cor mundum. Tunc expandens in cœlum ambas manus suas senex ait: Gloria tibi, Deus: ecce.n. ego habeo in Sciti annos quinquaginta quinque, & mundum cor non habeo; hic autem in tabernis conuersans cordis munditiam possidet.

Sophron. prat. spir. c. 194.

Habitus monachi habitus angelic. Tabernas frequentare periculosum.

Cordis munditiem non in tabernis reperitur.

TIT. XIX. De peccato iræ, & eius affectibus.

Saul Rex Iudæorum cum audiuisset Dauidem sibi odiosum ab Abimelecho in Nobea ciuitate hospitio susceptum, ira & odio ciuitatem & hospitem incendit, incolis vtriusque sexus interemptis. 1. Reg. 15.

Considerans Ionathas filius Saul nequitiam patris sui contra Dauid, surrexit à mensa ira furoris sui, & non comedit panem illa die. 1. Reg. 20.

Dauid Rex alioquin benignissimus, qui velut ex professo hostes suos diligere videbatur, Nabalis tamen superbiam & ingratitudinem cum ferre non posset, ira incensus eum cum tota familia ad internecionem deleuisset, nisi Abigail Nabalis vxor ipsum placasset. 1. Reg. 25

Videns Achitophel, quod non fuerat factum fecundum consilium suum, 2. Reg. 17

ex indignatione abiens domum suam suspendio interijt.

Iudith. 5 *Nunciatum est Holoferni, quod filij Israel præpararent se ad resistendum ei: Exarsit propterea in iracundiam magnam.*

Nehem. 5. *Audiens Nehemias clamorem populi propter vsuras, quas exigebant optimates, iratus est nimis.*

Cayphas audiens suauissimam Christi Domini vocem tanquam blasphemiam, ita excanduit ira vt vestem à pectore conscinderit.

EXEMPL. I. *Valentinianus, senior vehementi ira commotus è ruptione venarũ fluxu sanguinis expirat.*

Ex Nice ph. li. 11. cap. 33. Tripart. 3. cap. 2. Bar. Annal. ad an. 375. VAlentinianus senior Imper. ann. Dom. 375. cum ingenti belli apparatu aduersus Sauromatas est profectus, quod ditionem Romanam, eamq; imperij partem, quæ ad Occidentem vergit, excursionibus vexarét. Atq; illi tantam Imperatoris expeditionem formidantes, legatis missis pacem ab eo petierunt. Quos vbi deformes esse vidisset, an vniuersi tales essent Sauromatæ, interrogauit. Et quũ illi dixissent, optimos quosque, qui & genere & forma præstarent, ab eis Legatos solere mitti, ira atq; furore mul to correptus, Grauia pati dixit, & maximè infortunatum esse, quod ad tempora sua peruenisset Romanorum im periũ, si Sauromatæ, gens tam barbara & informis in qua reliquos isti excellerent sedibus suis cõtenti esse nollent: sed confidentia tanta impulsi, ditionem suam percurrerent, & bellum titillatione quadam illecti Romanis inferrent. Et cum ita indignaretur, & magnopere vociferaretur, nimia vocis intentatione conuulsa in eo esse interiora viscera, venamque & arteriam quandam ruptam dicunt, vnde sanguine plurimo profuso vita eum reliquerit.

II. *Vvenceslaus Rex ex ira paralysi afficitur & subinde moritur.*

VVenceslaus Boemorum Rex ira in pocillatorem suum percitus, cum interficere eũ suis manibus vellet, paralysi affectus concidit, & paucis diebus postea excessit. Mart. Cromer. l. 18 hist. Polon.

III. *Victor Venetus, ab iracundia in morbum lapsus, vitam cum morte commutat.*

VIctor Pisanus, Venetorum classis præfectus, victorijs clarus, cum legatus eius decem Geneuensium triremes in portu Sipontino repertas per ignauiam fugere permisisset, ab iracundia in febrim incidens, obijt. Anno salutis 1380. Blond. l. 10. Dec. 2.

IV. *Theodosius ira accensus septem millia hominum Thessalonicæ interfici iubet.*

ANno Domini 388. Theodosius Imperator, dum Thessalonicæ fuit, memorabile illæ cuius impotens fuit, exemplum edidit. Instantibus enim equestribus ludis, populus nobilem aurigam quendam, qui ob læsum hominem in vinculis habebatur, sibi dari poposcit. Et, cum non impetraret, commota seditione hominem qui violatus ab auriga dicebatur, necauit. Qua de re Theodosius ira ardens, durius in omnes consulere voluit, verum ab Episcopis, vt se ad lenitatem daret, rogatus, tandem se temperaturum spopondit. Post aliquot inde dies, cum res prope ex omnium animis excidisset, nefario domesticorum impulsu, illud impotentius, ne dicam vecordius, fecit, quod septem millia hominum in theatrum ludorum gratia conuocata, & quidem innoxiorum, militibus immissis, gladio ferienda, atque necanda mandauit. Qua re iudicatum est nihil fœdius aut crudelius, ne à barbaro quidem patrari homine potuisse. Niceph. l. 12 hist. Eccl. c. 40 Carol. Sigo. de Occidentali Imp li 9 Nefaria crudelitas.

v. Ira-

v. *Iracundiæ pœna.*

Nicetas Choniates in Annal.

CAloiohannes Comnenus, Imperator Cōstantinopolitanus, cum occupaturus Antiochiam, quam à Reimundo Principe Antiocheno emerat, ab Episcopo Gabalensi prohibetur, iratus Syriam depopulatus est, & suburbana Antiochiæ militibus populanda & auferenda omnia, quæ manibus corripi possent, concessit. Cuius iracundiæ, Antiochiam violarat, eum statim pœnas expendisse perhibent. Nam in reditu, vbi Cilicum fines attigisset, memorabili exitu vitā finijt manu ad digitum minimum venenatæ sagittæ illapsu strictim læsa, quam vna cum alijs aper sauciatus subito insultu pharetra excusserat, ex læsa parte veneno celeriter in omnes corporis partes discurrente.

Mira Imperatoris Constantinopol. mors.

vi. *Ob iracundiam ad Imperium non promouetur filius Imperatoris natu maior, sed minor ob clementiam.*

Idē ibid.

ISaacus Caloiohannis filius Imperio excidit, prælato ei fratre minore natu, eo quod ad iracūdiam esset procliuior. Sic.n. pater iam moriturus ad Proceres Imperij inter cætera ait: Filij mei, quamuis eodem patre nati, tamē diuersis præditi sunt ingenijs. Qui etsi ambo & viribus corporū, & dignitate vultuum, & animorum grauitate præcellūt; tamen natu minor Manuel ad Imperij administrationē mihi aptior videtur. Nam Isaacus sæpius ira percitus mihi astitit, & quauis de causa bile efferuescente moderati animo nō potest, quæ res inimicissima consilio sapientes perdit. Alter vero præter aliarum virtutum chorum, à quibus nec Isaacus alienus est, nec à clementia quidem re præclarissima abhorret: sed in loco cedere, & obsecundare nouit, & rationis imperium sequitur.

vii. *S. Gertrudis ob impatientiam sibi displicet sed à Deo consolationem recipit.*

Lud. Blos. Monit. spir. cap. 4.

SAncta virgo Gertrudis aliquādo ex inordinata quadam tristitia simul & impatientia tantas incurrerat tenebras, vt magna ex parte iucunditatem diuinæ præsentiæ videretur amisisse: quæ tn̄ tenebræ postea per interuentionem B. Mariæ virginis fuerunt temperatæ atq; mitigatæ. Quum ergo benignius à Dn̄o visitata, recoleret illam suā impatientiam, ac cæteros defectus suos, ipsa sibi valde displicēs, cum magna spiritus deiectione dixit ad Dn̄m: Obsecro Domine, impone finem malis meis, nam ego illis nullum finem impono. Libera me, & pone me iuxta te, & cuiusuis manus pugnet contra me. Cuius desolationi Dn̄s compatiēs, sciscitatus est ab ea, vtrum delectationem aliquam in mundo potius eligeret, quam se, & aliquid sibi præponere vellet. Ad quod illa: Absit, absit, vt ego tibi vero, summo, stabili, & æterno bono aliquid præferam. Et Dominus: Cum nihil mihi præponas, & voluntatem tuam voluntati meæ semper subijcere cupias, constat te in charitate & gratia esse: cur ergo propter peccata tua tam disperanter loqueris? Nam (scriptura teste) charitas operit multitudinem peccatorum.

Charitatis efficacia.

viii. *De S. Birgitta ob impatientiam à Christo Domino reprehensa.*

Idē ibid.

CHristus leniter reprehēdens S. Birgittam propter impatientiam & iram, qua perturbata fuerat, ait: Ego creator & sponsus tuus pro te sustinui verbera: tu vero ita impatiens fuisti, vt portare non potueris verba. Ego stans ante iudicem tacui, & non aperui os meum: sed tu acerbiùs respōdendo, & exprobrando vocem tuam nimis exaltasti. Tu debueras omnia patienter tolerare propter me, qui clauis affixus fui pro te: debueras per patientiam tuam eū, qui errauit, ad meliora prouocare.

Turbato aio mini me loquendum. uocare. Sis ergo posthac cautior: & vbi ab aliquo ad iram prouocata fueris, non facilè loquaris, donec ira ab animo tuo semota fuerit. Transacta autem animi commotione; & causa ipsius commotionis diligenter pensata, poteris loqui cum mãsuetudine. Quod si loquendo nihil proficeres, & tacendo non peccares: melius tunc faceres, & maius meritũ acquireres, vt sileres.

IX. *Iracundia facilè generat execrationem.*

Ex litt. an. Soc. an. 1592 pag. 63. ANno Domini 1592. eripienda fuit à potestate diaboli fœmina, quæ se illi deuouerat, si ingressa amplius esset in tectum filij à quo irata recesserat. Execrationis oblita statim redijt; & statim dæmon mulierem indutus eam arripuit, in summam templi pinnã adduxit, & dedisset ex eo loco præcipitem, nisi illa ad se reuersa tremendo nomine hostem à se aliquantulum remouisset, eodemq; telo circumcursantem, quasi canem, iam iamq; se immittentem tamdiu arcuisset, donec allatum est præsidium, & ab homine Societatis reconciliata Deo.

TIT. XX. De discordia.

Gen. 3. 4 *Primam discordiam inter homines mouit inuidia Cain in fratrem; quia eius opera maligna erant, Abelis autem iusta.*

2. Reg. 3 *Diuturna fuit dissensio inter domum Saul, & domum Dauid; sed huius domus semper proficiebat; alterius vero continuè decrescebat.*

Luc. 22. *Inter Christi discipulos orta est contentio, quis eorum videretur maior, cæterum id Domino displicuisse ex ijs quæ sequuntur, manifestum est.*

Act. 15. *Occasione Ioannis Marci, quẽ Paulus volebat assumere ad opus Euangelij, facta est dissensio inter Paulum & Barnabam, ita vt ab inuicem discederent: attamen totum conuersum est ad profectum Euangelij.*

EXEMP. I. *Inter sanctos oritur aliquando discordia.*

DIuus Augustinus apud Hyponem Africæ, & Hieronymus apud Bethlehem Iudæ, per epistolas inter se vsque ad simultatem disceptarunt de quibusdam scripturæ capitulis; maximè de eo, quod dicit Paulus, se Petro in faciem restitisse, quia reprehensibilis erat. De quo Hieronymus scripserat, quia Paulus Petrum non reuera, sed simulatè reprehenderit: Augustinus contrà dicebat, quod eum reuera, non simulatè reprehenderit. *Sigebert. in Chro. ad an. 408.*

II. *Dæmones contentionum & seditionum sæpe esse auctores.*

BEatus Franciscus Assisius cum venisset aliquando ad Aretinam ciuitatem, & ibi seditione inter ciues orta propinquum immineret excidium ciuitatis, vidit duos dęmones exultantes, ciuesq; illos contra se inuicem succensentes. Cum autem sanctus vir mãdasset per socium, vt ex parte omnipotentis Dei & sui, dæmones omnes recederent, subito miro modo ciues omnes vnanimiter in pacem assenserunt. *Io. Trithem. l. 1. de tētat. religiosorum. c. 5.*

III. *De discordia à dæmone excitata ob loci præeminentiam.*

ANno Dñi 1055. Henricus III. Imper. natura iucundus, hominibus effabilis, omnibus humilis; hostibus terribilis, pauperibus pius & largus. Hic cum semel festũ Pẽtecostes apud Moguntiam celebraret, diabolo suadente, inter famulos Archiepiscopi & famulos Abbatis Fuldensis contentione suborta de locatione, post verba deuentum est ad verbera, ex quo Ecclesiæ pauimentum cruore repletur: sed Episcopis & alijs conuolantibus, pax inter dissidentes reformata est, templum purgatum, atque cum multa deuotione Missa celebrata est: & cum ad illum versum Sequentiæ ventum est: Hunc diem gloriosum fecisti, vox ab aere lapsa est, dicẽs: Huc diem bel- *Io. Naucler. vol. 2 Chronograph. generat. 36. an. 1055.*

bellicosam ego feci. Quo audito, ridentibus omnibus, Imperator diligẽter intendens lætitiam diaboli: Tu, inquit, omnis malitiæ inuentor & incensor, diem bellicosum & arrogantibus luctuosum fecisti; sed nos per Dei gratiam, qui illum gloriosum fecit, pauperibus: & indigentibus gratiosum faciemus; & mox reincœpta Sequentia, solemni ploratu gratiā Dei inuocabit, completaq; cum deuotione Missa, omnibus pauperibus perpræconem vocatis omnia pretiosa cibaria quæ sibi & curialibus præparata erant, in vsus illorum consumpsit: Ipseq; pius Imperator cum cæteris prælatis ac ministris proprijs manibus illis seruiuit.

Henrici II. Imperat. pietas.

IV. *Discordiarum fautores sunt sæpe ipsi domestici inde lucrum sperantes.*

FRidericus & Guilielmus Saxoniæ duces, fratres, crudelia inter se bella exercuerũt hęreditatis paternę causa; & quamuis de pace sæpe mẽtio fieret, impedientibus tamẽ plerisq; quibus ea discordia quæstui erat, irrita fuit omnis compositio. Sed cum vastatis iam agris, tota Prouincia pessum iret, & Apollonius quidam fraternarũ incensor discordiarum per annum Iubilæum Romam petisset; rogauit Fridericus germanum suum, vt ad se Ligbercam veniret secum de pace acturus. Annuit Guilielmus. Iter ingresso dixere consiliarij, paratas insidias esse, caueret, ne se iret perditum. Quibus ille: Age, inquit, lubens moriar, si vos prius necatos videro, qui contentiones fraternas alitis. Ita loquutus, sequi iussis, qui se amarent, vrgensq; calcaribus equum, festino cursu fratrẽ adijt. Cum quo, semotis arbitris, è vestigio pacem composuit, fœdusq; pepigit.

Æneas Syl. cap. 32. de Europa.

Ob bona terrena discordia nata.

Discordiarũ insignes fautores.

V. *Contentio sopitur armis cœlestibus.*

IN Galliarum finibus audiui gestum esse quod narro: Inter Abbatẽm, & quendam sæculi potentem orta est, nõ leuis de possessione contentio. Cumque à partis vtriusq; fautoribus minis diu certaretur & iurgijs, tãdem vt armis ageretur vtrinque condictum est. Et sæcularis quidem, paratis militum copijs, campum præliaturus ingreditur, acies struit, cuneos ordinat, atque ad fortiter agendum omnium mentes acerrimus cohortator inflammat. Silueścunt omnia gladijs, rubent clypei, vociferantium clamor attollitur, minaces armatorum fremitus inhorrescunt. Tela stringuntur, & solus aduersæ partis impetus, ad congrediendum accensis * manibus, expectatur. Abbas enim non in armis terrenis spem suā; sed in humanæ salutis auctore constituens, cunctis qui pro se dimicare conuenerãt, suum prohibuit comitatum. Solos autem monachos suos equis imposuit, capita cucullis operiri præcepit: sicq; cum illis, velut galeatis & loricatis fidei munimento Crucisq; vexillo, non ferrea, vt sperabat, arma cõspiceret, sed tanquam cœlestem atque angelicam aciẽ cominus aduertisset; tantus eum cum suis omnibus diuini timoris horror inuasit; vt desilientes de equis protinus arma proijcerent, terræ se humiliter sternerent, indulgentiam flagitarent. Sic, sic nimirum titulos victoriæ triumphalis obtinuit, qui non in frementibus equis, non in micantibus gladijs spem posuit, sed ex diuinæ tm̃ potentiæ virtute præsũpsit.

Pet. Damia. Ostiens. Episc. Epist. 9 ad Romanũ

* *forte mētibus.*

Monachorũ pugna spiritualis.

VI. *De contentione inter duos fratres orta miraculo per Gregorium Thaumaturgum dirempta.*

TEmpore Gregorij Thaumaturgi Episcopi Neocæsariensis, vt habetur in eius vita, erãt duo fratres ætate iuuenes, qui paternā nuper inter se diuiserant hæreditatẽ; in stagni cuiusdā possessione adeo pertinaciter dissidentes, vt alter alteri necem intenderet. Fuerat causæ arbiter electus Gregorius: sed neq; is animos in mutuam cædem œstro quodam iracundiæ conspirantes vllis rationibus, vel lenitate verborũ placare poterat. Iamq; dies certami-

Gre. Nis. in vita eius Eusеb. li. 7. c. 15.

taminis aderat, quo inter se conflata vtrinq; magna subditorum manu, de summa rei configerent. Quod vt intellexit vir sanctus, pridie ad ripam stagni celeriter abijt, totamq; noctem ducens insomnem, Mosaico planè miraculo continentem illico reddidit aridam, & omni humore vacuam, ita vt ne in cauo quidem vllæ superessent aquarum reliquiæ; quæ ante orationem instar pelagi exundabant. Quo spectaculo & contentio omnis dirempta est, & diffidentes animi fraterno amore verè sociati.

Discordia minuenda dirempta.

VII. *Discordia gignit seditionem.*

Niceph. Callist. hist. Eccles. li. 9. c. 24.

LEontius Episcopus Antiochenus, in grauissima illa apud Antiochenos de fidei negotio dissensione, cum timens seditionem, sententiam suam aperte proferre non auderet, aliquando caput suum canis florescens manu demulcens dixisse fertur: Niuem eam solutam: lutum multum subsecuturum esse, Ænigmate eo obscurius indicans, dissonantiam celebrandi Dei apud populum aliquando in seditionem enasuram; neque eos, qui factionis suæ essent, cum reliqua multitudine consensuros.

VIII. *Pulchrum dictum Alphonsi ad impediendas contentiones.*

Anton. Panorm. lib. 3. de reb. gest. Alphonsi

ALphonsus Aragoniæ, ac Siciliæ Rex sæpenumero dicere solebat; Si Romanis illis temporibus vixisset, se construxisse templum Ioui Positorio, vt de rebus acturi in eo prius conuenirent, & contentionem omnem deponerent. Innuit autem nihil æque Reipublicæ esse pernitiosum ac si plebis cum Patribus crebræ contentiones exoriantur.

IX. *Ex discordia nascitur ira & execratio.*

Pet. Damia. Cardinal. li. 4 ...

AVctore discordię spiritu peruerso, cum presbyter presbyterum, probrosis contumelijs & maledictis aliquando lacerasset, alter dentibus stridens, correpta lancea iter arripuit, atque ad domum suam longiùs constitutam furibundis properare gressibus cœpit. Sed cum caligo noctis superuenisset, ecce quinque nigri equites cum caballis, æque nigris obuiam ei, eique is, qui maior videbatur, insultat: Sæpe, inquit, institi, vt in clientelam meorum contubernalium venires, nunc autem non poteris fugum meæ ditionis euadere. Presbyter nimio terrore perculsus; putans esse nobilem virum, nomine Romanum, qui illum sollicitauerat, vt sibi subditus fieret, illi manus subditorum more deosculatus, se herili eius fidei commisit. Quem protinus ille percontatus est; Scis, quis sim? Respondit Presbyter, nonne tu es Dominus meus Romanus? At ille, absit, absit, ego sum quidam diabolus, cui tu nunc commissus es: vide vt stes promissis. Quo dicto disparuit. Hic autem perterrefactus domum redijt, Episcopum Teuzonem adijt, & me præsente, pęnitentiam flagitauit. Dignitatis officij sacerdotalis illi adempta est, carceri cum spe veniæ adipiscendæ, donec pœnitentiam adimpleffet, inclusus.

X. *In contentione cauendum ne sit obstinatio, quam zelum veritatis in fratre tuo docendo, vel dedocendo vocas.*

DE hac re egregię senex quidam in Vitis Patrum: Si quis, aut de scripturis, aut de quacunque causa locutus fuerit, ne contendas cum eo: sed si quidem bene dicit, consentias ei: si vero male, dic ei: Tu scias quomodo loqueris. Ait enim Apostolus; [Nolite contendere verbis.] Hoc obseruans & humilitatem possidebis, & odium euitabis. Nam si persistas contendens, & vis defendere sermonem tuum, nascetur scandalum.

Ex vitis Pat. par. 2. pag. 175.

1. Tim. 2.

TIT.

TIT. XXI. De modo compescendi iram.

EXEMP. I. *Macedonius clarissimus Anachoreta Theodosii Imp. iram mitigauit proponendo considerationem suę naturę similis sibi subiectis.*

Niceph. Eccl. hist. lib. 12. c. 44 Theodoret. li. 5. c. 21. Trip. 9. 31.

POst mortem illustris Imperatricis Placillæ, Theodosius pro suo in illam amore, nec non propter excellentem eius virtutem, statuam ęneam ipsi erigi iusserat Antiochiæ: quam populus tumultuans deiecerat. Vnde Imperator ad eã iniuriam vindicandam milites conuocauit. Sed Macedonius vir diuina gratia plenus, ad aulę Principes his verbis est vsus: Vt mandata hæc ad Imperatorem referatis, dilecti filij, oro. Meminisse te, ò Imperator, oportet, non solum Principem, sed hominem etiam te esse. Proinde non ad Imperij tãtum amplitudinem respice, sed naturam ipsam considera. Quum enim homo sis, hominũ tibi imperium commissum est, qui cum eiusdem tecũ sunt sortis, & conserui adeo tui: tum ab ipsa creatione imagine Dei cohonestati sunt. Itaq; ne tam vesana audacia aduersus diuinã imaginem grasseris, vide. Imaginis.n. Dominum ad iram cõcitabis, si in eos, qui imaginem illius gerunt, sæuias. Tum autem illud etiã te despicere decet, te propter æream imaginem multitudini infensum crudeliter in eam animaduertere velle. Quanto autem imago animata inanimatæ præstet, quid dicere opus est: Nam id eis etiam, qui vel mediocrem obtinent mentem, constat. Illud præterea fac cogites, nobis quidem perfacile esse, plures ex ære facere imagines pro vna illa, quam vecordi temeritate insana plebs comminuit: te autem nequaquam efficere posse, quantumuis contendas, vt vel capillum vnum eorũ qui cæsi sunt creare valeas. Hæc illi à sene sapiente audita, sicuti simpliciter dicta erant, ita Imperatori renunciarunt. Non parũ etiam Flauiani legatio illis profuit, vt iræ flãma in Imperatore extingueretur. Postea namq; ira & minis omissis, cõem populo scripsit defensionem, crimen illis condonauit.

Antiochenus pro eorum incolumitate deprecatur Macedonius Anachoreta.

Macedonij deprecatio ad Imp.

Ita Theodosii Imper. quo à Macedonio placata.

II. *De ira Alphonsi Regis aduersus vxorem & Archiepiscopum mitigata.*

Roderic. Tolet. li. 6. & Lucius marina c. 7. de rebus Hisp.

Ira Alphonsi in Reginã & Archiep.

ALphonsus VI. Hispaniarum Rex Toletum vrbem deditione acceperat incolumitatẽ pollicitus Saracenis, & in maiore basilica religionis eorum exercitiũ. Interea Constantia Regina cũ Bernardo Archiepiscopo Toletano noctu basilicã hanc seu Mesquitã intrauit, purgauit, & diuino cultui consecrauit. Saraceni Regis fidẽ accusare, implorare. Rex summa celeritate in vrbem venit, certo consilio de auctoribus supplicium sumendi, & quia sciebat multos intercessuros, præsentibus Saracenorũ legatis iurauit, nihil se eorũ, quæ pro Regina & Archiepiscopo peterentur, facturum. Ergo Regina & Archiepiscopus clerum & oẽs religiosos cũ Regis filia cilicio induta præmiserunt. Quos cum Rex vidisset, descendit de equo, vt sacris solitã reuerentiam exhiberet. At cum filiã conspexisset. Vah, inquit, matri comes eris in morte. Filia vero, Pero ergo, inquit, vt Reginam tibi terreno Regi nõ parentem, sed celesti Regi fidelem, simul & Archiepiscopum illico interficias. Rex tam pia sagacitate deuictus ad filiam ait. Liberasti à morte matrẽ, sed perpetuo maritali consortio carebit. Vix verba expleuerat, & vidit vniuersos Saracenos vtriusque sexus obuios supplicãtes, vt Reginę & Archiepiscopo veniam daret, asserentes ex veteris oraculi fide idipsum nutu diuino factum esse. Ergo Rex acquieuit precib. supplicantium, & lætam intrauit ciuitatẽ. Mox basilicam ex Mesquita consecratam deuotẽ visitãs, in medio portæ Reginam sacco indutam, & Archiepiscopum Põtificalibus ornatum inuenit clamantes: Peccauimus in te, ò Rex, sed oramus, peccati causam & finem

Clero reuerentia à Rege Alphõso exhibita

Alphonsi ira quã ratione sedata.

nem respice. Rex igitur manus Præsulis deosculans, & Reginam amplectẽs petijt regale palatium.

III. *Qua ratione S. Ephræm iracundiæ passionem mitigauerit.*

Sozom li. 3. Eccl. hist. c. 16.

S. Ephræm dicitur primum iracũdiæ intemperanter subiectus fuisse, & ob eam causam monasticam vitã exercuisse, ne à quopiam irasci videretur. Cũ igitur illi, vbi plures dies more suo ieiunasset, cibum minister afferens ollam fregisset, & hunc pudore ac metu teneri cerneret, Bono sis animo, inquit, ad cibum nos eamus, quãdoquidem ille vsq; ad nos non venit, & fragmentis ollæ assidens pransus est.

B. Ephræm mansuetudo.

IV. *Qua arte mulier quædam illustris mansuetudinem sit edocta.*

Sophron. c. 2 6. prat. spir.

NArrauit quidã ex patribus, quod mulier illustris, & ex senatorio genere venerit adorare sancta loca. Cumq; descẽdisset Cæsaream, placuit sibi illic requiescere, rogauitq; Episcopum dicens: Da mihi vnam virginem, vt informet me, & doceat timorẽ Dei: eligẽs autem Episcopus humilem virginem, tradidit ei. Post aliquantulum vero temporis occurrẽs illi Episcopus ait: Quomodo se gerit virgo, quam assignaui tibi? Quæ ait: Bona quidem est, sed non valde prodest animæ meæ, permittit n. me voluntates meas facere, cum sit humilis. Sumens autem Episcopus vnam duriorem dedit ei, quę illam obiurgabat, appellans eam fatuam diuitem, & his similia illis exprobrãs. Post tempus aliquod rursum illam rogauit Episcopus: Quomodo se habet altera virgo? Quæ dixit: Reuera ipsa prodest animæ meæ. Atq; ita magnam acquisiuit mansuetudinem.

V. *Passiones animæ statim esse præcidendas, prius quam in habitum transeant, similitudine apta ostenditur.*

Ex Deroth. Abbate de...

OTiosus erat quandoque senex magnus cũ discipulis suis in hortis. In quibus cupressi variæ, magnæ scilicet ac paruæ, creuerant. Imperauit igitur vni ex fratribus Senex, cupressum euellere: quæ cum parua esset & tenera, vna manu extirpata est. Postea, iussit aliam maiusculam euelli, quæ non vna, sed ambabus manibus tandem euulsa est. Tertio, maiorẽ adhuc prioribus videns senex, & illam imperauit velli; quæ non sine magno labore extracta est. Quartam quoque cæteris altiorem extirpari iussit: quæ summo conatu, labore, & sudore, vix extrahi potuit. Quintam adiecit maximam: quam cũ ille conaretur euellere, nunquam valuit; sed in cassum circa eam elaborabat, desudabatque. Quod vt vidit senex, solum videlicet opus perficere minimẽ posse, iussit coadiutorẽ accedere, sicq; ambo illam tandem extrahere. Tunc ad omnes conuersus senex ait: Huiusmodi sunt passiones nostræ fratres. Cũ teneræ sunt & paruæ, si volumus, facilè illas possumus à nobis extirpare: qd si eas neglexerimus obdurescent illico; quoq; magis obduruerint, eo maiore vi & labore opus erit: Quinimò irriti erunt conatus nostri oẽs in illas, nisi alicuius viri sancti orationes ad auxiliũ nobis accesserint: vim etenim magnam habent auxilia, quæ à viris iustis & sanctis expetũtur. Vnde Propheta: Beatus, qui tenebit & allidet paruulos suos ad petram.

Ser. 21. Bibliotheca Patrũ to. 2.

Animæ passiones collata ad arborem.

Passionũ germina euellẽda antequã adolescant.

Orationes aliorũ nobis prosunt. Ps. 136.

VI. *Iracundiam sensim deperdit Columbinus sacrorum librorum lectione.*

ANno Dñi 1355. contigit S. Columbinum semel redire domum circa prandij horam cum orexi non modica: qui, quod parata oĩa non essent, statim ira commotus cępit cuncta domi euertere. Eius vxor mulier prudẽs, honesta ac ingenio præstans, prout poterat eum placare conabatur, supplex rogans, vt patienter ferret moram, nec pro tantilla re sese ita cruciaret, ob oculos proponens sanctorum historias, vt in illis sese tantisper occuparet, dũ instrueretur mẽsa. Tum ille magis

Pau. Morisius Mediolan. l. 1. de Orig. relig. c. 38. an. 1355.

ma-

magisq; inde inflammatus, librum arripiens in mediam aulã proijcit, vxori hęc verba obijciens: Nulla tibi alia cogitatio, quam de Sanctorum legenda: His dictis cum nonnullis alijs verbis, conscientia ita eum mordere cœpit, vt extemplo librum de terra colligerit ac reuoluere cœperit. Incidit in historiam B. Mariæ Ægyptiacæ peccatricis, quæ quamuis longa sit, ipsi tamen breuissima visa est: dum enim legeret, ita cor eius leniebatur, vt a priore conditione mutatus planè recesserit: quæ enim prius pluris faciebat, ea contemptui habuit, terrenis non amplius inhiabat, vt prius: liberalissimus in pauperes effectus, templa etiã frequentabat, orationibus, rebusq; diuinis totum se posteà impendebat. Insuper carnem affligere, eamque spiritui subiecta reddere studebat, & vt multa paucis complectar, statim proposuit castam viuere vitam, viuisq; rationibus vxori vitæ castimoniam persuadet, quę licet adhuc iuuenis, mariti tamen desiderio acquiescit. Tunc Colũbinus ad eius pedes prouolutus castitatem perpetuam Deo vouet. Inde vero non amplius in lecto, sed aliquando in scamno, nonnunquam humi dormire cœpit pauciorem etiam partem noctis in oratione consummans. Firmè statuit Christum Dominum in paupertate sequi, & verè coram hominibus contemptui haberi.

Lectio sanctorũ historiarũ quid vi litatis ad ferat.

B. Columbinus Deo castitatẽ vouet.

VII. *Iracundiam comprimunt sodales consideratione sui status.*

DVo recentiora his addam. Conuitijs prouocabantur, inquit Bencius, diuersis temporibus duo è Sodalitate Collegij Panormitani in Sicilia; & vero incitabantur ira ad inferendã iniuriã, sed vterq; rexit ea cogitatione animum, quod de Sodalitio esset. Hic admotam capulo sua sponte manum (habebat enim gladium) repressit, & aduersarium molli sermone placauit: eum ille, à quo lacessebatur, duxit in proximum templum, & ab admirante veniam petit genuflexus, quod ipsi causa iracundiæ fuisset: gloriosa prorsus, qua se vicit vterque, victoria.

Francis. Veron. in Manua. li Sodalis tatis c. 11. p. 5. ex Bacio in an. lit. Sociel.

VIII. *Qui iniuriam & alapam acceperat, sua patientia eum, qui læserat, ad agnoscendam culpam induxit.*

ALiud ex Sodalitate Vallisoletana in Hispania subiungam, quod cõtigit anno 1596. Duo (quæ humana fragilitas est) ex hoc B. Virginis grege lectissimi viri & factis & conditione præstantes cum de re quadam in medio Regalis iudicij foro (Cãcellariam vulgo dicimus) vehementiùs quã par erat concertare cœpissent; vnus alterum tum mendacem appellauit, tum colapho in maxima litigatorum turba percussit. Qui hanc duplicem iniuriam acceperat, memor ex Congregatione se esse Virginis, & cui se viuendi sectæ dedisset animaduertens, hæc tãtum effatus post alapam, postque conuitium; Meis sceleribus, inquit, multo plura debentur, Dei ego amore hęc perpetiar. Hæc verba protulit quietus assedit, non aliter atq; si nihil ei acerbum & triste contigisset. At auctor iniuriæ, celeriter agnita culpa, multo plura præstitit, quam quę ab illo petebantur. Etenim eodem in loco, eademq; auditorum, spectatorumq; frequentia, se ipse retexuit, palinodiar que cecinit, se insanum & a mente[...]stitutum effutijsse, neque in ill[...] dere, quem temerè offendiss[...]

Idẽ ibid.

Patiẽtia notabilis eiusque fructus.

TIT. XXII. De p[...]ro Acediæ.

Audiens Iacob [...]d alimenta ven[...]derentur in Æg[...]o dixit filiis suis: Quare negligi[...]? Descendite, & emite vobis ne[...]aria. *Gen. 42.*

Sam[...], dum cum Philistæis pugnat, [...]on potest capi ab hostibus, sed postquam dormiuit in sinu fœminæ, & o[...]osè cum ea remansit, mox capitur, & cæcatur ab hostibus. *Iudic. 16*

2 Reg. 11 *Quamdiu David exercitavit se in militia, non insultavit ei luxuria; sed vbi otiosus remansit domi, laboravit adulterio, & homicidium commisit.*

4 Reg. 11 *Salomon, dum occupatus esset in ædificatione templi, non sensit luxuriam; sed mox recedens ab opere persensit eius insultum, & deficiens, fœmina instigante, ad idola adoravit in thalamo vitulum aureum.*

Ezec. 16. *Cum Sodomitæ homines in otio hebescerent, in spurcissimum illud nefariæ libidinis scelus præcipites lapsi sunt.*

Matt. 25 *Virgines dormitantes, quarum lampades non fuerant prius ornatæ, fuerunt postea à nuptiis exclusæ.*

EXEMP. I. *Quibus exercitijs operam dabat beatissima Christi Domini mater.*

Mar. Marul. l. 3. exēp. c. 9 FErunt beatam Virginem Dei matrem, dum adhuc in templo seruiret, à summo mane vsq; ad horam tertiam precationes extēdisse, à tertia ad nonam lanificio sese occupasse. Inde demum sumpto cibo, vsq; ad occubitum solis lectitasse scripturas, & in earum meditatione pernoctasse. Hac itaque vitæ institutione ad tantam morum sanctitudinem deuenit, vt sola præ omnibus eligi meruerit, quæ & Saluatorē mundi pareret, & post partum Virgo permaneret. Quod si hæc, quæ sine peccato cōcepta, omnis prorsus peccati semper expers fuerit, id temporis, quod lectioni orationique supererat manuum labore sibi transigendum duxit: quomodo te in ignauia otij mollitudine quandoque desidentem, securam arbitraris, ô virgo, quam in peccatis genuit mater, quam quotidie interius cogitationes, exterius proni ad vitia sensus impugnant? Crede mihi, non effugit decipulas diaboli quisquis laborem fugit.

II. *Diuus Antonius magnus, vt semper laboraret, diuinitus monetur.*

D. Ath. in vita eius. D. Antonius monachorū pater cupiens otiositatem fugere, clamauit in eremo ad Dominum, & dixit: O Samaritane, Domine Deus: O animarū & corporum, verè custos, suscita in me gratiā tua, infunde seruo tuo misericordiam, vt in eremo collocatus in conspectu tuo otiosus nō maneam. Et audiuit Antonius; Antoni cupis Deo placere? orā, & dum orare nō poteris, manibus labora, semper aliquid facito, fac quod in te est. Age quod potes, & nō deficiet tibi auxilium de sancto. Oratio S. Antonij.

III. *Elizabeth Lantgrauij vxor nunquam otio diffluebat.*

Conrad. in vita eius apud Sur. to. 6. HAec etiam otij vitandi cura cōiugatā honestauit Lantgrauij Thuringiæ Principis vxorem Elisabeth, quæ erat Pannonum Regis filia, cum multis ante viduitatē opibus polleret, ne quandoq; per otium luxu diflueret, ancillarū officia vsurpabat, lanam linumque carpendo, nendo, texendo, suendo, cæteraq; id genus opera conficiendo se plurimum fatigabat. Sic pudicitiam conseruauit, sic humilitatē custodiuit, sic ipsa Euangelicæ perfectionis insignia, quibus post obitum mariti eluxit, comparauit. Etenim ad illam beatitatis quietem perueniri non potest, nisi per vitæ præsentis frequentes, assiduosque labores.

IV. *In hac vita cur assiduè laborādum.*

Sozom. l. 6 c. 29. DOrotheus, Thebanus monachus, interdiu lapides ex mari, quod erat in proximo, colligeret, inque annos singulos extruere paruā domum solebat: & eā dare his qui sibi domum ædificare non poterant. Noctu autem folia palmarū nectebat textura tortili, & illis sportulas conficiebat, quibus victum sibi suppeditaret. Nunquam visus est sua spōte quieti se tradere. Cui quidam, Cur, inquit, ita corpus conficis? Quia illud, inquit, me cōficit.

V. Co-

V. *Cogitatio æterni cruciatus & æternæ gloriæ sufficit ad vitandam acediam.*

Sophron. prat. spir. c. 142. QVidam Frater perrexit ad Abbatem Alexandrum ipsius monasterij Abbatis Gerasimi ducē & ait illi: Abba, volo ex eo loco, vbi habito, discedere. Valde enim acedia, & tædio animi laboro. Respondit ei Abbas Alexander: Istud fili, signum est, quia nec regnum cœlorum, nec æternum cruciatum in mente habes: nam si ista sollicita intentione cogitares, nullam in cella tua acediam sentires.

VI. *Assueti ad laborem non facilè patiuntur alium sibi ministrare.*

Idē cap. 169. ERat senex quidam in Sciti captus oculis, in monasterio Abbatis Sisci. Distabat autem cella ipsius à puteo fere millibus passibus, & nunqam passus est, vt sibi alius afferret aquam, sed facto fune, vnum ipsius caput ad puteum ligauit, & alterū in cella sua: iacebat autē funis in terra. Quando ergo pergebat sibi haurire aquā, supra funem ambulabat: hoc autē faciebat senex vt inueniret puteum. Cum autem arena propter ventum operuisset, funem, tenebat ipsum manu, & excutiebat, & rursus illū in terra ponebat, & super eum ambulabat. Frater quidam autē rogabat senē, vt se permitteret illi afferre aquam: cui respondit senex, Fili, viginti & duo iam sunt anni ex quo mihi semper ita hausi aquam, & laborem meum tu modo auferre vis?

VII. *Negotijs, præsertim secularibus sic homini Christiano incumbendum, vt à seipso numquam omnino egrediatur.*

Vincent. Mainar. Dominicana familia. & etiā et i vita eius apud Su. ri 2. Maij. DIuus Antoninus Archiepiscop. Florentinus, grauissimis Ecclesię negotijs immersus, ita ex abdito domicilio egrediebatur, vt in eo pedem alterū retineret; & inter tot rerū fluctus ea ipsi animi tranquillitas perstabat, vt nulla vnquā posset tāta perturbatione ac mundi curis irretiri, quin, quoties vellet, ad diuinarū rerū theoremata statim rediret, & interna quadā mētis dulcedine frueretur, Stomachāti semel Frācisco Castiliono, qui ei erat à secretis, vt numquā sui, semper alieni futuri sint, qui ad Episcopales se des eueḣuntur, respondit: Fieri nō potest, fili, vt inter tot huius sæculi solicitudines pacato animo cōsistamus, nisi reconditum quemdam & occultum mētis angulum intactum habeamus, ad quem negotiorum strepitus & curarum anxietas non irrepat; vt, vbi agitandis causis destiterimus, eo tanquam ad asylum tutissimū, & ab hoc exteriore homine ad eum, quem Paulus interiorem vocat, recurramus. *S. Antoninus de mū intus nam sibi fabricat, à qua in ter labores nō egreditur.*

VIII. *Ioannis Pici Mirandulæ pœna ob neglectum eruditionis & ingenij sibi à Deo traditi talentum.*

FRanciscus Picus Comes Mirandulanus in vita Ioannis Pici patrui scribit, nō longo post obitum Ioannis Pici tempore, spectrum Ioannis apparuisse Hieronymo Sauonarolæ, eiq; dixisse, torqueri se pœnis expiatorijs, eo quod non satis diligenter & fœcunde talentum sibi à Deo creditum eruditionis & ingenij multiplicasset; & quia nō quanti par erat fecisset, internas Dei suggestiones inspirationesq; quæ adhortabantur, honestos labores quos inchoant non abrumpere, & quę sibi animo proposuerat, ea instanter operari atq; perficere. Quæ Hieronymus mox in cōcione proposuit, & omnium precibus Picum commendauit. *Mart. Delr lib. 2. Disquisitio. Mag. q. 26. sect. 5* *Io. Pici ignauiæ pœna purgatoria.*

IX. *De adolescente otioso, cui, dum manducaret, tibi videbantur verti in angues.*

VIdi iuuenem, inquit Thomas Brabantinus, cuius amarissima relatione memini quod subiūgo. Hic piorum fratrum suorum labore manuum viuebat: ipse vero segnis otio vacabat & tædio. Et factū est animaduersione diuina; vt eo cū patre & fratribus ad mensam sedente, cibi (sicut ei soli vide *Th. Cantipr. li. 2. Apum. c. 9 p. 2.*

 ba-

batur) verterentur in angues, sapore tamen rerum deterrentium non mutato. Hoc cum per aliquot dies continuaretur in peius, tandem mutato vitæ proposito, liberatus est & sanatus.

X. *Monachus accediosus purgatorij pœnas luit.*

Sophron. cap. 44. prat. spir.

SEnex quidam narrauit nobis, quam Thebaidem venissemus, quod senex vnus morabatur extra ciuitatem Antinoum, magnæ virtutis vir, qui in cella sua egerat annos septuaginta. Erant autem illi discipuli decem, ex quibus vnus erat valde negligens sui. Senex ergo sæpius illum corripiebat, & hortabatur dicẽs: Frater, solicitudinem gere pro aĩa tua; habes.n.mori, & nisi te emendaueris, in supplicium teñ des. Frater autem ille semper seni inobediens erat, nec ea, quæ ab ipso dicebantur, admittebat. Contigit autem post aliquantulũ temporis, vt iste moreretur. Contristatus vero senior super illo valde (sciebat.n. quod ̃ıĩ magna desidia, & negligentia de sæculo exijsset) cœpit orare, ac dicere: Dñe Iesu Christe, verax Deus noster, reuela mihi, quid sit circa fratris aĩam. Aspexit autem in excessu mentis effectus, fluuium ignis, ingentemque in ipso igne multitudinem, ac medium fratrem illum ad collum vsq; demersum. Tunc ait illi senior: Nonne te propter hanc pœnam orabam, vt curam aĩæ tuę ageres, fili? Respondit frater, & ait seni: Gratias ago Deo, pater, quod vel caput meum requiem habet. Per orationes.n. tuas supra caput Episcopi sto.

Cella perpetua vitebantur etiã olim monachi. Monachus negligens purgatorium experitur. Defunctorũ aĩa viuentiũ precibus adiuuantur.

XI. *Acediæ spiritui quomodo resistendum.*

Io. Cassi. lib 10 c. 25.

CVm incipiens in eremo commorari, Abbati Moysi omnium sanctorum summo dixissem, me ægritudine acediæ hesterno die grauissime fuisse confectum, nec ab ea potuisse alias liberari, nisi ad Abbatem Paulum protinus cucurissem, ille: Non te, ait, ab ea liberasti, sed magis ei te addictum ac subditum præbuisti: Grauius.n. te vt desertorem ac fugitiuũ deinceps aduersarius impugnabit, quem de cõflictu superatum protinus aufugisse cõspexit; nisi de cætero commissa cõgressione, non desertione cellæ, vel somni torpore ingruentes æstus eius ad horã euaporare malueris; sed tolerantia potius & conflictu didiceris triumphare. Vnde experimento probatum est, acediæ impugnationem non declinando fugiendam, sed resistendo superandã.

Acedia quã rõne superanda.

XII. *Qua ratione S. Brigida è Scotia virgo virginem à spiritu acediæ liberarit.*

In vitã eius apud Sur. to.1. Febr. l. c. 6.

VIrgo quædam à S. Brigida inuita cum mensæ assideret, S. Brigida dæmonem illi, prope assidentem vidit. Ait autẽ virgo: Vellem & ego, modo fieri possit videre illum. Nõ est isthuc, inquit, Brigida, impossibile: sed prius oculos consigna tuos, vt eius adspectũ ferre queas. Illa signo crucis munit oculos, videt satanam aterrima specie, immani & vasto capite, & per foramina & rimas oẽs capitis flãmas, fumosq; erumpentes. Tum Brigida, Loquere, ait, nobis dæmon. At ille, Nõ possum, inquit, tibi loqui sancta Virgo, nec tñ tua iussa contemnere, quandoquidem tu pręcepta Dei non cõtemnis, & pauperibus ac infimis quibusq; affabilem te præbes. Cur vero, ait S. Brigida, huc accessisti? Apud Virginem hãc, inquit demorandi mihi & spatium & opportunitatem præstat eius desidia, & torpor. Conuersa ad virginem S. Brigida; Vide, nunc, inquit, quẽ tam multis annis apud te foueris: atq; ex illa die liberata est virgo ab illo nequã spiritu.

Damonis aspectu puella torpore spiritu liberatur.

Desidiosos comitatur dæmon.

De peccatis alienis.

Ea peccata dicuntur aliena, quæ licet aliorum manibus operaque fiant, nobis tamen merito imputantur, nostrasq; conscientias damnationis reas constituunt. Sunt autem nouem huiusmodi.

TIT.

TIT. XXIII. De Iussione primo peccato alieno, quod perpetratur, cum ex decreto, mandato vel imperio nostro, ad proximum redit iniuria, vel malum aliquod.

Exod. 1. *Pharao Rex Ægypti legem tulit, vt statim vbi Hebræorum paruuli masculini sexus nati essent, occiderentur, aut in flumen proijcerentur: peccatum alienum commisit quia propter mandatum suum paruulos occidit, non proprijs sed alienis manibus.*

2. Reg. 11. *David Rex dederat litteras Vriæ ferendas ad Ioab militiæ suæ Principem, quibus iubebat, vt ipsum Vriam poneret ex aduerso belli, vbi fortissimum esset prælium in expugnatione ciuitatis, vt ibi percussus, interiret. Quod factum est. Sed eo occiso reprehenditur Rex, quod Vriam occidisset, non quidem manibus proprijs, sed gladio filiorum Amon.*

Matth. 2 *Similiter Herodes Rex aliorum manibus infantes Bethlehemiticos à bimatu & infra occidi præcepit.*

Pilatus non legitur Christum Dominum proprijs manibus crucifixisse, percussisse, aut violenter traxisse, tamen damnatus creditur, quod Christũ morti adiudicauerit; nulli etenim Christũ occidere licuisset, nisi eum ipse sua auctoritate condemnasset.

Sic denique Tyranni omnes peccarunt morti tradendo martyres.

EXEMP. I. *De iniquo Trasamundi Regis ad Hildericum filium præcepto.*

Sigebert. Chron. an. Do. 520. Christianus Massæus lib. 11.

TRasamundus Rex Vandalorum, Ariana impietate infectus, cum iam morti vicinus esset, Hildericum filium suum ex Eudoxia filia Valentis Imperatoris astringit sacramento, ne Catholicis in regno suo cõsuleret. Qui patre mortuo Deo magis obediẽdum esse, quam hominibus recte iudicans, antequam regnum susciperet, omnes catholicos ab exilijs iussit reuocari, euolutis septuaginta quatuor annis, ex quo Gensericus auus eius statum Ecclesiæ in Africa prophanauit.

II. *Iussio interfectionis Symmachi, & Boetij quomodo vlta.*

Platina.

CVm magna auctoritas Romæ duorum esset, Symmachi & Boetij, qui gener Symmachi fuit, Theodoricus Gothorum Rex euocauit eos Ticinum, & diu captiuos tenuit, quia aliquibus eius decretis aduersati fuerãt, & bona eorum publicauit, & tandem ipsos interfici iussit. Hãc iniustam crudelitatẽ hæc pena secuta est: Non multo post eorum necem, cum cęnãti propositum fuisset in mẽsa grande caput piscis, visus est cernere sibi caput Symmachi, horribili rictu & flammeis oculis minitantis ipsi. Subito igitur consternatus & tremẽs iussit se in lectum collocari, & accersito medico Elpido narrauit amicis terribilem illam Symmachi speciem conspectam, & in deploratione sceleris sui paulo post extinctus est.

Theodoricus Rex ob mortẽ Symmachi, terribili quoque morte punitur.

TIT. XXIV. De secundo peccato alieno, quod fit, dum mali consilij, quod alij sequuntur, vel sequi possent, ipsi sumus auctores & administri.

Cayphas consilio suo Senatum Iudaicum in mortem Christi concitauit atque permouit.

Contra verò laudatur Ioseph ab Arimathea, & vir bonus iustusq; dicitur, quia non consenserat consilio & actibus eorum, Pontificum scilicet & Pharisæorum Christi necem impiè conspirantium.

Eiusdem classis fuit Demetrius ille, qui cum alijs opificibus, vt suo studeret quæstui, totã pene vrbem Ephesiorum aduersus Paulum Pauliq; doctrinam, ingenti seditione compleuit.

Im-

Impegit hic etiã infamis Herodias, qua Rex Herodes per adulterium fœde abutebatur. Nam illius consilio & suasu instructa saltatrix filia, quod crudeliter appetiuit, sanctissimi Ioannis obtruncatum caput, nefariè impetrâuit.

EXEMP. I. *Consilium impium, & crudele matris Caroci Regis.*

Ex li. 1. Cipendij An. Ioa. Trithemij.

ANno Dominicæ natiuitatis 410. Carochus Rex Vandalorũ cum magna multitudine Germaniam peruagatus, assensu Germanorũ traiecto Rheno Gallias inuasit, & vastata per gyrum patria, indigenas grauiter afflixit. Et mater detestabilis mulier, à cuius nutu pendebat, tale dedit consilium: Fili, si nomen quęris æternũ omnia ædificia, quæ cæteri Reges, & Principes construxerunt, destrue, & hoĩes, quibus illi pepercerunt, occide: Tu.n. neq; meliora neq; pulchriora poteris ædificia construere, quam dudum illi construxerunt, neq; pietate, modestia, siue clementia, illis parcendo, quos viceris, nomẽ tibi facere gloriosum. Impię genitricis malo vsus consilio Carocus, Rheno trãsmisso Moguntiam vrbem Cisrhenanam, cum habitatorib. cunctis deleuit, incendit ac funditus destruxit. Deinde Vvormaciam, postea Spiram simili furore aggressus, interfectis ciuibus cunctis, quos reperit, subuertit. Inde mouens Treuirorũ antiquissimam vrbem Cismosellanã, obsedit, cepit, & vix paululum à clade Francorum respirantem destruxit. A Treuiris mouit ad Metentem, quam cepit, subuertit, cunctis habitatoribus eius necatis. Inde progressus interiorẽ Galliam intrauit, & post multarum vrbium desolationes, Arelatensem postremo ciuitatem obsedit, vbi à milite quodã nomine Marcio captus & vinculis constrictus, per omnes ciuitates, quas deuastauerat, est circumductus cum ludibrio, & vitam nimis impiam digna morte finiuit.

Consiliũ crudele.

Carocus Vandalorum Rex nobilissimas Germaniæ vrbes deuastat. Post deuastatã Germaniam, etiã Galliam aggreditur. Tandem ipsemet captꝰ miserè illusus emoritur.

II. *Mali consilij pœna.*

Cyrill. in vita Sabæ apud Sur. to. 6. 5. Dec. et Baro. to. 6. an. 513.

ANno Domini 513. sub Anastasio Imperatore fames & pestis cum nonnulla loca ex ijs, quæ sunt sita sub Imperio Romanorũ, inuasissent, multas domos & etiam pagos reddiderũt vacuos habitatoribus. Cum ergo considerassent communium curatores, quinetiam ipse Imperator, quanam ratione commune non pateretur damnum vectigalium annorum: decernũt, vt à finitimis, qui attriti fuerant & perierant, ea exigerentur. Beatus Sabas tantam prouincialium cladem cõmiseratus, & maximè quod etiam Hierosolymis executioni mandabatur hoc iniquum & tyrannicum decretum, accedit ad Imperatorem, annuncians rei absurditatem, ostendens pauperũ interitum, dicens, commune hinc nihil lucrifacere, sed extremo potiùs damno affici, omnibus qui grauem illam famem & inopiam effugere potuerũt afflictis ab hac graui exactione, & quę essent in posterum soluturi, eorum iactura commune afficientibus. Deinde fit etiam supplex, & vnam ab eo petijt gratiam, nempe vt pauperibus iniustũ illud vectigal remitteret, & duplici exactione miseros illos non amplius opprimeret. Cum is autem, nempe Anastasius Imperator, & iustum esset reueritus, & propter illius viri preces motus esset pudore, & nesciret quid ageret, & pauperibus vellet præbere immunitatem à crudeli illo munere: Marinus quidã agrestis moribus, qui linguam cohibère non poterat, tunc verò magnam habebat potẽtiam, agebat autem & ferebat quo volebat leuitatem Imperatoris, se in pedes erigens, honestam illam & verè Regiam euertit sententiam, dicens esse Nestorianos, qui erant in sancta ciuitate, & tali dono minime dignos. Cum eum autem increpasset Beatus Sabas, & iussisset eum cessare desuper bellum excitare aduersus Imperatorem; in fine autem illa quoque adiecisset: Nisi

Anastasii Imp. auaritia & iniusta vectigalia.

B. Sabas apud Imper. agit de iniustis vectigalib. remittẽdis.

Marinꝰ quidam cõtra B. Sabã pessimè cõ-

te

fulit Imperatori. te velox propter ea quæ dixisti subierit pœnitentia peribit memoria tua cum sonitu: Marinus quidem nihilo se euadit melior, non multum intercesſit temporis cum quædam rerum commotio occupasſet ciuitatem & mota esſet popularis seditio, facultates omnes Marini raptæ sunt à seditiosis, & *Marini pœna.* domus fuit igne exusta, & parum abfuit quin ipse periret: neque vero mortem quæ imminebat potuisſet effugere, si non citò ad conuersionem aspexisſet, & pœnitentiam.

III. *Ladiſlai Regis inſignis conſtantia aduerſus impium conſilium, quamuis in ſpeciem vtile.*

Æneas Sylu li. 3 cõmem. de reb. geſt. Alph. LAdislaum Hungariæ ac Bohemiæ regem adhuc puerum cum Fredericus III. Romanorum Imperator constantisſimus educaret sanguine sibi coniunctum: non defuerunt ex consiliarijs, qui puerum clam perdẽdum Cæsari persuaderent, cuius mors opes maximas plurimaq; regna allatura esſet. At Imperator: Qui fit, inquit; qđ me diuitem potius, quam pium erga meos esſe cupitis: ego sane diuitias nõ ita amo, vt impijs consilijs persuasus propter eas indignum facinus perpetrare velim. *Frederici Imp. insigne responsũ.* Quo dicto docere voluit, cõsilium pesſimum, cumq; crudelitate coniunctum, à principibus reijciendum esſe: nihilque consiliariorũ persuasione faciundũ, quod principis maiestatẽ lædere, eiusq; nomẽ, bonamq; famã obscurare apud subditos posſit.

IV. *Friderici Ducis præclarum dictum repudiando conſilium communitati, & ſubditis aduerſum.*

Io. Agric. in Prou. Germ et Theatr. vita hu vol. 5. FRidericus III. Saxoniæ Dux multis ab Erfordensibus iniurijs affectus, Comitijs populo indictis, de bello suscipiẽdo deliberabat. Erat eques magnæ auctoritatis, qui bellum summo studio suadebat, & à dedecore, & *Audita bella dñ eu mi liu regeſta.* à facilitate victoriæ ductis præcipue argumẽtis. Ei dux, Præclare tu quidem, Sigismunde Listi, pro te ipso, cuius interest bella ex bellis seri, concionatus es; pro me non item, cuius gloria & incolumitas ex subditorum commodis potiùs, quam ex hostium ruina & interitu pendet.

V. *Malum conſilium conſultori peſſimum.*

Ex litt. Iapon. P. Fr. Pasium an. 1604. DYnasta Ethnicus, impulsu intimi sui, misit qui equiti Christiano præciperet, vt baptismo nuncium remitteret. At ille aio magno & fortiter, Absit, inqnit, vt de me iure dici posſit, quod timore perterritus, à via, qua ad cœlum itur, quamque magna cum voluptate sum nuper ingresſus, turpiter deflexerim. Auctori porro & impulsori sceleris, paucis postea diebus, heri sui iusſu, erepta fuit vita, spaciumque, quod ipse præ se ferebat, audiendi Catechistæ lectiones & suscipiendi baptismũ, non fuit concesſum.

TIT. XXV. De tertio peccato alieno, consensu nimirum, quo peccamus, quando quod alijs nequiter fit, à nobis quasi suffragium accipit, & saltem tacitè approbatur.

Ita peccauerunt ciues Hieroſolymitani, ſuis magiſtratibus, quo Chriſtus perderetur, ſuffragantes, vt idcirco Petrus illis exprobrans dixerit, Auctorem vitæ interfeciſtis.

Principes Sacerdotum & Seniores perſuaſerunt populo, vt peterent Barrabam, Ieſum vero perderent. Pilatus autem volens populo ſatisfacere dimiſit illis Barrabam, & tradidit Ieſum flagellis cæſum, vt crucifigeretur.

Eodem etiam peccati genere fuit inuolutus Saulus in Stephani protomartyris necẽ conſentiens Auguſtino teſte.

Peccarunt & viri ex Iudæis plures quadraginta qui facta etiam voti nuncupatione in Pauli necem armarunt ſeſe.

EXEMP-

EXEMPL. I. *Paschasius Diaconus Romanæ Ecclesiæ post mortem punitur, quia in parte Laurentij contra Symmachum sensit.*

Gregor. Mag. li. 4. Dial. cap. 40.

CVm adhuc essem iuuenculus, atque in laico habitu constitutus, narrari à maioribus atque scientibus audiui, quod Paschasius huius Apostolicæ sedis Diaconus, cuius apud nos rectissimi & luculenti de sancto Spiritu libri extant, miræ sanctitatis vir fuerit, eleemosynarum maximè operibus vacans, cultor pauperum & contéptor sui. Sed hic in ea contentione, quæ inardescente zelo fidelium, inter Symmachum, atq; Laurentium facta est, ad Pontificatus ordinem Laurentium elegit, & oĩum post vnanimitate superatus, in sua tñ sententia vsq; ad diẽ sui exitus perstitit, illum amando, atq; præferendo, quem Episcoporum iudicio præesse sibi Ecclesia refutauit. Hic itaq; cum temporibus Symmachi Apostolicæ sedis præsulis esset defunctus, eius dalmaticam feretro superpositã dæmoniacus tetigit, statimq; sanatus est. Post multum vero temporis Germano Capuano Episcopo medici pro corporis salute dictauerãt, vt in Angulanis thermis lauari debuissent. Qui ingressus easdem thermas, prædictum Paschasium Diaconum stãtem, & obsequentem in caloribus inuenit. Quo viso vehementer extimuit, & quid illic tãtus vir faceret inquisiuit. Cui respõdit: Pro nulla alia causa in hoc pœnali loco deputatus sum, nisi quia in parte Laurentij contra Symmachum sensi. Sed quæso te, pro me Dñm deprecare. Atque in hoc cognosces quod exauditus sis, si huc rediens me nõ inueneris. Qua de re vir Dñi Germanus se in precibus strinxit, & post paucos dies redijt, sed iam dictum Paschasiũ in loco eodem minimè inuenit. Quia enim non malitiæ, sed ignorantiç errore peccauerat, purgari post mortem à peccato potuit. Quod tamen credendum est, quia ex illa eleemosynarum suarum largitate hoc obtinuit, vt tũc posset promereri veniam, cum iam nihil posset operari.

Paschasij Diaconi virtutes ac pietas. *Eiusdem i electione Pontificis obstinata opinio.* *Paschasius post mortem dæmoniacũ miraculose sanat.* *Purgatur ob dictam opinionẽ in aqs Thermarum.* *Liberatur precibus Germani Episcopi Capuani*

II. *Ludouicus Rex punitur, quia consensit hæresi Nicolaitarum.*

LVdouico Germaniç Regi fertur apparuisse in somnijs genitor suus Ludouicus Pius, adiurans eum per nomẽ S. Trinitatis, vt eriperet eum è tormẽtis, quibus tenebatur. Ob hoc Ludouicus ad diuersa monasteria magnas eleemosynas distribuit: vnde dabatur intelligi; quod licet idem Imperator multa Deo & hominibus placita fecisset, plura tamen Deo contraria in regno suo permisit. Inter quæ grauiora videbantur, quod hæresi Nicolaitarũ non restitit, & monita Gabrielis Archangeli duodecim capitulis comprehensa seruare non studuit.

Io. Naucle. Chronolo. vol. 2. Generat. 29. an. 890. *Ludouici Pij Regis post mortem apparitio.*

TIT. XXVI. De quarto modo committendi peccatum alienum, hoc est de motione siue irritatione, qua scientes alium dictis, factis, aliave ratione ad peccatum cõmouemus.

Sic peccarunt Chore, Dathan & Abiron, qui insurgentes in Moysen & Aaronem, concitarunt populum ad auferendum huic sacerdotium, illi principatum. Propter quod facinus statim dirupta fuit terra sub pedibus eorum, et aperiens os suum eos deuorauit cum tabernaculis suis & substantia vniuersa, & ita viui descenderunt in infernum operti humo, & perierunt de medio multitudine. *Nu. 16.*

Sic quoque peccabat vxor Iob patientissimo viro petulanter insultans, & quantum in se erat eum irritans & prouocans, vt Deo malediceret, quod ita ab eo derelictus esset, & in tantas miserias venire permissus. *Iob 2.*

Et Tobiæ vxor æque morosa maritum filis conuitijs frequenter infestans, & exasperans idem peccatum committit, *Tob. 2. & 3.*

tit, obijciens illi, quod per suas eleemosynas & pia opera ad paupertatem, & angustiam magnam essent redacti. Vnde licet Tobias impatientiæ vitium non incurrerit; anxius tamen domesticam iniuriam suspirijs, lacrymis, & precibus ad Deum fusis leuare coactus fuit.

EXEMP. I *Henricus Anglorum Rex irritat suos ad mortem inferendam Thomæ Cantuariensi.*

Iacob. Meyer l. 6. Annal. Fländ.anno 1171. CVm die Dominici Natalis forte inter epulas Thomæ Cantuariensis mentio incidisset, Henricus Anglorũ Rex prorupit in hæc verba: Si Rex animosos aliquos, sibiq; obsequentes haberet viros, Thomam impunem nõ relinquerent: iisq; ex verbis parricidæ nefarij sceleris rapuerunt occasionem necandi sanctum virum, 4. Calend. Ianuarias, in templo Cantuariensi D. Benedicti anno Domini 1171.

II. *Sigismundus Rex, vxoris suæ nouercæ instigatione, Sygiricum filium morte afficit.*

Greg. Turon. li 3. histor. Franc. c. 5. SIgismundus Rex Gũdobaldi filius, perdita priore coniuge filia Theodorici Regis Italici, de qua filium habebat nomine Sygiricum, aliam duxit vxorem: quæ valde contra filium eius, sicut nouercarum mos est, malignari ac scandalizari cœpit. Vnde factum est, vt vna solemnitatum die, cũ puer super eam vestimenta matris agnosceret, commotus felle diceret ad eã: Nõ enim eras digna, vt hęc indumenta tua terga contingerent, quæ dominæ tuæ, id est, matris meæ fuisse noscuntur. At illa furore succẽsa, instigat verbis dolosis virum suum, dicens: Hic iniquus regnum tuum possidere desiderat, teq; interfecto id vsque in Italiam dilatare disponit, scilicet vt regnũ, quod auus eius Theodoricus Italiæ tenuit, & iste possideat. Scit enim quod te viuente hæc non potest adim-

Iniquũ nouercæ cõtra filiũ Sigismundi consiliũ.

plere: & nisi tu cadas, ille non surget. His & huiusmodi ille incitatus verbis, vxoris iniquæ consilio vtens, iniquus extitit parricida: nam sopitum vino post meridiem dormire filium iubet: cui dormienti lorũ sub collo positum, ac sub mento ligatum trahentibus ad se inuicem duobus pueris, suffocatus est. Quo facto pater sero iam pœnitẽs super cadauer exanime ruens, flere cœpit amarissimè. Ad quem senex sic dixisse fertur: Te, inquit, plange amodo, qui per consilium nequam factus es parricida sæuissimus: nam hũc, qui innocens iugulatus est, necessarium non est plangi. Nihilominus ille ad sanctos Agauenses abiens, per multos dies in fletu & ieiunijs durãs veniam precabatur, psallentium ibi assiduum cœtum instituens: Lugduno regressus est, vltione diuina de vestigio eum, prosequente.

Sigismũd uxoris consilio addit filiũ interimit.

Vltio diuina parricidam filij prosequitur.

TIT. XXVII. De quinto modo, quo alienum peccatum committitur, cum aliquem in malefactis vel de improbitate commendamus, vel tanquam re bene gesta, calcar addimus male currenti, vt ille in prauo instituto pergat.

Duo latrones, qui filium Saul Isboseth occiderunt, & caput David attulerunt, placere crediderunt; sed David bene ostendit quod sibi displicuit. 2. Reg. 4

Post obitum Ioiadæ sacerdotis, principes Iudæ adorauerunt regem. Qui delinitus obsequijs eorum acquieuit eis, & dereliquerunt templum Domini, seruieruntque lucis & sculptilibus. 2. Paral. 24.

Vrias Pontifex Hierosolymitanus. Achazi regis Iudæorum iussu aram Domini æneam locò mouit, & ad Damascenum exemplar aliam extruxit, in qua hostias adoleuit, plus gratiæ regis, quam timori Domini tribuens. 4. Reg. 16

Pharisæi abeuntes consilium inierunt, vt Iesum in sermone caperent: Matt 22. Mar. 12. Luc. 20.

mit-

mittuntq; discipulos suos cum vectigalium collectoribus (quos Herodianos, quasi Herodi subiectos, Matthæus nominat) qui cum hoc verborum lenocinio demulcerent: Magister, scimus quia verax es, & viā Dei in veritate doces, et non est tibi cura de aliquo: non enim respicis personam hominum &c. Ad quæ Dominus, cui nihil occultum, cognita eorum nequitia, ait: Quid me tentatis hypocritæ, q.d. (cur vestra hypocrisi sollicitatis me vt vobis placentia loquar? vero, accommodatoq; nomine adulationem, hypocrisim appellat: cum per illam ea facere delectet, in quibus non solùm non meruit reprehensor, sed etiam laudatur operator.

EXEMP. I. *Herodes admittens adulationem diuinam punitur.*

Iosephus libro 19 Antiqu. cap. 7. CÆsareæ ludis pro Augusto celebrandis cum vacaret, die quodam in theatrum processit Herodes amictus veste tota ex argento mirabili cōtexta, quę radijs exorientis solis percussa spectātib. horrorē venerationi mixtum incuteret, mox adulatores acclamantes Deum consalutabant, rogātes *Impia populi adulatio.* vt faueret propitius: hactenus enim vt hominem reueritos, nunc agnoscere & fateri in eum quiddā natura mortali sublimius. Quam impiam adulationem cum nec castigasset, nec repulisset, diuinam sensit vindictam, & cū *Punitio diuina adulationem non repulsā sequitur.* grauissimis doloribus cruciaretur, conuersis in amicos adulatores oculis: En ego ille, īquit, vestra appellatione De° vitam relinquere iubeor, fatali necessitate vestrū arguēte mendaciū: & quē immortalē salutastis, ad mortē rapior.

II. *Pulchrum dictum Caroli Regis perstringentis adulatores Regum.*

Ex Annal. Frā. CArolus VIII. Gallorum Rex pridie quam è viuis decederet, Bernardum cubilarium, qui ipsi lauandis manibus frigidam ministrabat, interrogauit, Qui fit, inquit, Bernarde, qđ tam pauci Reges Sanctorum numero adscribantur? cubiculario modestiæ causa subticēti Rex ait: Causa, inquit, est, quia paucos penes se habent qui ipsis verum dicant.

III. *Augustus non admittit voces adulantium.*

ANno ab vrbe condita 752. Cæsar Augustus ab oriente in occidentem, à septētrione in meridiem, ac per totum Oceani circulum cunctis gentibus vna pace compositis. Iani portas tertio ipse tunc clausit. Quas ex eo per duodecim fere annos quietissimo sem per obseratas otio, ipsa etiam rubigo cōsignauit: nec prius vnquam nisi sub extrema senectute Augusti pulsatæ Atheniensium seditione & Dacorum commotione patuerunt. Clausis igitur Iani portis rempubl. quam bello quæsierat, pace enutrire atque amplificare studens, leges plurimas statuit, per quas humanum genus libera reuerentia disciplinæ morem gereret. Domini appellationem vt homo declinauit. Nam cum eodem spectante ludos, pronunciatum esset à quodam mimo, O dominum æquum & bonū; vniuersique, quasi de ipso dictum esset, exultantes approbauissent, statim quidem manu, vultuque indecoras adulationes repressit, & in sequenti die grauissimo corripuit edicto, dn̄mque se posthac appellari ne a liberis quidem aut nepotibus suis, uel serio uel ioco passus est. Igitur eo tempore, idest, eo anno, quo firmissimam uerissimamque pacem ordinatione Dei Cęsar composuit, natus est Christus: cuius aduentui pax ista famulata est, in cuius ortu audiētibus hominibus exultantes Angeli cecinerunt; Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ uoluntatis. Eodemq; tempore hic, ad quem rerum omnium summa concesserat, dominum se hominum appellari non passus est; immo nō ausus, quo verus Dn̄s totius generis humani inter homines natus est.

Paul. Oros. lib. 6. c. 22.

Augusti tempore pax vniuersalis.

Augusti in remp. præclarū studiū.

Cæsar Augustus dominū se vocari nō patitur.

TIT.

TIT. XXVIII. De sexto peccato alieno, silentio nimirum siue reticentia culpæ alienæ, quod in nos redundat, quando intempestiuum nostrum silentium subdito, vel alteri cuiuis adfert detrimentum.

Hier 26. & 50 Isa. 56 Ezech 3 & 33. *Ne hac peccati labe contaminarentur Hieremias, Isaias, Ezechiel, aliique viri sancti à Deo moniti, vt populum reprehenderet, &c. diligenter suo munere functi sunt.*

Ion. c. 1. *Ionas Propheta missus in Niniuen ad carpendam populi malitiam, id præstare renuens fugit; orta autem tempestate mittitur in mare.*

Hesther cap. 4. *Mardochæus sic mandauit Hesther: Ne putes quod animam tuam tantum liberes quia in domo Regis es præ cunctis Iudæis: si enim nunc silueris, per aliam occasionem liberabuntur Iudæi, et tu & domus patris tui peribitis, &c.*

Act. cap. 23. *Sic D. Pauli nepos hoc peccato fœdari noluit, cum enim audisset auunculo suo viros numero quadraginta & amplius necem coniurasse, conspirationem Tribuno, cuius erat eam impedire, detulit.*

EXEMPL. I. *Antonius professor eximius Minorum putauit non tacendum in reprehendendo publice sancto Francisco de Paula; sed errauit, & errorem correxit.*

Ex bulla Canoniz. S. Fr. Paulani per Leon X. an. 1507. apud Suri. Apr. 2 ANtonius quispiam Ordinis Minorum professor eximius, & vitæ etiam ac morum integritate omnibus admirandus, publicis sæpe concionibus beati viri Francisci de Paula dicta, factaq; carpebat, & populum interim admonebat, ne se ab homine simplice, iudi, ac litterarum ignaro in errorem adduci pateretur, præsertim in eo quod solis herbis ægrotis sanitatem promittebat. Hæc cũ animo confidenti frequenter ad populũ peroraret, fratres alij eum hortati sunt, vt coram beatũ virum de prædictis argueret, & salutaribus monitis à tanta temeritate ad saniorem mentẽ reuocaret. Qui sanè abijt, & virum sanctum acriter increpitum contumelijs insuper affecit; monuitq; ne deinceps sua ruditate & stultitia plebẽ à veritate in tantã inscitiam, atq; adeo in fraudem abduceret. At vir sanctus cũ hęc, aliaq; insigni patientiæ documento pertulisset hilari animo, foco appropinquans ardentes nudis manibus titiones arripuit, eosq; strictè cõprimens ostẽdit omnia Dei virtute fieri posse. Quo miraculo stupore propemodum oppressus Antonius, ad eius sese pedes abiecit, atq; erroris sui veniam humiliter postulauit, nec priùs surgere præsumpsit, quã tanti viri benedictione potiretur. S. Fr. Paulani modestia iniurijs. Miraculum.

TIT. XXIX. De septimo peccato alieno, conniuentia scilicet, siue indulgentia, qua alienis peccatis implicamur, & fit, quoties id, quod facultate vel auctoritate nostra emendari vindicarique potest, & debet, nos tamen impunitum & in peius abire sinimus.

Hoc modo à Rege Saul peccatũ fuit, cum aduersus Dei mandatum clementior esset ac parceret Amalechitis Dei hostibus: nam Agag ipsorum Regem viuum cepit, omne autem vulgus occidit in ore gladij: Regi vero Agag pepercit, & optimis gregibus ouium & armentorum, & vestibus & arietibus, & vniuersis, quæ pulchra erant, quicquid vero vile fuit, & reprobum, hoc demoliti sunt, contra mandatum Domini. 1. Reg. 15

Adonias filius Hagitth eleuabatur, dicens: Ego regnabo. Fecitque sibi currus & equites, & quinquaginta viros, qui carrerent ante eum. Nec corripuit eum pater suus aliquando dicens: Quare hoc fecisti? &c. 3. Reg. 1.

Peccatum idem ab Achab Rege 3 Reg. 20.

ad-

admissum est, quando Benadab Regem Syriæ in gratiam recepit: vnde nec seueram ita comminantis Prophetæ sententiam effugit: Hæc dicit Dominus: Quia dimisisti virum dignum morte de manu tua, erit anima tua pro anima eius, & populus tuus pro populo eius.

TIT. XXX. De participatione criminis, octauo peccato alieno, quod fit quando participamus de lucro iniquo, quod alius contraxit.

Daniel 5.

SIc Balthasar Rex fecit grande conuiuium optimatibus suis mille: & vnusquisq; secundum suam bibebat ętatem. Præcepit ergo iam temulentus, vt afferrentur vasa aurea, & argentea, quæ asportauerat Nabuchodonosor pater eius de tēplo, quod fuit in Hierusalē: vt biberent in eis Rex & optimates eius, vxores & concubinę illius. Bibebant vinum, & laudabant Deos suos aureos & argēteos, æreos, ferreos, ligneosq; & lapideos. In eadem hora apparuerunt digiti quasi manus hominis scribentis contra candelabrum in superficie parietis aulum regiæ: & Rex aspiciebat articulos manus scribentis. Tunc facies regis cōmutata est, & cogitationes eius conturbabant eū, & compages renum eius soluebantur, & genua eius ad se inuicem collidebantur. Exclamauit itaq; rex fortiter, vt introduceret Magos, &c. Et paulo post: Ad quæ respōdens Daniel ait coram rege: Munera tua sint tibi, & dona domus tuę alteri da: scripturam aūt tibi rex, & interpretationē eius ostendam tibi. Quando eleuatū est cor Nabuchodonosor patris tui, & spiritus illius obfirmatus est ad superbiam, depositus est de solio regni sui, & gloria eius ablata est, & à filijs hominum eiectus est, sed & cor eius cum bestijs positum est, & cum onagris erat habitatio eius: fœnum quoq; vt bos comedebat, & rore cæli corpus eius infectum est, donec cognosceret, quod potestatem haberet altissimus in regno hominum, & quemcumq; voluerit suscitabit super illud. Tu quoq; filius eius Balthasar, non humiliasti cor tuum, cum scires hæc omnia: sed aduersum Dominatorem cæli eleuatus es: & vasa domus eius allata sunt coram te, & tu, optimates tui, & vxores tuæ & cōcubinę tuæ, vinum bibistis in eis: Deos quoq; argenteos, & aureos, ferreos ligneosq; & lapideos qui nō vident neque audiunt, neq; sentiunt, laudasti: porro Deum, qui habet flatum tuum in manu sua, & omnes vias tuas, non glorificasti. Idcirco ab eo missus est articulus manus, qui scripsit hoc quod exaratum est. Hæc est autem scriptura quæ digesta est: Mane Thecel phares. Et hæc est interpretatio sermonis: Mane: numerauit Deus regnum tuum, & compleuit istud: Thecel; appensus es in statera, & inuentus es minus habēs: Phares diuisum est regnum tuum, & datum est Medis & Persis. Eadē nocte interfectus est Balthasar Rex Chaldęus: & Darius Medus successit in regno annos natus sexaginta duo.

Balthasar Rex temulentus iubet ferri vasa tēpli ad mensam profanam. Prodigiū digitorū scribentium in pariete.

Daniel explicat regi prodigium.

TIT. XXXI. De nono peccato alieno, criminis nempe alterius defensione, quod committimus, cum aut malefactoribus patrocinamur, aut doctrinam alterius, quā uis peruersam & impiam, tuemur vel spargimus: cum nostra itidem cura vel opera, quod contra fas & æquum instituitur, promouere atque propugnare contendimus.

EXEMP. I. *Theodosius Imperator præuentus defendebat impium factum Honorati præfecti, sed ab Ambrosio admonitus resipiscit.*

CVm Theodosius Imperator Constantinopoli abesset in Occidente, Iudæi conciliato & annuente Honorato vrbis præfecto (nam paganus erat) magnificā in foro ærario synagogam extruunt. Sed vrbana multitudo ea re irritata, præfecto maledicit, illo maledicta negligente, synagogā igne iniecto cremat. Præfectus rem ad Im-

Io. Zonar. Annal. to. 3. D. Amb. li. 5. epist. 29. ad Theodos.

peratore scribit, qui eam audaciæ pœnam statuit, vt sumptus synagogæ per soluerent, eamq; Iudæis instaurare liceret, Hoc magnus Ambrosius cognito, cum quodam dominicô festo Imperator Mediolanensem ecclesiam ingrederetur, sic exorsus est: Cur Imperator, eum, qui te ex priuato regê fecit, suo grege cômisso, qui caput tuum priùs squalidum diademate exornauit, tu contumelijs afficis; eos, à quibus ille reijcitur, ijs præferendo, à quibus colitur, vt etiam illata, vt in media vrbe, in qua Christus colitur, & crux adoratur, synagogâ Christi interfectoribus ædificêt? Ea reprehensione verecûdatus Imperator, Nunquid, inquit, Episcope, in republica bene constituta plebi concedenda est quiduis temerè & impudenter audendi licentia? At ne illud quidem, inquit D. Ambrosius, concedendum est, vt Iudæi in medio Christianæ vrbis synagogas habeant, & blasphemis precibus piorum aures obtundant. Ne vero istud decreueris, sanctissime Imperator. His lenitus Theodosius, Byzantijs remittit mulctam, & Iudæos intra vrbem regiam habere synagogam vetuit.

Iudæis synagogā habere inter Christianos nō permittendum

Error Berengarij de verit. cor. Christi quam seuerè prohibitus.

II. *Bruno Episcopus defendit errorem Berengarij.*

Hac etiam peccati labe conspersus fuit Bruno Andegauensis Episcopus: Cû enim Berengarij Turonensis, Andegauensis Archidiaconi error de veritate corporis Christi in Sacramēto Eucharistiæ negata, à Roberto Rege damnatus, vt nedum asseri, sed nec audiri eo viuente permissus esset: eo iam defuncto, Liberiùs absq; obice hæresim promulgare, atq; firmare ausus est, annitente Brunone Andegauensi Episcopo, quê in eandem vesaniam aucta errorum propagine, non solum decipiendo perduxerat, sed & propugnatorê acerrimum constituerat. Cû vero nefandæ blasphemiæ rumor iam Gallias implesset vniuersas, nec non Germanias peruasisset, Henricus Francorum Rex Christianissimus, Roberti parentis vt regni, ita & pietatis heres, eius exemplo côdemnandū errorem, profligandam hæresim, penitusque obruendā, vt nullatenus amplius audiretur, ocyus exurrexit, quamuis ciui li bello teneretur iugiter occupatus; probè sciens tunc reddi sibi Deū propitiū ad debellandos infestos hostes, cum emergentes hæreses côprimuntur, & regia potestate, ne vel mutire audeant, continuo strangulantur; rediq; tunc pacificū, atq; diuina protectione securū regnum, cum Rex sollicitè curat eius Ecclesiam ab omni prorsus hæresis labe impollutā integramq; seruare. Quamobrem paterno exæstuans zelo, impiger ad conficiendum monstrum ab inferis portis nuper emersum, & magna oīum admiratione, sed maiori detestatione auditū, regia tuba milites côuocat, cū videlicet totius regni Epos ad Conciliū vocat.

Regum Franciæ pietas.

Nascentes hæreses extinguere, Deo gratissimum

III. *Episcopus defendens peccatum Imperatoris punitur grauissime.*

Villelmus Traiectensis Episcopus causam Henrici Regis filij Imperatoris Henrici, qui contra Ecclesiā inaudita superbia insurrexerat, contra bonū & æquum obstinate tuebatur, & studio partium Regis, multa in iniuriam Romani pontificis, omnibus pęne diebus solemnibus, inter Missarum solemnia rabido ore clamabat, periurū eum, adulterum & pseudoapostolum appellans, & tā à se quā à cæteris Episcopis sępenumero excommunicatū pronuntians. Is breui posteaquam Rex exactis Paschalibus ferijs Traiecto discesserat, repente grauissima ægritudine correptus est: cūq; per acerrimos cruciatus animæ, & corporis vrgeretur, miserabili eiulatu coram omnibus qui aderant, vociferabatur: Iusto Dei iudicio se & præsentem vitā amisisse, & æternam, quod Regi ad omnia, quę perperam intendisset operam suam summo annisu tribuisset, atque in spem gratiæ eius Romano Pontifici san-

Ex Lamber. Scafnaburg. ...aro. 10. 11. ann. 1076 35

Epi Traiectensis in Papā blasphemia iustissima dicta blasphemia pœna.

ci sanctissimo & Apostolicarum virtutum viro graues contumelias sciens & prudens innocenti irrogasset. In hac vocem (vt asserunt) sine communione, sine vlla satisfactione expirauit. De eodem Vvillelmo sic Langius ex Annalibus Ecclesię Magdeburgēsis: Vvillelmus Episcopus Traiectensis fautor Henrici Ecclesiarũ tyranni. Hic cum prefatus Rex esset Traiecti, & excommunicatio Regis à Romano Pontifice facta præsentata fuisset, Rex ipse excommunicationem Papę consilio Episcopi vilipendebat. Episcopus quoque idem præfatus, timens ne si populus hoc audisset à Rege sicut ab excommunicato discederet, inter missas sermonem faciens ad populum, derisoriè quod Rex excommunicatus esset, indicauit. Sed hanc excommunicationem nihil valere, quibus poterat verbis, vtpote facundus homo, confirmabat. Sed quantum valeret in semetipso coactus est cognoscere, si liceret ei pœnitendo à superbia resilire. Nam in ipso loco, in quo Romano Pontifici derogabat, ipse malà valetudine corripitur, in qua vsq; ad miserandum vitæ terminum detinetur. Itaque morbo magis ac magis ingrauescente, dũ quidam homo Regis eum rogaret, vt secum suo mandato remitteret ad Regem; Hoc, inquit, mitto ei mãdatum, Quod ipse & ego, & omnes iniquitati eius fauentes, sumus damnati in perpetuum. Cumq; à suis qui aderant clericis, ne talia loqueretur, esset admonitus. Quid aliud, inquit, loquor, nisi quod verũ esse visibiliter intueor? Ecce enim dæmones lectum meum circunstant, quatenus me mox vt expirauero, capiant. Itaq; cũ fuero è corpore eductus, rogo vos, & omnes fideles, ne se fatigent pro me faciendo supplicationes. Hic igitur in desperatione defunctus, diu iacebat insepultus, donec Romã mittitur, & inde quæsito consilio, ne populus corrumperetur fetore, Apostolico iussu sine commendationibus sepelitur. Et ita alij cõplures Henrici fautores male interiere. Vdo Treuirensis Archipræsul repentina morte obijt. Burchardus Misnensis præfectus ex equo cadens expirauit. Sic & Godefredus Dux hostis Saxoniæ percussus sine confessione perijt. Ita & Eppo Episcopus noster magnus Henrici fautor, & affectator mala morte cõclusit, de qua in prædictis Chronicis Magdeburgensibus ita ad verbum scribitur: Eppo Citzensis Episcopus dum in Episcopatu S. Chiliani quendã riuũ forte sedens in equo transiret, quẽ quilibet pedes sine periculo transire posset, vbi nec timor vllus fuit, equo cadente moriens sic interijt, sic S. Chiliano disponente, vt qui eius rebus violentus incubuerat, vinumq; illius sæpe iniustè biberat, aquam quoq; suam iustè bibendo, dum suffocatus scilicet obijt, vltra merũ non quæreret. Et quia nobis irreconciliabilis permãsit, Deo irreconciliatus ab hac vita migrauit.

Langius ex Anal. Ecclesia. Magdeburg. de eodē Traiect. Epi.

Excommunicationis contemptus.

Episcopi ob contemptam excommunicationē desperate moritur.

Fautores Henrici Imperatoris malè morte intereũt.

Epponis Citzensis Episcopi miserabilis exitus.

De peccatis in Spiritum sanctum.

TIT. XXXII. De peccatis in Spiritum sanctum in genere.

Peccatum in Spiritum sanctum est: oblatam Dei gratiam, quæ Spiritui sancto ceu fonti bonorum omnium tribui peculiariter solet, ex malitia contemptim abijcere.

Sic peccauit olim Amon Manassis filius, de quo ita scriptura: Et cogitauit Amon: cogitationem transgressionis malam & dixit: Pater meus à iuuentute multa inique fecit, & in senectute pœnitentiam egit: & nunc ego ambulo pro vt concupiscit anima mea, & postea conuertar ad Dominum. Et fecit malum in conspectu Domini supra omnes, qui fuerunt ante ipsum, & exterminauit eum Dominus. Deus cito à terra eius bona: & irruerunt in eum

4 Reg. 21 Clem. Rom. l. 2. Constit. Apost. c. 7.

serui

serui sui, & occiderunt ipsum in domo ipsius, & regnauit annos duos solos.

EXEMP. I. *Exemplum de hoc peccato à S. Athanasio explicatum.*

D. Athanasius de hoc peccato aliud inducit exemplum, de eorum parentibus, qui primo quidem contra Moysen contenderunt, propter defectum aquæ & panis, & hoc Dominus sustinuit patienter: habebant enim excusationem ex infirmitate carnis. Sed postmodū grauiùs peccauerunt, quasi blasphemantes in Spiritum sanctum, beneficia Dei, qui eos de Ægypto eduxerat, idolo attribuentes, cū dixerunt: Hi sunt Dij Israel, qui te eduxerunt de terra Ægypti. Et ideo Dominus & temporaliter fecit eos puniri; quia ceciderunt in die illa quasi triginta tria millia hominum: & in futuro eis pœnam comminatur, dicens: Ego autem in die vltionis visitabo & hoc peccatum eorum.

Peccata in Spirit. penitus inexcusabilia.

II. *Aliud exemplum à S. Gregorio explicatum.*

IGnorantia Paulus peccabat cum diceret: Qui priùs blasphemus fui, & persecutor, & contumeliosus; sed misericordiā Dei consequutus sum, quia ignorans feci in incredulitate. Petrus vero infirmitate peccauit, quando in eo omne robur fidei, quod Domino perhibuit, vna vox puellæ concussit, & Deū, quem corde tenuit, voce denegauit. Sed quia infirmitatis culpa, vel ignorantiæ eo faciliùs tergitur, quod non studio perpetratur, Paulus qui ignorauit, sciendo correxit, & Petrus motam & quasi arescentem iam radicem fidei lacrymando solidauit. Ex industria vero peccauerunt ij, de quibus ipse per se magister dicebat: Si non venissem, & locutus fuissem eis, peccatum non haberent: nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Et paulo post: Et viderunt, & oderunt me & patrem meum.

D. Greg. lib. 25. Moral. c. 16. 1. Tim. 1. Matt. 26

Pharisæorum peruicacia. Ioan. 5.

TIT. XXXIII. De primo peccato in Spiritum sanctum, quod est Præsumptio de misericordia Dei, seu impunitate peccati.

Præsumptio autem ea est, quæ hominem sola Dei misericordia ad peccandum audaciorem facit, seposita omni iustitiæ timorisque diuini ratione.

EXEMP. I. *Exemplum à S. Augustino explicatum de Aetianis.*

SIc peccarunt Aetiani ab Aetio ita vocati, ijdemq; Eunomiani ab Eunomio Aetij discipulo, quo nomine magis innotuerunt. Eunomius quippe in Dialectica præualens, acutius & celebrius defendit hanc hæresim, dissimilem per omnia Patri asserens Filium, & Filio Spiritum sanctum. Fertur etiam vsque adeo fuisse bonis moribus inimicus, vt asseueraret, quod nihil cuique obesset quorumlibet perpetratio ac perseuerantia peccatorum, si huius, quæ ab illo docebatur, fidei particeps esset.

August. li. de hæres. ad Quoduultdeū hæres. 54

Eunomij hæresis.

II. *De præsumptione hæreticorum per solam fidem promittentium salutem.*

SIc quoque hodie peccant complures, qui sola fide in Christum sibi blandientes, vel in medijs peccatorum sordibus, vt iumenta computrescunt, nec sibi solum, sed alijs itidem polliceri audent securitatem, modo meritis Christi & Dei gratiæ per fidem apprehensæ fidant, quantumuis interim pœnitentiæ fructus negligantur.

Idē Aug. de fide et operib. c. 14. & 22. & alibi. locl. c. 1.

TIT. XXXIIII. De 2. peccato in Spiritum sanctum, Desperatione scilicet, quæ fit, dum homo omnem impetrādæ veniæ, vel salutis æternæ consequendæ spem prorsus abijcit.

Eo modo peccauit Cain, postquam occidit Abel innocentem fratrem suū, vt sua ipse voce testatur, dum ait,

Gen. 4.

Maior est iniquitas mea, quam ut veniam merear.

Mat. 27 *Peccauit & Iudas Christi proditor, cum salutis desperatione commotus vitam laqueo sibi infelix abrupit. Atqui* Luc. 23. *nulla nimis est sera homini pœnitentia, uti latronis exemplo demonstratur, qui in cruce extremisque vitæ spatijs Christi ingentem gratiam & gloriam est consecutus.*

EXEMPL. I. *Theophilus Imperator videtur desperasse ex persuasione atheismi.*

Ioan. Cuspin. 3 Cæsaribus. Theophilus Imperator ex graui dysenteria salutis suæ nullam spem habens, vocato ad se Senatu iuramentum exigit, vt vxorem filiumque pro regibus suscipiant, eosque feruent: quod promissum, factumque est. Cœpit autem maximè suspectum habere Theophobum, quem ipse Persis præfecerat, à quibus & ipse Rex fuit, licet inuitus, appellatus: Deum igitur paulatim corpus insumitur, Theophilus metuens ne se mortuo Theophobus regnum inuaderet, intra regiam contineri iubet. Et iam animam agẽs Theophobum iubet trucidari, & eius caput afferri, quod manibus suis contrectasse fertur iis verbis: Nec tu posthac Theophobus, nec ego Theophilus ero. Hoc dicto animam efflauit, Athei vox. cum duodecim annos & menses tres regnasset.

II. *Desperatio Constantini Copronymi.*

Constantinus Copronymus Imperator elephantico morbo correptus, maximis consumptis cruciatibus, cum imperasset annos triginta quinque, moriens dixisse fertur: Addictus sum inextinguibili flammę. Eius nurus Irene Theodori Antistitis hortatu cadauer refossum publicè cremari iussit, cineremque iactauit in mare.

TIT. XXXV. De 3. peccato in Spiritum sanctum, quod est, Agnitæ veritatis impugnatio; & fit, quando de fidei & religionis negotio veritas non ex ignorantia, sed ex malitia studiosè oppugnatur, vt hinc veritatis Catholicæ lædatur syncceritas.

Pharisæi audientes dixerunt: Hic Mat. 12. *non eijcit dæmones nisi in Beelzebub principe dæmoniorum.*

Huic peccato ijdem Pharisæi ob- Ioan. 9. *noxij fuerunt, quibus nihil carius fuit, quam malignè & falsò Christum blasphemare & veritatem doctrinæ eius insectari, cum tamen ex legis & Prophetarum doctrina facilè cognoscere poterant, ipsum verum esse Messiam, eiusque doctrinam veram.*

Eodem modo etiam peccabant Iu- Actor. 4. *dæi, cæterique Magistratus templi Ierosolymitani, quando contra suam ipsorum conscientiam, doctrinam Apostolorum Christo testimonium reddentium conabantur opprimere, cum tamen manifestissimis miraculis, & ipsa luce clarioribus suæ doctrinæ veritatem comprobarent.*

Veritatem impugnant hæreticorum ministri, qui docent mendacia contra verba sacrarum scripturarum: easdem contra expressas SS. Patrum interpretationes interpretantes: mendaciter etiam suam falsam doctrinam ex eorũdem SS. Patrum dictis & sententijs probare nituntur, quas mutilant & medias recitant, relicta alia parte earumdem sententiarum.

TIT. XXXVI. De fraternæ charitatis inuidentia 4. peccato in Spiritum sanctum quod committitur, cum grauiter dolemus de splendore, augmentoue virtutum, & donorũ Dei, quibus frater est conspicuus.

Hoc

Apocal. 12. *Hoc peccatum diabolicum planè est & Satanæ proprium, qui Dei beneficia & gratiam in homine tum augeri, tum conseruari fert impatientissimè, & idcirco non modò fratrum accusator, verum etiam Dei & bonorum omnium aduersarius implacabilis. Primo enim omnium in forma serpentis decepit Euam in paradiso, ipsi, & Adamo, ac posteris eorum, felicitatem illam iustitiæ, & aliorum donorum, quibus orna ti erant, quin & beatitudinem ipsam, ad quam peruenturos eos sciebat, si in gratia Dei perseuerarent, inuidens.*

Act. 7. 11. & 13. *Sic etiam peccabant olim Iudæi, qui nascentem Euangelij gratiam omnino gentibus inuidebant, vt in Actis Apostolorum legimus.*

EXEMP. I. *Inuidens fratri & volens ei nocere punitur, & innocens seruatur.*

Cæsar. li. 4. Mirac. c. 24. Non est diu quod monachus quidam stimulis inuidiæ agitatus & superatus, quendam ex fratribus suis adolescentem accusauit apud Abbatem, imponens ei crimina pessima: cui cum minùs Abbas crederet, ille ad maiorē vindictam vsq; ad Visitatoris præsentiam suam accusationem reseruauit. Quid plura? tāta apud illum inuidi machinatio profecit, vt ipse Visitator iuueni vitia relata in capitulo corā omnibus obijceret, neganti, & Deū innocentiæ suæ testem inuocanti non crederet, sed habitu truncato carceri māciparet. Post cuius discessum, Deus iudex iustus inuidum infirmitate peremptoria flagellauit: timens vero mori, cōfessus est iuuenem ex inuidia accusasse. Quod cum ex consilio confessoris senioribus propalasset, statim pro Visitatore missum est: qui territus ad monasterium, ocyus rediit, ipse carcerem intrauit, ad pedes monachi se prostrauit & vt sibi ignosceret quod ignoranter in eum deliquerat, supplicans, etiam reluctantem eum cū gloria eduxit. Hęc mihi relata sunt à quodam Abbate, qui visitationi eidem interfuit. Puto monachum istum in tam grandi tētatione meruisse. Quod fornax auro, quod lima ferro, quod flagellum grano, quod vuæ torcular, hoc ei eadem tentatio fuit: seruauit enim in tribulatione patientiam. Inuido autem sua erat inuidia, quod veneū stomacho, quod tinea vestimento, quod ærugo flori, quod tabes corpori. *Tribulatio patienti, homini vtilissima, Inuidia quā sit nociua.*

II. *Inuidiola puellaris.*

Anno præterito in monasterio quodam ordinis nostri iuxta Frisiam, quod Iesse dicitur, duæ paruulæ puellæ ad literas positæ fuerunt: Quæ cum magno feruore discentes, satis inter se cōtenderent, vt vna alteri in studio & scientia superior haberetur: interim cōtigit vnam infirmari, quæ comparis sui profectui inuidens satis cępit tētari, timens quod interim multa discere posset, vocansq; Priorissam, cępit illi supplicare dicens; Bona Domina, quando venerit ad me mater mea, ego requiram ab ea sex denarios, quos vobis dabo, vt non patiamini discere sororem meam donec conualuero: timeo enim ne præcellat me. Ad quod verbum subrisit Priorissa puellæ feruorem satis admirans. *Idē ibid. cap. 25. Æmulatio puellarum.*

TIT. XXXVII. De obstinatione seu obfirmata persistendi in peccato voluntate, quinto peccato in Spiritum Sanctum: quod committitur, dum quis in malo obfirmatus à bene monente se flecti non patitur.

Exod. 7. *Fuit hoc peccato insigniter obstrictus Rex Pharao, qui etsi toties moneretur à Moyse, & subinde flagellis Dei grauissimis affligeretur: tamen in proposito tyrannico perstitit, & periit obstinatus.*

Gen 49. *Simeon & Leui fratres ob suum pertinacem furorem maledictionē Dei incurrunt.*

4 Reg. 13. *Ioachaz Israelitarum Rex propter pertinacem idololatriam ingenti clade ab Hazaele Syriæ Rege affectus, captus & liberatus, non tamen Baalem reliquit.*

2. Paralip 30. *Ezechias Rex Iudæorum misit nuncios ad Israelitas dicens: Nolite indurare ceruices, sicut patres vestri, &c. At illi irridebant & subsannabant eum.*

2 Paralip. 24. *Mittebat Dominus Iudæis Prophetas: at illi audire nolebant: imò tum alios, tum imprimis Zachariam filium Ioiadæ crudeliter occiderunt.*

Actor. 7. *Nota quoque est iuncta Iudæorum peruicacia, quos suis veluti coloribus depingens & increpans Stephanus ait, Dura ceruice, &c.*

Actor. 15 *Iudæi quidam ad fidem conuersi circumcisionem gentibus necessariam docebant, & hoc suum dogma mordicùs tuentes occasionem dedere Concilio Hierosolymitano.*

EXEMPL. I. *De sacramentarij cuiusdam hæretici pertinacia, in eumque correptione diuina & resipiscentia.*

In vita S Malachiæ per D. Bern. cōscripta Bredeb li 1. Collat. Iacr. c. 16.

FVit quidam clericus in Lesmor, probabilis, vt fertur, vitæ, sed fidei nō ita. Is sciolus in oculis suis præsumpsit dicere, in Eucharistia esse tantummodo sacramentum, & non rem sacramenti, id est, solam sanctificationem, & non corporis veritatem. Super quo à Malachia secretò, & sæpe cōuentus, sed incassum, vocatus ad medium est; seorsum tamē a laicis, vt, si fieri posset, sanaretur, & non confunderetur. Itaque in conuentu clericorum data facultas homini est pro sua sententia respondendi. Cumq; totis ingenij viribus, quo non mediocriter pollebat, asserere & defendere conaretur errorem. Malachia contra disputante, & conuincente iudicio omnium superatus, de conuentu confusus quidē exijt, sed non correctus. Dicebat autem se non ratione victum, sed Episcopi pressum auctoritate: (vt etiam hæretici veritate pressi suos errores palliare conātur.) Et tu, inquit, ò Malachia, sine causa me hodie confudisti, aduersus profecto veritatem locutus, & contra tuam ipsius conscientiam. Mœstus Malachias pro homine sic indurato, sed magis fidei dolens iniuriam, timens periculum, Ecclesiam conuocat, errantem publicè arguit, publicè monet, vt resipiscat. Suadentibus hoc ipsum Episcopis, & vniuerso clero, cum non acquiesceret, contumaci anathema dicunt, hæreticum protestantes. Nec sic euigilans, Omnes, inquit, fauetis homini potiùs quam veritati. Ego personam non accipio, vt deseram veritatē. Ad hoc verbum stomachans sanctus: Dominus, inquit, fateri te veritatem faciat, vel ex necessitate. Quo respondente, Amen, soluitur conuentus. Tali ille inustus cauterio fugam meditatur, infamis atque inhonorus fore non sustinens. Et continuo sua tollens exibat, cum ecce subita correptus infirmitate sistit gradum, viribusque deficiēs, eodem loco iactat se super solum anhelus & fessus. Forte incidens in id loci vagabundus insanus, offendit hominem: quidnam ibi agat percōtatur. Respondet, graui se infirmitate teneri, & neque procedere, neque redire valentem. Et ille, Infirmitas ista haud alia, inquit, quam ipsa mors est. Hoc autem non dixit à semetipso, sed pulchrè Dominus per insanum corripuit eum, qui sanis acquiescere noluit consilijs sensatorum. Et addit, Reuertere domum, ego te iuuabo. Denique ipso duce reuertitur in ciuitatem: redijt ad cor, & ad misericordiam Domini. Eadem hora accitur Episcopus, agnoscitur veritas: abijcitur error, confessus reatum absoluitur, petit viaticum, datur.

Nota hæretici pertinaciā, audaciā et contumeliam.

Superbiā hæretici diuina vindicta inultam nō sinit.

Diuinitus punitum ab insano discit, qui sanis acquiescere noluerat.

Tādem reconciliatus moritur.

tur reconciliatio, & vno pene momento perfidia ore abdicatur & morte diluitur. Ita mirantibus cunctis, sub omni celeritate completus est sermo Malachiæ, & scripturæ pariter dicentis, Quia vexatio dat intellectum auditui.

II. B. P. Franciscus Xauerius euicit pertinaciam magnorum peccatorum, & Iudæorum.

Ex lib. 6 vita P. Francisci Xauerij c. 10. per P. Rib.

TErnate decedens Franciscus Xauerius Indorum Apostolus, ex maximo Ternatinorum numero dumtaxat reliquerat duos, quibus detrahere nequiuerat pellices. Amboinum igitur reuersus (misericordia indignationis locum occupante) litteras ad Ternantinum amicum dedit, rogans, vt duos illos suis verbis quam bellissime salutatos commonefaceret, si quando in animum tandem induxissent è flagitiorum cœno emergere, confestim se illuc aduolaturum; interim nunquam cessaturum eorum salutem à Deo communi parente deprecari. Malacæ vero cum identidem verba faceret ad populum, audiebatur interdum ab Iudæo, erudito illo quidem, sed (quod illius gentis vitium proprium est) peruicaci, nec minus Xauerij irrisore quã veritatis. Is vitijs simul & erroribus implicatus obstinatè obstabat Euangelio: eiusque auctoritas cæteros Iudæos à Christi fide deterrebat. Hunc igitur Franciscus omni obsequio demulcens, & comiter apud eum cœnitans, adeo flexit, vt in contrarium mutatus è pertinaci Iudæo probus ac pius fieret Christianus.

III. Idem pio, & admirando stratagemate peccatoris pertinaciam emolliit.

Idê ibid.

CAnonorium arx est Lusitanorum, portu celebris, inter Goam & Cocinum interiecta. Hunc portum petens ex itinere Xauerius, quandam in ipsa naui ad cõfessionem peccatorum perducere frustra conatus, in cœpto paulisper destitit, vt securum ex improuiso adoriretur. Namque ille cum vrgeretur acrius, vt erat obstinato ad negandum animo, confirmarat iũreiurando, se nũquam id esse facturum. Franciscus ergo, vbi in terram descensum est, statuit in exitiali morbo vltima experiri remedia. Itaque aliud se iam agere simulans, peruicacem hominem comiter, per speciem animi relaxandi, in saltum (vt regionis natura fert) frequẽtibus palmis consitum ducit. Vt in locum ab arbitris remotum ventum est; subito deposita veste, tergoque nudato, procumbit in genua: mox stupente illo, & quid tandem rerum tanto impetu acturus esset expectante; flagrum depromit aculeis ferreis sanè asperum, atq; in eius conspectu tergum suum strenuè diuerberans exclamat, se eius causa id quidquid esset supplicij subire, vt cęlestem ab eo auertat iram. Inter hæc palmetum resonabat ictibus plagarum: spectator ille stupens & attonito similis Francisci cruore respergebatur. Ergo admiratione in misericordiam versa, statim ad pedes Xauerij prouolutus rogat, alienam culpam suo tergo luere desistat: se paratũ esse sua aliquando expiare peccata. Itaq; Xauerius victoria lætus extemplo induit vestem, eiusq; confessione audita perditũ hominẽ in viam ac spem salutis reducit.

Cor peccatis induratum difficillime emollescit.

Ex mitis B Xauerij proiũ erandis aiab. zelus.

TIT. XXXVIII. De 6. peccato in Spiritum sanctum, quod est impœnitentia. Fit autem cum homo peccatorum suorum, quæ salutari pœnitentia expianda forent, finem modumq; nullum facit, ac proponit insuper se nolle vnquam pœnitentiam agere.

Sic peccauit Antiochus impœnitens, qui vermibus consumptus legitur. 2. Mach. 9.

EXEMP. I. Impœnitens quidam inopinato miserrimum sortitus exitum.

IMpœnitens nequam, quia per totam vitam scelerarè vixerat, iacta-

re solebat, se in vltimo articulo, tribus tantum verbis recitatis, saluum fore. Hic tandem necdum adeo senex, equo pontem distractum transiens, titubante equo, cum illum erigere conaretur, nec posset, sed necessario sibi in aquas cadendum præcipitem videret, laxatis habenis cadens exclamat: Capiat omnia dæmon. Atque cum his tribus verbis suis immersus perijt.

Imperitatu de spera à morte.

TIT. XXXIX. De hypocrisi & hypocritis.

2.Reg.15 *Pessimè cessit hypocrisis vel simulatio Absaloni.*

Matt.23 *Christus Dominus speciatim, & sæpe comminatur hypocritis, dicens: Væ vobis hypocritæ, &c.*

Ioan.8. *Pharisæis volentibus Iesum capere in sermone, increpauit eos, dicẽs: Quid me tentatis hypocritæ?*

EXEMP. I. *De morte horrenda monachi hypocritæ à sancto, & magno Euthymio detecta.*

Niceph. lib. 14. hist. Eccl. c.52

LEone Magno imperante, Euthymius, vir moderatus, & moribus per quam simplex floruit. De quo historiæ illud memorant: Quum monachus quidã moreretur, qui egregiam virtutis & castitatis famam obtineret, impudicus autem prorsus esset, sanctum hunc virum angelum horrenda specie tridente graui animam illius, crudelem in modum, è corpore extrahentem vidisse: & vocem simul cęlitus, occulta turpitudinis facinora apertè reuelantem, audisse.

Hypocrytæ mors horrẽda.

II. *Hypocritæ cuiusdam insignis vltio.*

Ant. Panorm. li. 2 degest. Alphonsi c. 9.

CVm Alphonsus Rex Aragoniæ & Neapolis esset apud Ænariam, in quam vna cum victoria Aphricanum morbum intulerat, & inaudito genere pestis laboraret exercitus, renunciatur ei, inter cæteros Antonium Picentem Ordinis eremitarum nobilitatũ post mortem hypocritam, per summos cruciatus animam exhalasse, iactãdo plurima in Christum Dominum, & Virginem eius matrem conuicia atq; blasphemias. Hic est ille Antonius, qui quadraginta dies, & noctes perpetuò ieiunare ferebatur, qui Italiam, Siciliam, atq; Hispanias compleuerat nomine sanctitatis & abstinentiæ; pluribus locis cella præclusus, & à custodib. obseruatus nihil edens aut bibens, qm̃ in prçuisa ac prætenta cella, in qua nihil quod vel obseruate eliceret, inesse videretur. Cæterum Angelos ei quotidie ministrare, ac confabulari solitos opinabatur. Verùm ipsi intus in cella erant candelæ crassiores, exterius quidem & superfusoriè ceratę: sed in quibusdam fistulę cannarum colludebantur farina infartę, quæ ex cõttitis phasianorum ac caponum carnibus saccaro ac aromatibus immixtis condiebantur. Aiũt & cingulum gestasse fistulatum, plenum nectare, quod hypocraticum vocant. His epulis clanculum vescebatur, vir habitus æque sanctus, & mortalium omnium, qui vnquam fuerunt aut essent, vulgi opinione abstinentissimus. Is igitur cum renũciaretur Regi vermiculis & acerbissimo genere mortis absumptus, dixisse fertur; Propterea Deum in hypocritas tantopere sæuire, quod dum homines decipiunt, interponunt Deum ipsum tanquam sceleris mediatorem: ideoq; vt plurimum viuentes adhuc plecti in oculis hominum, quos Dei nomine se fellissent; vt intelligant mortales, à tali monstro maximè sibi cauẽdum esse, quod Deum ipsum, nedum post mortem, sed etiam in vita ipsa, haberent indubitatum vltorem.

III. *Fictè abstinens monachus draconi vorandus traditur, vt spiritus saluus fieret.*

HVic simile est quod scriptis mãdauit D. Gregor. lib. 4. Dialogorum; Est etiam apud nos, inquit, Athanasius ex Isauria presbyter, qui in dieb. *Greg. li. 4 Dialog. c. 38.*

suis

suis Iconij rem terribilem narrat euenisse. Ibi namque, vt ait, quoddam monasterium Tongalaton dicitur; in quo quidam monachus magnæ æstimationis habebatur, bonis quippe cernebatur moribus, atq; in omni actione sua compositus sed sicut ex fine res patuit, lõgè aliter quam apparebat fuit. Nam cum ieiunare secum fratribus demonstraret, occulte manducare consueuerat. Quod eius vitium fratres omnino nesciebant. Sed corporis superueniente molestia ad vitę extrema perductus est. Qui cum iam esset in fine, fratres ad se omnes, qui monasterio inerant, congregari fecit. At illi, tali; vt putabant, viro moriente, magnum quid ac delectabile se ab eo audire crediderãt. Quibus ille afflictus & tremens compulsus est prodere, cui hosti traditus cogebatur, exire: Nam dixit; Quando me vobiscum credebatis ieiunare, occultè comedebam; & ecce nunc ad deuorandum draconi traditus sum, qui cauda sua mea genua pedesque colligauit; caput vero suum intra meum os mittens spiritum meum ebibens extrahit. Quibus dictis statim defunctus est: atq; vt pęnitẽdo liberari potuisset, à dracone, quẽ viderat, expectatus est.

Hypocrita monachi exitus infelix.

IV. *Hæreticus in speciem sanctus manifestatur.*

Gab. Prateolo ex Bernardo Luxenburg. l Catal. hæretic.

IN historiam Ordinis Fratrum Prædicatorum, vt habet Bernardus Luxemburgus, legitur, in Episcopatu Brixiensi virum quendam fuisse tãta sanctitate & vitæ puritate prædιtum, vt plerisque videbatur, vt alter Ioannes Baptista ab illis haberetur. Adeo quidem vt eius nominis fama & celebritate pleriq; omnes eius prouinciæ allecti, ad eum velut ad sanctũ Dei hominem gregatim confluerent: qui tñ hæretica prauitate infectus erat: sed qua hæresi, & quo tempore id acciderit, subticet Bernardus. Cum autem ille vita functus, & honorificæ sepulturæ demãdatus esset, post aliquod tempus, fidei inquisitor per testes fideles examine diligenti peracto, reperit illũ fuisse hæreticum: ideoque de consilio Episcopi & aliorum prudentium virorum, sancitum est, vt eius cadauer effoderetur, & ossa igni cremarentur. Populo itaque circumstante, eius ossa in ignem coniecta sunt, quæ mox dæmones ex eodem igne in aerem attollentes, ea suspensa super ignem tenebant, non tamen illi videbantur. Ex quo effectum, vt populus exclamaret, Episcopum cum suis esse necandum, qui inuidia sanctum Dei virum exurere præsumpsissent, id Deo nolente, neq; permittente. Qua re exterritum Episcopum sui bono animo esse depre cati sunt, in hæc verba prorumpentes: Domine Episcope, ne vlla re frãgaris, quæsumus, quandoquidem hic pro fidei tuitione adsumus: sed ad sacrum faciendum te potius præpara, visuri experientia ipsa, num Deus aliquod miraculum super hac re exhibiturus sit, ne fides in discrimen veniat, ac periclitetur. Missa ea fuit de B. Virgine: cumq; corpus Dominicum sursum ab Episcopo leuaretur, dæmones in aere exclamare auditi sunt, hunc in modũ: O Guido de Lacha, te huc vsq; quantũ potuimus, defendimus sed amplius nõ possumus, quia maior nobis adest: moxque in ignem ossa ceciderunt, & combusta sunt, & fides ab omnibus exaltata. Ex quo diaboli dolus facili negotio perpendi potest, qui hæreticũ hominem vita functum defendit, quo plures animas decipiat.

Vide ad hypocri. sis effici. at.

Sacrificij Missæ efficacia.

V. *Cur Deus faciat interdum regnare hypocritas.*

ANno Domini 512. cum Symmachus Papa literis publicis, atque patentibus omnibusq; perspicuis cum Orientalibus egisset, vt ab eorũ, quos Ecclesia damnat, se societate remouerent & non resipiscerent, sed tumido potiùs fastu quod à sanctissimis Pontificibus quam iustissime iussum esset, contemnerent, in eius sceleris vindi-

Ex Enno dio Ticinẽsi Baro. to. 6. Annal. 512.

vindictam Deus, qui dispergit superbos, nullumq; peccatum magis quam arrogantiam consueuit dira prosequi vltione, portentum illud, horrendúq; mõstrum in medio eorum, in ipsorum interitum excitauit. Anastasium dico omnium nefandissimum Imperatorem, cuius & imperium diuturnius esse voluit, quo diutiùs & prolixiùs eorum pertinacia puniretur: vt planè secundum diuinum illud oraculum accidisse visum sit: [Deus regnare facit hypocritam propter peccata populi;] cum occultũ Manichæum, inquit Baronius, in regnũ euexerit, & ad quinque, atq; ampliùs lustra eiusdem imperium propagauerit. Ita planè Deum vlcisci solere in eos, qui se à Catholica separant vnione, declaratur.

Hypocritã Anastasium cur Deus regnare sinat.

Iob. 34.

VI. *Hypocrita diu latens tandem detegitur.*

Ex Leone Epist. 8. Baro. to. 6. ann. 444.

ID Dioscori Episcopi Alexãdrini demonstratur exemplo, qui ipse æque ac Nestorius, super inducta admirandæ sanctitudinis larua, adeptus est tantæ Ecclesiæ sedem, cum speciem præ se ferens humilitatis, atq; modestiæ, intus tamen superbiam cum summa arrogantia occultaret. Nihil enim magis Dei Ecclesiæ obfuisse reperitur, quam cum sub inuolucro sanctitatis iniquitas tegitur, & impietas horrenda visu fuco religionis picta progreditur, fallens oculos intuentium. Facilè namq; est cauere, quos manifestos intelligas hostes: occultos autem quis effugiet? Hinc in Iob: Quis reuelabit faciem indumenti eius? portas vultus eius quis aperiet? Ita plane Dioscorus, cum esset facinorosissimus, sanctissimus tamen videri voluit: etenim in libellis aduersus eum datis in concilio Chalcedonensi, fuisse quidem ipse Origenista, insuper & Arianus, perfidus, homicida, & incendiarius, vitaq; turpissimus detectus est: qui etiam ad conciliandum sibi populum vniuersum, simul ac in thronum euectus est, opprimens Cyrilli prædecessoris sui hæredes, & per calumnias multas ab eis auferens pecunias, inquit Tiberatus Diaconus, pistoribus & cauponibus ciuitatis dedit, vt mundissimum panem & pretiosissimum vinum viliori pretio populis exhiberent.

Iob. 41.

Hypocrisis Dioscori diu latẽs detecta.

VII. *Simulans mortuum verè mortuus inuenitur.*

Trip. hist. 6.9 c.48

CIrca annum Domini 399. quidam pauperes studentes Epiphanium Cypriorum Episcopum arte deludere, vt sibi aliquid daret; cum iter ageret, vnus eorum supinum se prostrauit in terram: alter stabat quasi mortuũ deflens, nec habẽs vnde eum sepelire potuisset. Epiphanius superueniens orauit, vt sub quiete dormiret: & sepulturæ necessaria præbuit, simulq; consolatus est flentem, dicens: Quiesce, fili, à lacrymis: non enim fletu resuscitari poterit. Est enim ineuitabile quod euenit. Cumq; discessisset Epiphanius, cœpit ille pulsare socium, vt resurgeret. Et cum hoc semel & secũdo fecisset, dicens: Surge, vt hodie de tuis laboribus epulemur; & ille penitus nõ sentiret, cognoscens verè mortuum, cucurrit ad Epiphanium flens, & petens vt suum socium suscitaret. At ille consolatus est, ne grauiter ferret quod euenisset. Non tamen defunctum denuo suscitauit. Hoc enim credo prouidè factum, vt non facilè Dei ministri deludantur.

VIII. *Cur hypocritæ natura superbi, publicani vero mansueti.*

De dictis & factis Alphonsi Regis li. 1 c.38.

ANtonius Panormita hoc inter gesta Alphonsi Regis Siciliæ refert, quod erat inter eius purpuratos aliquando quæstio, cur hypocritæ natura superbi essent, publicani vero mansueti: Et cum alij aliud, vt fit sentirent, Regem demum ita definientem audiuimus; Publicanorum vitia vt plurimum manifesta esse, puta luxuriam, gulam, illiberalitatem, & cætera eiusmodi, quæ quoniam hominum oculis subiecta forent, soluerentur in ruborem,

rem, verecundiam & humilitatem: hypocritarum vero vitia in occulto latere, vtpote odium, inuidiam, maleuolentiam, iniquitatem; quæ cum in arcano tolerari diutius non possint, erũpant in superbiam necesse est, iram item, arrogantiam & insolentiam.

TIT. XL. De 4. peccatis in cœlum clamantibus, sic dictis, quod præ cęteris insignem & manifestam improbitatem habere noscantur, diuinamq; iram & vltionem accersant ijs, à quibus committuntur.

EXEMPL. I. *De Homicidio voluntario.*

Genes. 4. D. Amb. l. de Cain, et Abel, c. 9 POstquam Cain fratrem suum innocentem Abel occiderat, his à Deo verbis est increpatus: Vbi est, inquit, Abel frater tuus? qui respõdit: Nescio: nunquid custos fratris mei sum ego? Dixitq; ad eum: Quid fecisti? Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Nunc igitur maledictus eius super terram, quę aperuit os suũ, & suscepit, sanguinem fratris tui de manu tua.

II. *Christus prohibet Petro vti gladio.*

Matt. 26. August. l. 22. cõ. Faust. Manic. c. 70. CVm B. Petrus euaginato gladio vellet defendere Dominum, aurem persecutoris abscidit: quod factũ Dominus satis minaciter cohibuit dicens: Reconde gladium, qui.n. gladio vsus fuerit, gladio cadet. Ille autem vtitur gladio, qui nulla superiori ac legitima potestate, vel iubente vel concedente, in sanguinem alicuius armatur. Nam vtique Dominus iusserat, vt ferrum eius discipuli ferrent; sed non iusserat, vt ferirent.

III. *Homicidium iniustè factum punitur.*

Gre. Tur. l. 3. hist. Franc. c. 36. THeodobertus Rex cum ægrotare cœpisset, ad eum medici multa studia impẽderunt; sed nihil valuit, quia eum iam dominus vocari iubebat. Ergo cum diutissime ægrotasset, ab infirmitate deficiens reddidit spiritũ. Franci vero cũ Parthenium in odio magno haberent, pro eo quod eis tributa antedicti Regis tempore inflixisset, eum persequi cęperunt. Ille vero in periculo positum se cernens confugium ab vrbe facit, & à duobus Episcopis suppliciter exorat, vt eum ad vrbem Treuericam deducentes, populi sæuientis seditionem sua prædicatione comprimerent. Quibus euntibus, nocte dum in stratu suo decemberet, subito per somnium vocem magnam emittit dicens: Heu, heu succurrite qui adestis, & auxilium ferte pereunti: A quo clamore expergefacti qui aderant, interrogant, quid hoc esset: respondit ille: Ausanius amicus cum Papianilla coniuge, quos olim interfeci, ad iudicium me accersebant dicentes: Veni ad respondendum, quia causaturus es nobiscum coram Domino. Zelo enim ductus ante annos aliquot coniugem innocentem, amicumque peremerat. Igitur accedentibus Episcopis ad antedictam vrbem, cum strepentis populi seditionem ferre non possent, eum in Ecclesia abdere voluerunt, scilicet ponentes eum in arca, & desuper sternentes vestimenta, quæ erant ad vsum Ecclesiæ. Populus autem ingressus, perscrutatusq; vniuersos angulos Ecclesiæ, cum nihil reperisset, frendens egrediebatur. Tunc vnus ex suspicione locutus ait; En arca, in quo non est inquisitus aduersarius noster. Dicentibus vero custodibus, nihil in ea nisi ornamenta Ecclesiæ contineri, illi clauem postulant aientes, nisi reseraueritis velocius ipsi eam sponte confringimus. Deniq; reserata arca, amotis linteaminibus, inuentũ extrahunt, plaudẽtes & dicentes: Tradidit Deus inimicum nostrum in manus nostras. Tunc cedentes eum pugnis, sputisque perungentes, vinctis post tergum manibus ad columnã lapidibus obruunt. Fuit autem in cibis valde vorax: sed quæ sumebat, quo celeriùs ad manducandum commoueretur, sumpto Voracitas notabilis. aloe

aloe velociter digerebat: sed & strepitus ventris absq; vlla auditorum reuerentia in publico emittebat. Hoc ergo exitu consummatus interijt.

TIT. XLI. De nefanda libidine seu peccato Sodomitico.

Nefandum hoc & flagitiosum peccatum ita detestatus est Dominus, vt Sodomam, Gomorrham, aliasque tres ciuitates finitimas, in quibus hoc peccatum committebatur, igne & sulphure de cælo demisso combusserit, & manet adhuc terra, in qua ciuitates istæ fuerant, sterilis & absque vllo fructu & habitatore.

Rom. 1. *D. Paulus non semel arguit masculorum concubitores: damnat præterea immundos & molles. E quibus vnus erat Onan Iudæ filius, qui præsentem Dei vltionem effugere non potuit, quod in terram semen funderet; peiorque bestiis naturæ honestatem ac ordinem perrumpere vellet.*

Gen. 38.

Leui. 20. *Lex diuina iubet, vt sic fœdè peccantes supplicio afficiantur.*

EXEMP. I. *De peccato Sodomitico lege Constantij Imperatoris represso.*

Lib. 9 tit. 9. LEx quoq; ciuilis, vt habetur in Codice Iustiniani ad legem Iuliam de adulterijs & stupro, lege 31. Constantij & Constantis Imperatorum, sic habet: Cum vir nubit, in fœmina viros paritura quid cupiatur, vbi sexus perdit locū? vbi scelus est, id quod non proficit scire? Vbi Venus mutatur in alteram formam: Vbi amor quæritur, nec videtur? Iubemus insurgere leges, armari iura gladio vltore, vt exquisitis pœnis subdantur infames, qui sunt, vel qui futuri sunt rei.

Sodomiticū scelus Constantij lege repressum.

11. *Vt Sodomitas mulctarit Iustinianus Imperator.*

IVstinianus Imperator Sodomitas castrando puniri iubebat. Interrogatus autē, cur hoc modo eos puniret. Nunquid respondebat, amputarentur eis manus, si crimen sacrilegij commisissent? iuxta illud; Per quæ quis peccat, per hæc & punietur.

Io. Zonar. to 3. Annal. Sodomita castrati.

TIT. XLII. De oppressione pauperum viduarum atque pupillorum.

Sic peccauit Pharao Rex Æpypti, quando paruulos omnes Hebræorum masculos iussit occidi, & totum populum Israeliticum supra vires laborare coegit, & ab exactoribus operum verberari ac flagellari, si quando non implerent opus, quod tyrannice imperabat. Quod peccatum clamat in cælum, vt habetur Exodi 30. Et grauiter puniuit Deus oppressionem illam, vt habetur Exodi 22. Exod. 3. & 14.

Dauid quoque in quadruplum iubet reddi ouem, quam diues quispiam pauperi vi acceperat, ad excipiendum amicum. 2 Reg. 12.

Scelerata mulier Iezabel falso testimonio innocentem opprimit.

EXEMP. I. *Præclarum facinus Præfecti impedientis oppressionem viduarum, & eius remuneratio.*

IVstinus Imperator cum crebro ægrotaret, ac vertigine vexaretur, neque in publicum prodire posset: potētes quidam (quia ad Imperatorē querelæ de eis afferri non possent) nemini parcentes omnium facultates diripuerant. Cum vero Imperator aliquando fere collegisset, atq; in templum prodijsset ij qui iniuria fuerāt affecti, misericordiam ipsius magna voce implorarunt. Omnibus ergo in curiam vocatis, Iustinus: Existimabam, inquit, vos omnes, pietatem colere, vestrisque cōtentos, nemini egenorum iniuriam in-

Cedren. an. 3. Iustin. Aur. Miscella. Baro to. 7. 568. 18.

Iustini ad Magistratus oratio.

inferre: at vos & Deo & Imperio nostro aduersa patratis facinora, Hortor ergò vos, vt pauperibus sua vltro reddatis, ne vestra ipsorum bona amittatis. Potentes his auditis, tamen consuetudine ducti deteriora etiam prioribus adiecerunt. Acris enim res est consuetudo, quæ iam altera natura iudicatur. Itaque cum Imperator rursum ad processum prodiret, plures eum inuocabant. Rursum igitur in progressu conuocato Senatu, dicit: Si me à Deo putatis Imperatorem factum esse eius auxilio imperare, parete iustis meis mādatis: iniuria afficere pauperes desinite: solis namque piscibus moris est, vt validior & maior deuoret minorē. Quod si meis præceptis non parere, sed in rapiendo vestris obsequi vultis cupiditatibus, alium vobis vestro arbitrio deligite Imperatorem. Ego enim contumacibus, iniustis, & aliena violantibus imperare nolo. Ibi quidam inter proceres, libertate dicendi sumpta, ita Imperatorem alloquitur: Constitue me coram omnibus Præfectum vrbis, mandaque, ne cuiusquam rationem potiorem iustitia habeam, vtque mihi de rebus necessarijs monituro semper aditus pateat: recipio in me, effecturum me intra mensem, ne vlla sit vel illata in vrbe, vel accepta iniuria. Quod si quis profert culpam, quam mihi indicatam non punierim, capite me plecti iubeto. Per gratum hoc Imperatori fuit, eumque Præfectum vrbis cōstituit. Is ergo cum mane pro tribunali sederet, & quædam vidua quæreretur, se à Magistro quodam omnibus facultatibus spoliatam; mittit eam cum sigillo ad magistrum illum, iubetq; eum ad dicendam causam venire. Cum eandem viduam Magister verberibus malè mulctatam remisisset: misit Præfectus ad eum de Cursoribus vnum: sed hunc quoq; verbis delusum dimittit. Interim dum præfectus in Circo sedet, Magistrumque operitur: hic ad conuiuium ab Imperatore vocatur. Eodem se Præfectus quoque confert, atque Imperatori: SI in eo Imperator persistis quod mihi mandasti, ne cui eorum qui pauperes concutiunt, parcam: scito me promissis meis satisfacturum. Sin eos tu pœnitentia ductus amicos potius habes, & conuiuijs adhibes: scias me quoque detrectare ea quæ in me recepi. Imperatore respondente, vti seipsum solio potius detraheret, si fontem talis criminis sciret: Præfectus illico Magistrū vi arripuit, & in Curiam, quæ arca dicitur, cum eo abijt. Ibi diligenter vtriusque sermone considerato; cum haud leuibus iniurijs ab eo affectam mulierem comperisset: verberibus impositis homini caput rasit, asinoq; nudum impositum per mediam vrbem velut in triumpho duxit, & omnes eius opes mulieri addixit. Hoc exemplum reliquos ita in viam redegit, vt vbique summa in pace viueretur, atq; intra trigesimum diem neq; auctor vllus esset, neq; reus iniuriarum. Tunc Præfectus Imperatori significat, se promissa impleuisse: & Imperator in publicum progressus, cum nulla querela audiretur, reuersus Patricia dignitate eum ornat, & per omnem vitam Præfectum vrbis esse iubet.

Consuetudo altera natura.

Præfectura concessa pro defensione oppressorum.

Zelus ac studium pro defensione pauperum.

Pœna eius qui pauperes violēter oppressérat.

Præfectus pro defensione pauperū patritia dignitate donatus.

11. *Oppressor pauperum punitur in posteritate.*

SVb anno Domini 1501. post mortē cuiusdam tyranni, qui pauperes inique oppresserat in Morauia: eius filius in hæreditate prima succedens quoddam eius castellum, nomine Giemps, cum vxore & filia inhabitauit, & ecce quadam die eo ad mensam sedente, venerunt duo maligni spiritus in specie humana ad portam castri petentes intromitti, quib. portatius dixit: Qui, vel vnde estis? oportet.n. vt hæc domino meo denuntiem. Cui illi respondentes dixerunt: Nec ad te pertinet, nec ad dominum tuum, qui vel vnde sumus, sed quantocyus intromitte nos, alioqui videbimus, qua nobis patescat ingressus. Portarius currens, vt

Chronic. Sponhem. Trithem. an. 1501.

vt hæc domino suo annunciaret, cum introisset vbi sedebat, vidit illos duos, quos extra portam dimiserat, coram domino stantes, & præ timore nihil poterat loqui. Illi autem post multa minatoria, & terribilia verba horrisonasque visiones (vt sim breuis in narratione) illum cum omni familia sua exire de castro compulerūt. Post quorum discessum multitudo dæmonum conueniens castrum illud inhabitare cępit: vlulantes die ac nocte atq; plaudentes mirabilia faciunt.

Dæmones castrū inuadūt eiecta inde oppressoru pauperū tota posteritate.

III. *Principum Christianorum esse pauperum atque afflictorum causas suscipere.*

LVdouicus Imperator Caroli Imperatoris filius, qui regnauit annis plus minus vigintiocto, amator totius castitatis & religionis, omnem ordinem Ecclesiasticum pro studio exornans, inter alia mirifica & nimis honoranda opera sua in omni Imperio suo siue in Gallia, siue in Germania, siue in Italia, legatos dedit, qui pauperum & oppressorum iustitias diligenter quærerent, & singulorum necessitates ad plenum audirent.

Adonis Chron. æ. 6. an. 815

Lud. Imper. pauperū patronus.

IV. *Pastorum quoque esse viduarum & pupillorum oppressionem defendere.*

S. Iuentius Episcopus pauperum munerator, viduarum ac pupillorum defensor quoque fuit. Nam quædam vidua dum à creditore quodam durius opprimeretur, atq; crudelis nummularius duplum pecuniarum ab ea exigeret, quam dedisset, ad virum Dei protinus confugiens, misericordiā postulabat. Cognito vir Dei hoc negotio, Diaconum suum nomine Exuperantium cum eadem vidua ad prædictum creditorem direxit dicens: Vade ad eum, qui hanc viduam crudeli exactione opprimit: admone eum vice meæ postulationis, dicens: Pater tuus rogat, sufficiat tibi quod tuum est, nec exigas quod minime dedisti, ne id quod habere videris amittas. Si autem te audire noluerit, ecce do tibi summam pretij, porrige ei, & reuertere. Implens autem Diaconus sancta iussa Antistitis, ibat cum ea, atque vniuersa quæ ei iniuncta fuerant, auaro creditori per ordinem retulit, sed immutare eum à prauitate cordis nullatenus potuit. Mox autem vt aureos, quos vir Dei pro vidua miserat, accepit, corruens in terram expirauit. Factus est autem timor circa omnem regionem, atque incredulos, qui hæc audiebant; Christi vero fideles lætanter glorificabant Dominum Iesum Christum.

In vita eius per Paulum Diac. c. 14 apud Sur. 12. Septemb.

S. Iuētius viduarū & pupillorū defensor.

Vltio diuina in creditori auarum.

TIT. XLIII. De mercede mercenariorum defraudata.

Tobias docuit filium suum, dicens: Si quis tibi aliquid operatus fuerit, statim reddes ei mercedem. Et merces mercenarij tui non manebit apud te vsque mane.

EXEMP. I. *De monacho, cui statim cælum ingredi non licuit, ob rem leuem operario debitam.*

COnuersus quidam de Cynna, quæ domus est Ordinis nostri Cisterciēsis, cum die quadam missus ab Abbate suo, nauigio trāsiret per fluuium Albim, qui fluit per Saxoniam, nauta ab eo naulum exegit. Qui cum diceret, nihil se ad manum habere pecuniæ, respondit ille: Date mihi pro pignore cingulum, vel cultellum vestrū. Non possum, inquit, carere his, & adiecit: Ego promitto vobis cum ordine meo, quod dimidium denarium vobis remittam, & dimisit eum nauta: Recedens ab eo conuersus, eo quod res modica videretur, promissum parui pendit, nihil remittens. Non multo

Ex Cæsar. Heisterbacē li. 10. 11. cap. 35.

post

post infirmatus, cum omnibus qui aderant mortuus videretur, anima egressa, cum ad requiem ascendere vellet, prædictum dimidium denarium, cuius in confessione non meminit, ante oculos habebat, qui adeo creuit, vt mundo maior videretur: cumque sursum nitenti semper obsisteret, neque aliud esset, quod impediret, ad angelorum petitionem permissa est redire ad corpus. Mirantibus cunctis, visionem retulit, & missus est ab Abbate nautæ integer denarius; quem vt ille recepit, eadem hora conuersus expirauit.] Quod si pro tantilla re cœlum ingredi non potuit, quod illis euenturum est, qui non obolum, sed vel multos florenos retinent, vel diu soluere morantur?

Monachi cuiusdam ob defraudatum naulum punitio.

De quinque sensibus corporis.

TIT. XLIV. De visu, quo abutimur.

Gen. c. 3. *Videns Eua lignum, quod esset bonum ad vescendum, & pulchrum oculis aspectuque delectabile; tulit de fructu eius, comedit, & sic præuaricata est.*

Gen. 6. *Videntes filij Dei filias hominum, quod essent pulchræ, acceperunt vxores ex omnibus quas elegerant; propter quod postea secutum est diluuium.*

Gen. 12. *Ægyptij videntes Saram, vxorem Abrahæ, quod esset pulchra nimis, nunciauerunt Pharaoni, & sublata est mulier.*

Iudic. 14 *Sic Samson videns mulierem Dalidam de Philistæis; adamauit, quæ tandem fuit causa mortis suæ.*

2 Reg. 11. *Dauid Rex aspiciens Bersabeam, ad adulterium impulsus est.*

Daniel. 13. *Senes illi, iudices populi, videntes Susannam exarserunt in concupiscentiam eius.*

Christo Domino ostendit dæmon omnia regna mundi vt nimirum ad eorum appetitum aspiciendo inflammaret. *Matth. 4.*

EXEMP. I. *Quomodo Alipius videndorum ludorum gladiatoriorum insania sit captus, à quibus antea abhorruerat.*

CVm Alipius Romæ esset, vt ius disceret, ibi gladiatorij spectaculi hiatu incredibili & incredibiliter abreptus est: cum enim auersaretur & detestaretur talia, quidam eius amici & condiscipuli, cum forte de prandio redeuntibus obuius esset, recusantem vehementer & resistentem, familiari violentia duxerunt in amphitheatrū, crudelium, & funestorum ludorum diebus, hæc dicentem: Si corpus meum in illum locum trahitis, & ibi constituitis, nunquid & animum, & oculos meos in illa spectacula potestis intendere: Adero itaq; absens, ac sic & vos & illa superabo. Quibus auditis, illi nihilo segnius eum adduxerunt secum, idipsum forte explorare cupientes, vtrum posset efficere. Quo vbi ventum est, & sedibus quibus potuerunt locati sunt, feruebant omnia immanissimis voluptatibus. Ille clausis foribus, interdixit animo, ne in tanta mala procederet, atque vtinam & aures obturauisset. Nam quodam pugnæ casu cum clamor ingens totius populi vehementer eum pulsasset, curiositate victus, & quasi paratus, quicquid illud esset, etiam visum contemnere & vincere, aperuit oculos, & percussus est grauiore vulnere in anima, quam ille in corpore, quem cernere concupiuit; ceciditque miserabiliùs quam ille, quo cadente factus est clamor, qui per eius aures intrauit, & reserauit eius lumina, vt esset qua feriretur & deijceretur audax adhuc potiùs quam fortis animus, & eo infirmior, quò de se præsum-

D. Aug. li. 6. Confess. c. 8.

Videndi facultas quantum anima nocet.

sumpserat, qui debuit de te: vt enim vidit illum sanguinem, immanitatem simul ebibit, & non se auertit, sed fixit aspectum, & hauriebat furias, & nesciebat, & delectabatur scelere certaminis, & cruenta voluptate inebriabatur. Et non erat ille qui venerat, sed vnus de turba, ad quam venerat, & verus eorum socius, à quibus adductus erat. Quid plura? Spectauit, clamauit, exarsit abstulit inde secum insaniam, qua stimularetur redire, non tantum cum illis à quibus priùs abstractus est, sed etiam præ illis & alios trahens. Et inde tamen manu validissima & misericordissima eruisti eum tu, & docuisti non sui habere, sed tui fiduciam, sed longè postea.

Fiducia in Deū collocan da.

II. *D. Antonius cum visum non posset compescere prauentus, compescuit manus.*

DIuus Antonius Eremita, cum natus annos triginta quinque in desertum abire contenderet, non cessauit infatigabilis aduersarius eius propositum impedire; nam in eius itinere argenteum discum proiecit. Quo viso, Antonius callidi artificis agnouit astutiam, stansq; intrepidus, & discum toruis intuens oculis, doli auctorem in phantasmate obiurgabat argenti, talia secum reputans: Vnde hic in deserto discus? auium hoc iter est; nulla sunt vestigia commeantium; lapsus de sarcina, præ magnitudine latere non potuit: sed & qui perdiderat reuersus, ob solitudinem locorum inuenisset, quod ruerat. Hoc artificium, diabole, tuum est; non impedies voluntatem meam; argentum tuum tecum sit in perditionem. Hæc illo dicente, discus, vt fumus à facie eius euanuit. Dehinc non vt ante in phantasmate; sed ingẽtem auri massam in itinere conspexit. Verum hanc vtrum diabolus simulauerit, an ad Antonium comprobandum, quia nec veris opibus inescaretur, virtus cœlestis ostenderit, ignoratur; hoc tamen agnouimus, quia quod visum est, aurum fuit. At ille magnitudinem admiratus radiantis metalli rapido cursu, quasi quoddam vitaret incendium, ad montem vsque perrexit.

D. Athanasi vita eius. Diaboli insidiæ aduersus B. Antonium Eremitā.

Aurũ ab ipso sũ est Antonio.

III. *Vt leuem aliquem & incautum aspectum seuerè castigauit Eusebius.*

MAgnus ille Eusebius, cum semel ab auditione lectionis Euangelicę aspectu quorumdam agricolarum distraheretur, qui in subiecto campo terram excolebant, ita seipsum puniuit, vt per quadraginta annos, & eò amplius, quibus postea vixit, nec agrũ aspiceret, nec in cœlum & astra oculos attolleret; sed semper, iniecto in collum collari ferreo, inclinatus incederet. Interrogatus autem, quam ob causam se tam seueriter ob modicum defectulum castigaret, respondit dignam sanctissimo viro sentẽtiam: Ne, dixit, aduersarius de rebus magnis bellum gerat, conor illum ad hæc parua traducere.

Theodoret. in hist. SS. Pat. c. 4.

Eusebii insigne dictum.

IV. *Pulchrum documentum S. Francisci de visu seruando.*

OCulis rectè vtendũ esse allato hoc ænigmate D. Franciscus sedulo suis fratribus inculcabat: Rex quidam præpotens, sed pius successiuè duos ad Reginam legauit nuncios; quorum prior reuersus, & verbis tantum propositis verba reddidit, & de Reginæ persona planè retulit nihil: siquidem oculos cautè tenuerat, ne in Reginæ faciem prosilirent. Rediit alter, & post pauca, quæ ad legationem pertinebãt; Vere, inquit, domine Rex, vidi pulcherrimam mulierem, felicem te reputo, cui illa coniux obtigerit. Serue nequam, inquit Rex, verè impudicitiam tuam prodis: quid superest, nisi vt concludã, te prospectam impudicis oculis opprimere animo cogi-

E Chron. Fr. Minorũ Galliæ lib. 1. cap. 34.

cogitasse. Priori vero nuncio ascito; Quid, ait, de Reginæ tibi persona videtur? Optime, respondit; Nam & patienter me audiuit, & sapienter respondit. Sed quid de forma & pulchritudine eius censes? Tuum id esto, ait, Rex, & videre & iudicare; mei muneris fuit, verba eius audire ac referre. Tum Rex, de vtroque ferens sententiam, illum palatio expulit; hunc vero à cubiculis constituit: Ne, inquit, ille thalamum meum polluat; tu vero illum constituas. Quibus Franciscus subijciebat: Quis non deberet vereri, in Christi sponsam prophanos oculos conijcere.

V. *Carolus V. Imperator auertit oculos ab aspectu fœminarum etiam vxorem habens.*

Guill. Zenecar. li. 5. de vita Caroli V.

CArolus Quintus Imper. vxorem adhuc habens, sæpe clausit ipsemet fenestram, ne inspiceret formosiores fœminas, cum eas ex fenestra eminus aduentantes, aut prætereuntes forte conspexisset, aut prætertituras inaudisset.

VI. *Dictum memorabile fratris Minoris de oculis continendis.*

Ex lib. 1. Cōform. tatum S. Frācisci p. 2.

IN historijs Fratrum Minorum D. Francisci narratur, quendam purissimæ vitę fratrem nomine Rutgerum, diligentissimum oculorum suorum custodem fuisse, sic vt nunquam in fœminas, etiam cognatas, quas alloqui necesse habebat, eos conieceerit. Vnde Pater spiritualis, qui perspectam eius conscientiam habebat, eum aliquando percunctatus est, quid causæ esset, cur, cum tanto puritatis dono præditus esset, tamen vultum auerteret à conspectu mulierum honestarum? Et respondit homo sanctus, & à Deo illustratus: Pater, inquit quando homo facit quod in se est, & occasiones peccandi fugit, tum vicissim Deus facit quod in se est, & hominem tuetur ac custodit: At quando homo se temerè conijcit in discrimen, tum etiam iustè à Deo deseritur; ac ita fit, vt facilè ob naturæ corruptionem in peccatum aliquod graue dilabatur.

VII. *Quod dæmonijs fiant penetrabiles, qui spectacula prophana visuri adeunt.*

Tertull. li. de Spectaculis cap. 26.

DE hac re exemplum accidit Domino teste eiusmodi, eius mulieris, quæ theatrum adiit, & inde cum dæmonio redijt. Itaque in exorcismo cum oneraretur immundus spiritus, quod ausus esset fidelem adgredi; constat & iustissimè quidem, inquit feci, in meo eam inueni. Constat & alij linteum in somnis ostensum eius diei nocte, qua tragœdum audierat, cum exprobatione nominato tragœdo, nec vltra quintum diem eam mulierem in seculo fuisse. Quibus exemplis docemur, eos cum diabolo communicare, & à Domino excidere, qui prophana spectacula libenter visunt: nemo enim potest duobus dominis seruire.

A videndis spectaculis deterrēt exempla

Matth. 6

VIII. *Arsenius non modo mulierum aspectum, sed & recordationem auersabatur.*

ARsenius dum in eremo viueret, à mulieris videndæ aspectu alienus admodum fuit. Is enim, cum quædam non obscuri generis matrona illum videre cupiens, de improuiso in hospitiolum eius ipsi occurrisset, repente auertit sese, & muliebrem audacim gestu pariter & verbis incusauit. Rogo, inquit illa, ne indignè feras aduentum

meum, quia sincera mente & pio affectu huc veni. Aut si eo quidquam offensus es, veniam da, ac pro me Deum, cui soli seruis, deprecare. Precabor Deum, respondit, & quidem multum, ne tui vnquam meminerim.

IX. *S. Ephræm Syrus quomodo edoctus à fœmina oculos in fœminam non esse coniiciendos sed in terram.*

In vita eius per Gerard Vossium, & Sozo. li. 3 hist. Eccl. ca. 16.

CAptus est aliquando S. Ephræm senex desiderio visendæ Edessenorum vrbis, orauitque Deum, dicens: Domine Iesu Christe, dignare me videre ciuitatem illam, & cum ingrediar, obuiam mihi habere merear hominem eiusmodi, qui mecum à scriptura sermonem exordiatur. Et ingredienti iam ei in locum, & pertranseunti portam ciuitatis occurrit mulier, quæ in ciuitate erat meretrix, quam aspiciens seruus Dei Ephrem, indoluit, sic secum loquens: Domine Iesu Christe, despexisti preces serui tui Ephræm; quo pacto enim hæc de scriptura mecum disserat? Substitit autem meretrix intuens illum. Ad quam sanctus: Dic mihi puella, quid subsistis, & ita intentis in me intueris oculis? Cui respondens meretrix ait ad eum: Intueor te, quia ego mulier ex te viro sumpta sum: tu autem ne me intuearis, sed terram, ex qua tu vir sumptus es. Quæ cum audiret seruus Dei, suspexit, & glorificauit Deum, qui talem ei sapientiam dederat, vt eiusmodi ab ipsa responsum acciperet: & cognouit suam à Deo nequaquam fuisse spretam orationem.

Responsum plane egregium mulieris.

X. *De virgine, quæ eruit sibi oculos ad auertendum impurum adolescentis amorem.*

Sophron. Episcop. Hierosolymit. Prati spirit. c. 60.

QVidam vir narrauit nobis cum in Alexandria essemus, tale quiddam: Sanctimonialis, inquit, quædam sedebat in domo sua, vitam solitariam ducens; salutisque suæ valde solicita ieiunijs ac vigilijs vacabat iugiter, multasque faciebat eleemosynas. Sed bonorum omnium semper inuidus diabolus, tantas in virgine virtutes non ferens, contra illam puluerem excitauit. Immisit enim adolescenti cuidam turpem de illa, diabolicamque cupidinem. Manebat autem extra limen eius adolescens. Cum ergo virgo illa domo sua vellet egredi, atque ad ecclesiam orationis gratia occurrere, ingerebat se illius oculis improbus & impurus adolescens, nec illam egredi sinebat, amatoria quædam verba procacibus nutibus illi insusurrans, adeo vt iam præ nimia molestia adolescentis cogeretur virgo domo sua nusquam progredi. Die igitur quadam misit ancillam suam virgo ad illum vt ei diceret: Veni, vocat te domina mea. Abijt ergo ad illam gaudens, & stuprum committere gestiens. Sanctimonialis sedebat in cubili suo. Ingresso igitur adolescenti ait: Sede; cumque sedisset, Dic oro te frater, inquit illa, cur ita mihi molestus es, nec permittis me domo mea egredi? Respondit adolescens; Vere, domina, te multum amo, & quando te inspicio, totus in tui concupiscentiam inflammor. Quæ ait ad illum: Quidnam in me pulchrum vidisti, quia sic amas me? Ait adolescens: Oculos tuos: ipsi enim seduxerunt me. Virgo vero vt audiuit, quia oculi eius illum seduxissent, sumpto gladio mox oculos eruit. Hoc autem cum vidisset ado-

lescens, eruisse scilicet sibi virginem oculos, compunctus corde abijt in Scitim, ibique sæculo renuncians, effectus est probatissimus monachus.

XI. *Qui sint oculi desiderabiles.*

Socr. li. 4 hist. Ec. cl. c. 25. VAlentis Imp. temporibus, cum D. Antonius eremita propter Arianos è solitudine Alexandriam descendisset, Didymo, viro admirabili & facundo, sed oculis capto, fertur esse congressus, & cognita illius prudentia ad ipsum dixisse: Nihil, ô Didyme, turbet te corporalium oculorum iactura. Talibus enim destiturus es oculis: quibus & muscæ, & culices videre possunt; sed lætare, quod oculos habes, quibus & angeli vident, & Deus consideratur, ac lux illius apprehenditur.

Oculi vt vi g sint.

TIT. XLV. De sensu auditus.

EXEMP. I. *De Machete Abbate, qui inter collationes, spiritales aures attentissimas habebat, sed ad fabulas terrenas obsurdescebat.*

Io. Cassi. lib. 5. c. 29 VIdimus senem, inquit Cassianus, Machetem nomine, à turbis fratrum eminus commorantem, hác à Domino gratiam diuturnis precibus impetrasse, vt quotquot diebus ac noctibus agitaretur collatio spiritalis, nunquam somni torpore penitus laxaretur. Si quis vero detractionis verbum seu otiosum tentasset inferre, in somnum protinus concidebat; nec vsque ad aurium quidem eius pollutionem virus obloquij poterat peruenire.

II. *Quomodo conatur Sathan, vt rerum piarum auditio fastidium, malarum vero voluptatem conciliet.*

Io. Cassi. li. 5. c. 31 HIc idem senex cum aliquando apud Fratres discurreret de rebus necessarijs & spiritalibus, eosque videret lethæo quodam sopore demergi, nec posse ab oculis suis pondus somni depellere, otiosam repente fabulam introduxit. Ad cuius oblectationem cum eos euigilasse confestim, atque erectas aures suas habere vidisset, ingemiscens, ait: Nunc vsque de rebus cœlestibus loquebamur, & omnium vestrum oculi lethali dormitione deprimebantur; at cum otiosa fabula intromissa est, omnes expergefacti torporem somni dominantis excussistis. Quibus verbis ostendit senex ille, otiosarum fabularum diabolum esse fautorem, ac collationum spiritualium impugnatorem.

Rerum bonarũ auditio, multorũ bonorum fons. Otiosarũ fabula. rũ fautor dæmon.

III. *In concentu musico non voluptas aurium quærenda, quia noxia, sed vtilitas aliqua præ oculis habenda.*

August. li. 10 cõf. cap 33. DIuus Augustinus Tagastensis in Confessionum libris declarat, quantam vtilitatem afferat in Ecclesia institutum cantandi, & quod ad lacrymas vsque sæpe commotus sit. Confitetur quoque, se aliquando suauitate cõcentus potius, quam rebus cantatis, captum fuisse. Cum, inquit, mihi accidit, vt me amplius cantus, quam res, quæ canitur, moueat, pœnaliter me peccasse confiteor: & tunc mallem non audire cantantem. Ecce vbi sum: flete mecum, & pro me flete, qui aliquid boni vobiscum intus agitis, vnde facta pro-

cedunt. Tu autem Domine Deus meus, exaudi, respice, & vide, & miserere, & sana me.

IV. *Suaues impiorum canticorum concentus audientiam aures inficiunt.*

Hist. tri par. li. 2. cap. 6

Aures canticu pijs prębenda.

CVm Armonius Bardisanæ filius cantica composuisset, & impietatem melodicæ suauitati permiscens audientes illiceret, & ad perniciem venaretur; beatus Ephræm Syrus sumens inde harmoniam, pietatem cantilenæ permiscuit, & audientibus suaue admodum & vtile medicamen apposuit.

Quæ cantica triumphatorum Martyrum festos dies etiamnum efficiunt clariores.

V. *Turpioribus verbis aurem non esse vllo modo accommodandam.*

In vita eius apud Sur. to. 3.

BErnardus Senensis adhuc adolescens ex frequenti consuetudine in eum iam habitum venerat, vt ad primum turpioris verbi auditum sic erubesceret, quasi quis ei colaphum impegisset. Deinde inter æquales, pro inimico publico talium colloquiorum haberi cœptus est, adeo vt si eiusmodi rerum tractationi, vt fit, interueniret, subito inter se mussarent: Tacete, tacete, Bernardinus adest. Et homini nobili, cum nescio quid turpioris verbi, illo præsente, excidisset, ita indignatus est, vt audacter illi colaphum insignem duceret, cuius sonitus bene longè exaudiretur.

Bernardinus turpia loquentem colapho cadit.

VI. *Aures non facilè esse prębendas rebus nouis audiendis.*

Pet. Dorland. li. 3. Chro. Carthus. c. 22. de vita S. Hug 17. Nouem.

SAnctissimè id obseruauit, & simul quorumdam monachorum curiositatem compescuit. Hugo Lincolniensis Episcopus, vir sanctus, atque ante Episcopatum professione religiosus. Cum enim post conciliatam pacem inter Reges Franciæ & Angliæ, diuertisset ad monasterium Carthusianorum, interrogatus de modo initæ pacis, tristitia affectus, ac zelo plenus ordinis sacri respondit: Rumores audire ac referre, etsi licet Episcopo, monachis tamen non licet. Quamobrem idem Carthusiani iure statuerunt de conuersis, qui sæpius quam monachi egrediuntur; Sæculares rumores vbi audiunt, ibi dimittant.

TIT. XLVI. De sensu gustus & linguæ vsu mortificando.

Gustus Loth duarum filiarum stupratorem efficit. Genes.1[9]

Gustus ab Esau ius primogenituræ præripuit. Gen.25

Gustus Israelitas in deserto magna ex parte repentina morte sustulit. Num. 1[1]

Gustus Ela gladio Zambri interficiendum obiecit. 1 Reg. 1[6]

Gustus per manum mulieris capuí Holofernis abscidit. Iudith 13.

Gustus Simeonem Machabæum in conuiuio, & filios eius & seruos occidit. Mach.

EXEMP.

EXEMP. I. *Beati Laurentij Iustiniani mortificatio gustus.*

B. Laur. Iustiniani abstinentia. BEatus Laurentius Iustinianus, etsi in adolescentia sua, vt erat prænobili prosapia ortus, multis assueuisset mundi delitijs, tamen ad Venetum Patriarchatum euectus, vulgari tantum mensa vsus est, edulijsque palato suo insipidis. Vnde si errore aliquo quandoque esculenta, poculentave ad gustum acerbiora apposita essent, vt pro vino acetum, neminem arguebat, sed silentio dissimulabat.

II. *S. Thomæ Cantuariensis moderatio in gustatus.*

SAnctus Thomas Cantuariensis Archiepiscopus, & martyr Christi gloriosus, antequam diuinitus esset illustratus, multis quidem lautitijs à parentibus genere nobilibus, & copiosis fuit enutritus: sed postquam persecutione regia pro iustitiæ defensione exagitari cœpit, admirandam vitæ mutationem inijt. Nam, teste Eduardo præcipuo eius vitæ scriptore, qui antè mensa opiparè vtebatur instructa, magnosque dominos, atque adeo ipsum quoque Anglorum Regem, habebat conuiuas, *Temperantia B. Thomæ Cantuariensis.* leguminibus, alijsque vilissimis cibis, pauperibus ad mensam adhibitis, vesci voluit. Sic temperantia ab eo ad gustum mortificandum fuit exercitata.

III. *Item S. Godefridi Ambianensis Episcopi.*

IDem quoque egregiè præstitit Sanctus Godefridus Ambianensis Episcopus; nam etsi pro immensa sua caritate, qua flagrabat, nihil deesse suis subditis, quoad victum necessarium, sinebat, tamen ipse solo pane, paucisque herbis & fructibus vitam tolerabat: cumque cocus nescio quid herbis miscuisset, eum coercitum coarguit, dicens: An ignoras tu miseram carnem subigi non posse nisi tormento ieiunij? cur mihi apposuisti cibum tanta arte paratum? Vide, ne deinceps in hoc genere delinquas, & me ad iracundiam prouoces. *B. Godefridi Ambianensis epi abstinentia.*

IV. *Mortificatio gustus S. Vvolstani.*

SAnctus Vvolstanus Episcopus, die quodam post sacrum Missæ peractum delitescens in loco abdito, odorem carnis, quæ pro ipso assabatur, perceperat: & quoniam cogitatio inde menti oborta, ad eam comedendam appetitum illiciens, non sinebat eum orationi attentiùs vacare, proposuit nihil, neque tunc, neque in posterum vitę tempus, de carne delibare, sicut & fecit. Quo medio mirificè adiutus est, non solum ad sanctissimam vitam ducendam, sed etiam felicissimam mortem obeundam. *In vita eius apud Surium in Ianuario*

V. *S. Rupertus quomodo appetitum gustu temperauerit.*

SAnctus Rupertus Abbas, cum totam quadragesimam solo pane & aqua contentus transegisset, sub Paschæ festum desiderio teneri cœpit vescendi pane auenaceo; sed cum eo ad mensam allato vir Dei

animaduerteret se pauxillum concupiscentiæ indulsisse, vehementer expauit, & rigidus in seipsum vindex gustare inde noluit; sed pauperibus ad monasterij fores dari iussit. Erat ibi tum iuuenis quidam splendida facie, qui eum vna cum scutella accepit, & mox euanuit, ita tamen, vt loquentibus illis de scutella ablata, ea subitò in mensam deciderit. Erat enim angelus Domini è cœlo missus, qui eleemosynam viri Dei acceperat.

VI. S. Elzearij modestia in medijs delicijs.

In vita eius c. 17. apud Sur. to. 5. 27. Septemb.

CVm aliquando Sanctus Elzearius Comes Arianus cognatæ suæ nuptijs, quæ ad quinque dies durabant, interesset, sed sane inuitus, aderant etiam tum, vt moris est, nobiles & alij, diebus & noctibus cantionibus, choreis, & id genus humanis solatijs dediti. Inter eas pudicissimus adolescens tanta sermonis honestate, & castitate vtebatur, vt ne vnum quidem verbum lasciuum ex eius ore proficisceretur, cum interim alij multa iactarent obscœna & turpia verba, quibus eius castum & pudicum pectus non mediocri molestia afficiebant, vtpote cui ea summè displicerent, ita vt quasi telis quibusdam animum eius confoderent.

Mirè cruciatur Elzearius impuris aliorum sermonib.

VII. Sanctus Elzearius filium Regis inducit ad omnem moderationem.

Ibid. c. 27.

EIdem Comiti Elzeario Robertus Rex filium suum primogenitum Carolum Calabriæ Ducem tradidit instituendum. Cum autem Elzearius vidisset adolescentem moribus leuem, atque lasciuum, promptumque ad audiendos leues, impudicosque sermones, ei seorsim abducto ait: Non decet insignem personam & Regem lasciuos & dissolutos vel audire vel proferre sermones: Corrumpunt enim bonos mores colloquia praua; sed potius sanguis illustris verbis honestis, & bonis atque incorruptis moribus ornandus est. Hæc vero atque id genus alia, ea efficacia dixit, eiusque animo impressit, vt confestim spiritu mansuetudinis & pietatis eius pectus sibi vendicante non sine multa admiratione Comitum, & aliorum nobilium, qui ei semper aderant, breui totus mutatus sit in melius, quibusdam dicentibus Dominus Dux in alium virum mutatus est. Atque ex eo tempore non modo à verbis inhonestis, & malis moribus abstinuit; sed neque, vt quisquam impuros effutiret sermones, ferre sustinuit.

1 Cor. 15.

Elzearij monitione mutatur Carolus Princeps eius discip.

VIII. Vsu linguæ carere plus prodest interdum, quam eius beneficio potiri.

DVm Beatus Vincentius Dominicanus aliquando Valentiæ concionaretur in solemnitate S. Ioannis Baptistæ, per mediam multitudinem ad eum adducta est mulier à natiuitate muta. Ipse itaque perpendens magnam esse fidem illorum, materiam intermittens, oculos ad cœlum erexit, & ad mulierem conuersus illam interrogauit; Quid vis filia? Illa respondit: Panem volo, & officium linguæ. Et Vincentius ad eam; Panem quidem quotidianum, quamdiu vixeris, habebis; officium vero linguæ non poteris impetrare: pro futura enim vtilitate tua Deus voluit te tali beneficio priuare: si enim loquendi vsum habuisses, tanta fuisset linguæ tuæ mordacitas, vt vitam corporis & animæ perdidisset. Meritò ergo Deum magnificare non cesses, & caue-

Pet. Ranz. in vita eius l. 3. c. ...

Lingua vsũ mulieri na... turũ non vult impetrare S. Vincen...

ne

ne ab eo vlterius petas, quod non immeritò denegabit. Mulier respondit, Faciam quod hortaris. Confestim rursum obmutuit, & viri, à quibus ducta fuerat, talis rei admiratione stupefacti, inde discedentes eam reduxerunt, superuixitque septem annis, & ex vita religiosè migrauit.

IX. *De vltione diuinitus immissa in obscœna loquentes.*

In vita S. Vvallorici Abb. apud Suri. 1 die April.

ILlud hic omittendum non duxi, quomodo Deus obscœna loquentes etiam in hac vita castiget: cum enim S. Vvallericus Abbas hyberno tempore, ab eo loco, quem Caldem vocant, ad suum monasterium rediret, in ipso itinere ob nimiam frigoris acerbitatem ad presbyteri cuiusdam domicilium cum suis sese calefacturus diuertit. At illi, qui tantum hospitem summopere venerari, & reuerenter excipere debebant, vt eius sacris sermonibus instrui mererentur, ad turpia & obscœna iactanda verba, vnà cum eius loci iudice, prorumpunt. Ille contra, vti consueuerat, putridis & corruptis hominum vulneribus salubria cælestis verbi cataplasmata adhibebat, atque ad illos: Non audiuistis, filij, illud ex Euangelijs: de omni verbo ocioso reddituros nos rationem in die iudicij? Ea ratione nihil permoti, contempto viro Dei, multo etiam fœdiores & impuriores vomebant sermones. Tum ille, Volui quidem, inquit, in tam acri frigore nonnihil corpusculum meum ad ignem refouere, sed vestræ id non sinunt linguæ impurissimæ, quæ me etiam frigore afflictum hinc abire compellunt. His dictis, excusso in eos pedum suorum puluere, abscessit. Ecce autem in procaces & spurcos illos mox vltio diuina grassatur: & presbyter quidem repente vtroque orbatus est lumine, & iudicis membra genitalia computruerunt. Tum illi præsentem Dei vindictam malè experti, conantur verbis supplicibus ad se virum sanctum reuocare, sed frustra. Et alter quidem cœcus permansit: alter vero contracto corpore & putrescente inguine, extinctus est.

Matt. 18.

Vltio diuina in obscœna loquētes.

TIT. XLVII. De sensu odoratus.

EXEMP. I. *Exemplum horribile castigationis diuinæ in nobilem dominam Venetianam, quòd inordinatis odoribus nimis addicta esset.*

D. Pet. Damia. Epi. ad Blācam Comitissam de insti. moni. c. 11 Baro. to. 10. an. 998 20.

AD id roborandum quod asserimus, congruum est, vt de viua carne exempla proferamus. Veracis itaque & honesti viri didici relatione (inquit Petrus Damianus Ostiensis Episcopus) quod narro Dux Venetiarum Constantinopolitanæ vrbis ciuem habebat vxorem, quæ nimirum tam tenerè, & delicatè viuebat, & non modo superstitiosa, sed & artificiosa (vt ita loquar) iucunditate se mulcebat, vt etiam communibus se aquis dedignaretur abluere: sed eius serui rorem cæli satagebant vndecunque colligere, ex quo laboriosum illi balneum procurarent. Cibos quoque suos non tangebat, sed ab Eunuchis eius alimenta quæque minutius concidebantur in frusta, quæ mox illa quibusdam fuscinulis aureis, atque bidentibus ori suo liguriens adhibebat. Eius porro cubiculum tot thymiamatum, aromatumque generibus redolebat, vt & nobis narrare tantum dedecus fœteat, & auditor forte non credat. Sed omnipotenti Deo quantum huius fœminæ fuerit exosa superbia, manifesta docuit vlciscendo censu-

Horribilis odoratus inordinatæ castigatio.

ra. Vibrato itaque super eam mucrone diuini iudicij, corpus eius omne computruit, ita vt membra corporis vndique cuncta marcescerent, totumque cubiculum intolerabili prorsus fœtore complerent; nec quisquam tantam perferre narium iniuriam potuit, non consueta seruitia, non seruulus; vix vna dumtaxat ancilla non sine speciei redolentis auxilio in eius obsequij sedulitate permansit. Diutius ergo hæc languore decocta, & miserabiliter cruciata, amicis quoque lætantibus, diem clausit extremum. Quid ergo sit caro, doceat ipsa caro: quodq; perhibet mortua, testetur & viua.

II. *Muleasses Rex, ex infelici prælio fugiens odore vestimentorum captus à filio excæcatur.*

Laur. Sur. in Comm rerum in orbe gestarũ sub an. Do. 1544.

Odoribus delectabatur Muleasses.

MVleasses Rex Tunetanus, Neapoli cum aliquando esset, Neapolitanis nouo cultu, vescendi more, & exquisitissimis odoramentis admirationi fuit. Dapibus eius ex regiæ culinæ disciplina pretiosi sumptus vnguenta farciebantur, adeo vt pauonem, cum duobus phasianis côditum, obseruatum sit centum aureorum impensam excessisse. Hic cum audisset Amidam filium Tunetum & arcem occupasse, ea re vehementer perturbatus militem conscribit magna celeritate, confluuntq; ad eum mille, & octingenti homines, cum quibus eò pergit, & in itinere rursus ab Hispanis equitibus à Touarre missis admonitus, vt sibi ab insidijs, quæ iuxta vrbem essent, caueret; sed in proposito perseuerat. Vbi autem propius ad vrbem accessit, erumpentibus tum ex vrbe, tum ex oliuetis Afris, ex eius exercitu periere supra mille & trecenti, & ipse Muleasses fugiens, nulla re alia magis, quàm vnguentorum odore ab hostibus agnitus & captus est. Eum ad se adductum Amida filius vtroque orbatum lumine crudeliter excæcat, candenti scalpello proscissa vtriusq; oculi pupilla. Idem pertulere duo Amidæ fratres cum Muleasse capti, Nahaser & Abdalas.

Amida Tunetani in patrem scelus.

III. *De mira odoris fragrantia in ore & Manibus Sancti Iordani arte dæmonis excitata.*

Th. Cantipr. li. 2. Apum c. 57 p. 47.

DVm quadam die B. Iordanus ordinis Prædicatorum Generalis Bononiæ Missam celebraret, vt solebat ferè quotidie, in secreto, tam mirifici odoris fragrantiam sensit in susceptione Dominici sacramenti, vt nulli dubium esse posset, hanc non esse nisi à Deo, nisi forsitan alicui, qui discretionem spirituum habuisset. Os mirè odoriferum per longũ tempus habebat, & manus, ita vt vix ei cibus saperet os sumptus. Palato tamẽ cordis interius discernebat, quia odor ille recreationem spiritui non præstabat. Abijt ergo Dominum deprecari, quid sibi vellet odor ille respersus in vanum, reuelatumque est ei, quia dæmonis arte sit gestum, & facto crucis signaculo mox cessauit.

IV. *Sensus odoratus quomodo ab Arsenio Magno mortificatus.*

Sur. in vita eius 19 Iul.

Peccatũ odoratus ab Arsenio correctum.

DE loco, in quo manebat Magnus Arsenius, hæc legimus: Aqua, qua palmarum ramos madefaciebat, vt fierent molliores, nunquam ab illo mutabatur, sed sic diu manebat, vt tandem corrumperetur, maleque oleret, & aspectu terra esset: adeo vt quidam ex Patribus Senem rogarent; cur hoc faceret, & ei exprobrarent socordiam. Is vero, Cum, inquit,

quit,

quit, suaueolentia, & aromatibus prius sim vsus, odoratus damnum modo corrigo contrarijs.

TIT. XLVIII. De sensu tactus.

EXEMP. I. *Quanta custodia tactus fuerit Nicetij.*

Gre. Tur. de vita SS. Patrū c. 8 apud Sur. in April.

Tactus custodia diligens & circumspecta.

NArrat Beatus Gregorius Turonensis Episcopus, sanctum sacerdotem Nicetium, qui post fuit Lugdunensis Episcopus, tantæ puritatis cultorem extitisse, vt non modo alijs iugiter prædicaret, & à polluto tactu, & à verbis obscœnis esse desistendum, sed & ipsemet formidaret etiam infantium membra nudis manibus contingere: & si quando ratione officij tangere debebat, non nisi veste interiecta attingebat. Sciebat nimirum, à quouis carnis tactu aliquantam capi voluptatem, licet non admodum illicitam; vt tanto longius abesset à tactu culpabili.

II. *Monetur diuinitus quidam, ne virginem etiam spirituali affectu contingeret.*

Iac. de Vitriac. lib. 2. de vita eius cap. 5. Chron. S Anton. 3 p. tit. 19 c. 12 § 7

CVm quidam familiaris B. Mariæ d'Oegnies amicus ex nimio spiritualis affectionis excessu manum eius aliquando stringeret, licet casto animo nihil turpe cogitaret; sensit tamen ex illa nimia vicinitate primos motus insurgere. Cumque illa prorsus hoc ignoraret, audiuit vocem ab excelso, scilicet, Noli me tangere; nec tamen illa intellexit, quid significaret: Deus enim mitis, & nostris infirmitatibus compatiens, noluit illum coram sancta muliere verecundia confundere: volebat tamen tanquam zelotes amicæ suæ castitatem custodire, & illam propter innumera pericula castigare. Vnde cum illa diceret ei; Audiui nunc quandam vocem, sed quid significet, prorsus ignoro, Noli me tangere. Ille quid hoc esset intelligens, & sibi de cætero diligentiùs cauens, & Domino, qui eius infirmitatem detegere noluit, gratias agens recessit.

III. *Ad tactum fœminæ etiam pium, rigescit brachium Gebhardi Abbatis.*

Chr. Hirsaugiens. Io Trith. ad ann. Do 1091.

GEbhardus Abbas ex Canonico monachus Hirsaugiensis factus, cum sanus & incolumis aliquamdiu inter fratres laudabiliter conuersatus fuisset, vt patientia eius coram omnibus probaretur, in grauissimum languorem incidit, ita vt membris omnibus pene resolutis manum ad os non valeret porrigere, nec de vno latere in aliud sine aliorum adiutorio se mouere. Hac infirmitate pius integro anno miserabiliter, sed cum multa patientia ægrotauit, quousq; misericors Deus vires ei restituit manducandi, sedendi, legendi, & in scamniolis super terram instar puerorum reptandi: præter enim linguam hactenus nullum membrorum suorum mouere potuit. Quadam vero die, vir Domini Vvilhelmus Abbas cellam ægrotantis ingreditur, & vt vsum vel dextræ manus à Domino precibus deuotis peteret, Gebhardum iacentem exhortatur. Renuit ille cum summa detestatione, confirmans se corporis salutem omnino paruipendere, vt bene decocta scorea purgatus posset ad Deum peruenire. Pius autem pater misericordia motus dexteram illius apprehendens, benedixit, orat, deosculaturq; eum, & pristinæ sanitati cernentibus cunctis subito restituit. Post pau-

Miraculū Vvilhelmi Abbatis super Gebhardū.

paucos vero dies vxor fratris ipsius Gebhardi ad eum gratia visitationis cum familia multa aduenit, ad quam in sella portatus gestatoria, cum inter loquendum brachij sui miraculosam sanitatem proferret in medium, illa dexteram ipsam sanatam, muliebri quasi sanctificatum quippiam deosculatur affectu. Et ecce brachium ipsum miraculosè sanatum mox ad tactum fœminæ, quamuis deuotæ, miraculosiùs ad pristinam rigiditatem reuertitur. At ille dissimulato quod acciderat Germani salutata vxore, ad cellam suam reportari se fecit: VVilhelmus autem sanctissimus pater, discens in Spiritu sancto quod accidit, mox ad cellam ægrotantis venit, dicens: Hæc est pœna temeritatis tuæ frater, qui manum Deo consecratam, ipsiusque miseratione sanatam, fœminæ gloria tactus inani præbuisti osculandam. Admonitus deinceps, ne simile feceris, esto: iterumque apprehendens ipsum brachium sancta sua benedictione sanauit, quem totum non multo post orationibus suis ad pristini status valetudinem reduxit. Verumtamen ex ea infirmitate, quoad vixit, semper vno pede claudicauit, quatenus memor eorum, quæ sustinuerat ampliùs non peccaret: nam cum esset vir tam generis nobilitate clarus, quam ingenij acrimonia sublimis, animique constantia, sapientia, scientia, & eloquentiæ singulari prærogatiua insignis, & magnæ quoque in seculo reputationis, pia Domini castigatione flagellatus est, ne forte omnibus succedentibus prosperè, mens in elationis Orcum laberetur.

Brachiū Gebhardi monachi a tactū fœminæ rigescit.

IV. *De viro cum vxore per contactus impudicos peccante miserè mortuo.*

QVid viro coniugali propter inhonestos contactus in Cameracensi ciuitate, sub venerabili Rogerio eiusdem loci Episcopo, acciderit, accipe. Virum quendam fuisse percepimus, qui tali vitio subiacebat, vt non ei sufficeret delectatio coitus cum vxore, quin etiam eam contrectationibus illicitis molestaret. Ergo nocte quadam, vxore reclamante Deique vindictam imprecante, maritus perpetrato violenter scelere, ad ventris officium surrexit, mox autem soluto ventre, per secreta naturæ in cloacam eius viscera descenderunt. Nec mora, clamans reportatur ad lectum, & publica voce confessus, cum dirissimo manuum cruciatu, quas, quasi ignibus vrerentur, abscindi petijt in horam diei tertiam expirauit. Vide igitur quam digna tali operi vindicta illata sit. Si ergo viri flagitium cum vxore tanta animaduersione punitum est, quid illi sustinebunt, qui vel cœlibes, vel castitatem professi, huiusmodi tentant.

Th. Cantipr. l. 2. de Apib. cap. 30. p. 35.

Tactus impudici horrenda punitio.

V. *Virginis constantia in recusando osculo.*

VIdimus in Galliæ partibus virginem, cuius virtutem mirabilem non expedit subticere. Hæc vtroque orbata parente in domo fratris militis loco pedisse quæ seruiebat. Quæ cum nullius viri iocos prorsus vellet admittere, eam quadam die in præparanda salsa manibus occupatam, quidam ex satellitibus nisus est osculari, sed frustra: nam pistillo, quo salsam terebat, eum in capite mox percussit. Tunc ille

Idē eod. lib. & c. p. 25.

ille læsus, O nequissima, inquit, quare me volentem ludere percussisti? Cui illa substomachans; Et ego, inquit. In tali ergo rigore virtutis virgo nobilis perseuerans adeo famosa effecta est, vt Comitissa de Engolesino eam cum filia sua Regina Angliæ, vt illius instrueretur obsequijs collocarit. Hæc cum nullo modo postea virum accipere consentiret, cum multis regijs muneribus & honoribus ad Gallias est reuersa, & in domo hospitalis apud Pruuinum humilis soror effecta; quam nos vidimus eiusdem domus magistram, & in seruitute Christi labore, & senectute confectam.

VI. *Quam cautè etiam spiritales viri se ab omni tactu mulierum debeant continere.*

Greg. l. 3 Dialog. cap. 7. SEd ecce, inquit Gregorius Magnus, dum facta fortium virorum narro repente ad memoriam venit, quid erga Andream Fundanæ ciuitatis Episcopum diuina misericordia fecerit. Nec res est dubia quia peneranti in ea testes sunt, quanti & eiusdem loci habitatores existunt. Hic namque vir venerabilis cum vitam multis plenam virtutibus duceret, seque subsacerdotali custodia in continentiæ arce custodiret, quandam sanctimonialem fœminam, quam secum prius habuerat, noluit ab Episcopi sui cura repellere; sed certus de sua, eiusque continentia, securr hanc permisit habitare. Ex qua re actum est, vt antiquus hostis apud eius animum aditum tentationis exquireret; nam cœpit speciem illius oculis mentis eius imprimere, vt intellectus nefanda cogitaret. Quadam vero die Iudæus quidam ex Campaniæ partibus Romam veniens Appiæ carpebat iter; qui ad Fundanam glebam perueniens, cum iam diem vesperascere cerneret, & quo declinare posset minimè reperiret, iuxta Apollinis templum fuit; ibique se ad manendum contulit. Qui ipsum illius loci sacrilegium pertimescens, quam uis fidem crucis minimè haberet; signo tamen crucis se munire curauit. Nocte autem media, ipsa solitudinis pauore turbatus, peruigil iacebat; & repente conspiciens vidit malignorum spirituum turbam qua si in obsequium cuiusdam potentis præire: eum vero, qui cæteris præerat, in eiusdem gremio loci consedisse: qui cœpit singulorum spirituum obsequentium sibi causas, actusque discutere, quatenus vnusquisque quantum nequitiæ gessisset, inueniret. Cumque singuli spiritus ad inquisitionem eius exponerent, quid operati contra bonos fuissent, vnus in medium prosilijt, qui in Andreæ Episcopi animum per speciem sanctimonialis fœminæ quæ in Episcopio eius habitabat, quandam tentationem carnis commouisset, aperuit. Cum vero hoc malignus qui præerat spiritus, inhianter audiret, & tanto sibi factum lucrum grande crederet, quanto sanctioris viri animam ad lapsum perditionis inclinaret, ille spiritus, qui hæc eadem fatebatur, adiunxit; quia vsque ad hoc quoque die præterito vespertina hora eius mentem traxerit, vt in terga eiusdem sanctimonialis fœminæ blandiens alapam daret. Tunc malignus spiritus, atque humani generis antiquus inimicus exhortatus hunc blandè est, vt perficeret quod cœpisset; quatenus ruinæ illius singularem inter cæteros palmam teneret. Cumque Iudæus; qui aduenerat, hoc vigilans cerneret, & magnæ formidinis anxietate palpitaret; ab eodem spiritu, qui cunctis illic obsequentibus præerat, iussum vt requirerent,

Iudæus signo crucis se muniens vidit dæmonum spectra.

rerent, quiſnam eſſet ille, qui iacere in templo eodem præſumpſiſſet. Quem maligni ſpiritus pergentes & ſubtiliùs intuentes, crucis myſterio ſignatum viderunt, mirranteſque dixerunt: Væ, væ; vas vacuum & ſignatum. Quibus hoc renunciantibus, cuncta illa malignorum ſpirituum turba diſparuit. Iudæus vero, qui hæc viderat, illico ſurrexit, atque ad Epiſcopum ſub feſtinatione peruenit. Quem in Eccleſia ſua reperiens ſeorſum tulit; qua tentatione vrgeretur, inquiſiuit. Cui confiteri Epiſcopus tentationem ſuam verecundatus noluit. Cum vero ille diceret, quod in illa tali Dei famula praui amoris oculos inieciſſe, atque adhuc Epiſcopus negaret, adiunxit, dicens: Quare negas, quòd inquireris? quia ad hoc vſque veſpere heſterno die perductus es, vt poſteriora illius alapa ferires. Ad quæ nimirum verba deprehenſum ſe Epiſcopus intuens, humiliter confeſſus eſt, quòd prius pertinaciter negauit. Cuius ruinæ & verecundiæ idem Iudæus conſulens, qualiter hoc cognouiſſet, vel quæ in conuentu malignorum ſpirituum de eo audiuiſſet, indicauit. Quod ille agnoſcens, ſe ad terram protinus in orationem dedit: moxque de ſuo habitaculo non ſolum eandem Dei famulam, ſed omnem quoque fœminam, quæ in eius illic obſequio habitabat, expulit. In eodem vero templo Apollinis B. Andreæ Apoſtoli repente oratorium fecit: atque omni illa tentatione carnis funditus caruit: Iudæum vero, cuius viſione atque increpatione ſaluatus eſt, ad æternam ſalutem traxit: nam Sacramentis fidei imbutum, atque aqua baptiſmatis emundatum, ad ſanctæ Eccleſiæ gremium perduxit: Sicque factum eſt, vt Hebræus idem dum ſaluti alienæ conſuluit, perueniret ad ſuam, vt omnipotens Deus inde alterum ad bonam vitam perduceret, vnde in bona vita alterum cuſtodijſſet.

Dictum dæmonũ de Iudæo cruce ſignato.

Andreas Epiſcopus abdicat mulieres à ſe.

Iudæus baptizatur.

VII. *S. Vrſinus iamiam moriturus ad contactum vxoris commouetur.*

Neque hoc ſilebo, quod venerabilis Abbas Stephanus, qui non diu ante in hac vrbe defunctus eſt, in Prouincia Nurſiæ contigiſſe referebat. Aiebat enim, quod ille preſbyter quidam commiſſam ſibi cum magno timore Domini regebat Eccleſiam. Qui ex tempore ordinationis acceptæ presbyteram ſuam vt ſororem diligens, ſed quaſi hoſtem cauens, ad ſe propiùs accedere nunquam ſinebat: eamque ſibimet propinquare nulla occaſione permittens; ab ea ſibi communionem funditus familiaritatis abſciderat. Habent quippe ſancti viri hoc proprium: nam vt ſemper ab illicitis longè ſint à ſe plerumque etiam licita abſcindunt. Vnde idem vir ne vnquam per eam incurreret culpam ſibi etiam per illam miniſtrari recuſabat neceſſaria. Hic ergo venerabilis presbyter cum longam vitæ impleſſet ætatem, anno quadrageſimo ordinationis ſuæ, inardeſcente grauiter febre correptus ad extrema deductus eſt. Sed cum eum presbytera ſua conſpiceret iam membris quaſi in mortem diſpenſum ſi quod adhuc ei vitale ſpiramen adeſſet, naribus eius appoſita curauit aure dignoſcere, Quod ille ſentiens, cui tenuiſſimus inerat flatus, quantulo niſu valuit, vt loqui potuiſſet, inferueſcente ſpiritu collegit vocem, atque erupit, dicens: Recede à me, mulier adhuc igniculus viuit, paleam tolle. Illa igitur recedente, virtute corporis cum magna cœpit lætitia clamare, dicens: Bene veniant domini mei, bene veniant domini mei; quid ad

Idē Gregor lib. 4 Dial. c. 12.

ſan-

tantillum seruulum vestrum estis dignati conuenire? Venio, venio; gratias ago, gratias ago. Cumque hoc iterata crebro voce repeteret, quibus hoc diceret, noti sui, qui illum circumsteterant, requirebant. Quibus ille admirando respondit, dicens: Nunquid hic conuenisse sanctos Apostolos nō videtis? beatum Petrum & Paulum primos Apostolorum non aspicitis? Ad quos iterum conuersus dicebat: Ecce venio, ecce venio. Atque inter hæc verba animam reddidit. Et quia veraciter sanctos Apostolos videret, eos etiam sequendo testatus est. Quod plerumq; contingit iustis, vt in morte sua Sanctorum præcedentium visiones aspiciāt, ne ipsam mortis suæ pœnalem sententiam pertimescant. Sed dum eorum menti internorum ciuium societas ostenditur, à carnis suæ copula sine doloris & formidinis fatigatione soluantur.

Apostolorum Petri & Pauli apparitio in obitu Vrsini.

Finis Partis Tertiæ.